ξέ. 65. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ὡς εἶδον αὐτοὺς, καταλαβόντες χωρίον ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον, παρετάξαντο ὡς ἐς μάχην. καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι εὐθὺς αὐτοῖς ἐπῄεσαν· καὶ μέχρι μὲν λίθου καὶ ἀκοντίου βολῆς ἐχώρησαν· ἔπειτα τῶν πρεσβυτέρων τις Ἄγιδι ἐπεβόησεν, ὁρῶν πρὸς χωρίον καρτερὸν ἰόντας σφᾶς, ὅτι διανοεῖται κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι· δηλῶν, τῆς ἐξ Ἄργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν ἀνάληψιν βουλομένην εἶναι. ὁ δὲ, εἴτε καὶ διὰ τὸ ἐπιβόημα, εἴτε καὶ αὐτῷ ἄλλο τι ἢ κατὰ τὸ αὐτὸ, δόξαν

excluderentur. In ἐξ ὀλ. intell. χρόνου, qs. nunc primum, nunc demum jubebantur exire, quod maturius debebant; deinde accedit et notio ἐν, quæ et ipsa lateat in ἐκ, *modum* rei notante, (ut, ἐφ ἀφανοῦς, obscure, ἐκ προπετοῦς, leviter, ἐξ ἀδοκήτου, ut ipsum Lat. ex inopinato,) ut sit, ἐν ὀλίγῳ, ut breve tempus relinqueretur rei capessendæ. BAVER.

Ξυνέκλειε διὰ μ.] Brevius, pro, διὰ μέσου (ἐν μέσῳ) οὖσα (κειμένη,) ξυνέκλ. συγκλείειν hic est, *impedire*, obsistere, scil. ne progredi possent, quasi inclusi, loco hærere coacti. Ita *tempore exclusum* dicimus, p. impeditum. BAVER.

Ἀναλαβ.] Schol. expl. ἀναστήσαντες καὶ λαβόντες. Argutari videtur in ἀνά. Simpliciter est pro παραλαβόντες. BAVER.

Δυσπρόσοδον] Thomas Mag. h. v. exponit δύσκολον περὶ τὴν εἴσοδον. Add. eumdem in εὐπρόσοδος. Priore loco interposita particula τε legit, ἐρυμνόν τε καὶ δυσπρόσοδον. DUCK.

Κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι] Vide Dionys. Halicarnass. XI. 14. p. 698. Ed. Sylburg. HUDS. Citat Plutarchus in Moralib. pag. 797. et legit ἰάσασθαι. WASS. Herodoti locus est III. 53. Versus Sophoclis exstant apud Stobæum Serm. IV. Ἐνταῦθα μέντοι πάντα τ' ἀνθρώπων νοσεῖ, Κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά. Idem in Ajac. v. 362. Μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς Ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει. DUCK.

Ἐπαιτίου] Plutarchus l. d. εὐπετοῦς, et βουλόμενον. Non videtur recedendum a scriptura recepta. DUCK.

Ἐπαιτίου ἀναχ.] Per Hypall. pro, *cujus* (ipse) *esset* ἐπαιτίος, reus, ut caussa. Nam ἐπαίτιος est idem, quod simplex, αἴτιος· ut apud Hom. Il. 1. 335. οὔτι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι. BAVER.

Βουλομέν.] i. e. debere, juberi, destinari, quæ esset. Int. *volebat*; debebat certe, *vellet*, quia loquentem inducit Thuc. Nec nisi per Hypallagen ita verti poterat, aut Metonymiam. BAVER.

Ὁ δὲ εἴτε — ἀπῆγε] Laudat Suidas in ἐπιβόημα, ὁ δὲ εἴτε τὸ ἐπ. qui ex hoc loco emendandus. Εἴτε καὶ διὰ τὸ ἐπ. et pro ἢ καὶ αὐτῷ leg. εἴτε καὶ etc. ibi male vertitur a Cl. Kustero *acclamatio*. ἐπιβόημα σκληρὸν esse autumat Pollux VI. 208. pro quo ἐπιβόησις apud D. Halic. in Arte VII. 2. At verbalia in ις non semper *actionem* denotant. Noster ἐπιβούλευμα, et ex illo Josephus pro ἐπιβούλευσις. Sic γύμνασμα, δεξίωμα, μειδίασμα et ejusmodi sexcenta. WASS. Si ἐπιβόημα tam durum videbatur Polluci, non debebat ipse eo uti IX. 123. Post δόξαν in Suida distinctio ponitur, et ἐξαίφνης conjungitur cum sequentibus: non deterius, quam in Edd. Thucyd. DUCK.

Καὶ διὰ τὸ ἐπιβ.] Καὶ hic est *vel, jam*; ob ipsam succlamationem, solam, ut alia caussa abesset, hæc una sufficeret. BAVER.

Κατὰ τὸ αὐτὸ] i. e. ἢ αὐτίκα, παραυτίκα, modo, commodùm, statim antea. Schol. in C. Aug. sic leg. ἀντὶ τοῦ, ἄλλο τι δόξαν, ἥπερ τὸ αὐτό· ac si redundet καὶ, et κατὰ τὸ αὐτὸ, *eodem modo*, sit pro τὸ αὐτὸ, *idem*; ita et Cicero: *sic demonstrat, mihi sic videtur*, i. e. hoc. BAVER.

ἐξαίφνης, πάλιν τὸ στράτευμα κατὰ τάχος, πρὶν ξυμμίξαι, ἀπῆγε. καὶ ἀφικόμενος πρὸς τὴν Τεγεάτιν, τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπε πρὸς τὴν Μαντινικὴν, περὶ οὗπερ, ὡς τὰ πολλὰ βλάπτοντος, ὁποτέρωσε ἂν ἐσπίπτῃ, Μαντινῆς καὶ Τεγεάται πολεμοῦσιν. ἐβούλετο δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου βοηθοῦντας ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐκτροπὴν, ἐπειδὰν πύθωνται, καταβιβάσαι τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους, καὶ ἐν τῷ ὁμαλῷ τὴν μάχην ποιεῖσθαι. καὶ ὁ μὲν, τὴν ἡμέραν ταύτην μείνας αὐτοῦ περὶ τὸ ὕδωρ, ἐξέτρεπεν· οἱ δ' Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, τὸ μὲν πρῶτον καταπλαγέντες τῇ ἐξ ὀλίγου αἰφνιδίῳ αὐτῶν ἀναχωρήσει, οὐκ εἶχον, ὅ, τι εἰκάσωσιν· εἶτα, ἐπειδὴ, ἀναχωροῦντες, ἐκεῖνοί τε ἀπέκρυψαν, καὶ σφεῖς ἡσύχαζον, καὶ οὐκ επη-

Πρὸς τὴν Τεγ.] Adscripserat Gottl. ἐς *Valkenar. ad Herod. L. VII. p.* 602. Sed nil opus: nam, sicut ἐς pro πρὸς, ita et hoc pro illo, sæpe ponitur; et Latini, *ad urbem, ad Italiam,* pro *in*; et contra, *Trojæ, Numantiæ* (Sallust. Jug.) et Homer. Il. 1. Ἴλιον εἴσω, pro *ad*; cum præsertim *fines* hic notet. v. Ind. BAVER.

Πολλὰ βλ.] Reddi debet: *plerumque,* pleraque. Abr. non spernit lect. ἐς τὰ πολλὰ, p. 540. GOTTL.

Βοηθοῦντας] Pro βοηθήσοντας, si Scholiastæ credimus, ait Stephanus Append. ad Scripta de Dialect. pag. 138. Potest credi Scholiastæ. Thucydides sæpe præsens pro futuro ponit. IV. 40. ἀποδοῦναι et ἀποθνήσκειν. V. 4. πείθειν. Et sic quamplurimis aliis locis. Vide ad IV. 61. DUCK.

Ἐπὶ τὴν ἐκτρ.] Male Int. *ad prohibendum cursum aquæ*; neque enim πρὸς vel ἐπὶ de *re* vel opere, sed de *loco* et regione, dici solet Nostro; malim ergo, ad *locum,* ubi aqua deflecteretur: sane ad opus impediendum, ut vel conjungere liceat notiones duas, et loci; et operis; illa tamen potior. Nota et Ellipsin casus, ex alia structura repetendi in verbis paullo superioribus: μείνας περὶ τὸ ὕδωρ, ἐξέτρεπε, scil. αὐτό. BAVER.

Τῇ ἐξ ὀλίγου αἰφνιδίῳ] Reg. non habet αἰφνιδίῳ. Et potest suspectum esse, tamquam ex interpretatione. Nam ἡ ἐξ ὀλίγου ἀναχώρησις eadem est, quæ αἰφνίδιος. Thucydides II. 61. Μεταβολῆς μεγάλης, καὶ ταύτης ἐξ ὀλίγου ἐμπεσούσης. IV. 108. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι φυλακὰς, ὡς ἐξ ὀλίγου καὶ ἐν χειμῶνι διέπεμπον ἐς τὰς πόλεις. V. 64. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐξ ὀλίγου τε ἐγένετο. ubi Schol. Cass. itidem supplet καιροῦ. Et 71. Ἐν αὐτῇ τῇ ἐφόδῳ καὶ ἐξ ὀλίγου παραγγείλαντι. DUCK.

Τῇ ἐξ ὀλίγ. αἰφν. ἀναχ.] Vix est, quin pro Glossemate habeatur αἰφνιδίῳ et ejiciatur; utut, cumulari synonyma, haud sit adeo infrequens. BAVER.

Αὐτῶν ἀναχωρήσει] Αὐτῶν deest Gr. perperam. WASS.

Ἐκεῖνοί τε ἀπέκρυψαν] Ἑαυτοὺς deesse putat Scholiastes. Sed videndum est, an potius suppleri debeat αὐτοὺς, nempe τοὺς Ἀργείους, *e conspectu eorum evaserunt.* Ita certe hoc verbo utitur Lucianus, qui non pauca a Thucydide sumsit, II. Ver. Hist. pag. 687. Ἐφεύγομεν, ἀπολιπόντες αὐτοὺς μαχομένους.—Ἐπεὶ δ' ἀπεκρύψαμεν αὐτοὺς, ἰώμεθά τε τοὺς τραυματίας. Sic ἀποκρύπτειν γῆν dicuntur navigantes, qui tam longe in altum provecti sunt, ut terram conspicere non amplius possint. Vid. Budæum Commentar. Ling. Gr. pag. 324. Ab his autem ductum hoc genus loquendi docet Schol. Cass. Nam quod in *edito* sine ullo sensu legitur, ἰδίως μὲν ἐπὶ τῶν ὁπλιζομένων, in illo est, ἰδίως μὲν ἐπὶ τῶν πλοϊζομένων. DUCK.

Ἀπέκρυψαν] Nugatoria est observatio, immo lectio, Schol. ἐπὶ τῶν ὁπλιζομένων; pro quo rectius legeris, πλοϊζομένων. Ita præfert Aug. et δὲ pro μὲν. Quæ si vera est lectio, ut est; Schol. videri possit supplesse, αὐτοὺς, ut vult Ducker. non ἑαυτούς. Etsi ne sic quidem satis congruerit, certe ex interpretatione Duckeri, satis illa quidem vera et proba: quam et Virgil. firmet, Æn. 3. 291. *Phæacum abscondimus arces,* i. e. (per Hypallagen,) arces (montes) nobis absconduntur: et contra, in Actis, ἀναφανέντες τὴν Κύπρον, pro, ἀναφανείσης τῆς Κύπρου. Et rursus Virgil. Ecl. 9. *me condere soles,* i. e soles, dies, mihi finitos abiisse. At in hac forma loquendi *locus* ipse vel *res* dicitur *occultari,* quam relinquat aliquis, nec *videat* amplius, non ipse, qui abeat.

κολούθουν, ἐνταῦθα τοὺς ἑαυτῶν στρατηγοὺς αὖθις ἐν αἰτίᾳ εἶχον, τό, τε πρότερον καλῶς ληφθέντας πρὸς Ἄργει Λακεδαιμονίους ἀφεθῆναι, καὶ νῦν, ὅτι ἀποδιδράσκοντας οὐδεὶς ἐπιδιώκει, ἀλλὰ καθ᾽ ἡσυχίαν οἱ μὲν σώζονται, σφεῖς δὲ προδίδονται. οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐθορυβήθησαν μὲν τοπαραυτίκα, ὕστερον δὲ ἀπάγουσιν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου, καὶ προελθόντες ἐς τὸ ὁμαλὸν, ἐστρατοπεδεύσαντο, ὡς ἰόντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

ξστ´. 66. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ οἵ τε Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ξυνετάξαντο, ὡς ἔμελλον μαχεῖσθαι, ἢν περιτύχωσιν· οἵ τε Λακεδαιμόνιοι, ἀπὸ τοῦ ὕδατος πρὸς τὸ Ἡράκλειον πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον ἰόντες, ὁρῶσι δι᾽ ὀλίγου τοὺς ἐναντίους ἐν τάξει τε ἤδη πάντας, καὶ ἀπὸ τοῦ λόφου προεληλυθότας. μάλιστα δὴ Λακεδαιμόνιοι, ἐς ὃ ἐμέμνηντο, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἐξεπλάγησαν. διὰ βραχείας γὰρ μελλήσεως ἡ παρασκευὴ αὐτοῖς ἐγίγνετο· καὶ εὐθὺς ὑπὸ σπουδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τὸν ἑαυτῶν, Ἄγιδος τοῦ βασιλέως ἕκαστα ἐξηγουμένου κατὰ τὸν νόμον. βασιλέως γὰρ ἄγοντος, ὑπ᾽ ἐκείνου πάντα ἄρχεται·

Schol. vero addit: *καὶ οὐκέτι ὁρωμένων*, passive; ut magis videatur voluisse, *ἑαυτούς*· si tamen unum est Schol. non duo duorum; et alter voluerit adscribere nobis aliquid de usu voc. *ἀποκρύπτειν*· alieno sane loco, male certe additis verbis, *οὐκέτι ὁρωμένων*· debebat, *ὁρώντων*, nempe *τὰς χώρας, τοὺς τόπους*. BAVER.

Ἐν αἰτίᾳ εἶχ. rel.] Variata structura; primo Infinit. *ἀφεθῆναι*, deinde *ὅτι* cum verbo finito, pro quo hic ponatur ille Infin. BAVER.

Προελθόντες] Non recte quidam Mss. *προσελθόντες*. Mox Cap. seq. *ἀπὸ τοῦ λόφου προεληλυθότας*. DUCK.

Ὡς ἔμελλ. μαχ.] Mussant Intt. immo Critici. Voluit enim Thuc. aut dedit, *ὡς εἰ ἔμ. μ.* vel *ὡς μέλλοντες μαχ.* ut Int. vertit, non tamen efficiendum e simplici, quod hic interpretere *ὅτι*· quo sensu in N. T. sæpius occurrit: ut 2. Cor. 4. 1. *καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν.* 11. 21. *ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν*, (ubi et *ὅτι* additur) *quia* jam pro infirmis et vanis nos gerimus; (certe potest ita reddi;) Gal. 6. 10. *ὡς καιρὸν ἔχομεν*· ubi et Vulg. vertit *cum*; ubi tamen et pro *καθὼς* valeat. Sed 2. Petr. 1. 3. *ὡς πάντα τῆς—δυνάμεως—δεδωρημένης*, *quia* vobis donavit; etsi hic alia est structura, cum Partic. de qua v. Phil. Th. P. p. 153. BAVER.

Δι᾽ ὀλίγου] Schol. *ἐξαίφνης*, melius, quam Int. *brevi intervallo a se distantes*; illud rei aptius; hoc pæne friget. BAVER.

Διὰ βρ.—μελλ. rel.] i. e. *μετὰ βρ.* ut parum aut nil temporis superesset ad cunctandum vel moliendum. Aut *μέλλησις* sign. *futurum* tempus, hoc sensu: *μέλλησις*, tempus, quo hostes essent accessuri, erat *βραχεῖα*, breve: jamjam *ἔμελλον*, sc. *ἐπελθεῖν*, tantum non invadere parabant. *μελήσεως*, quod est in Mosq. sit a *μέλει*, pro *ἐπιμελείας*· sed non est Græcum satis. In voc. *μελλήσεως* autem, si cunctationem notet, non urgeatur hæc notio; frigidum enim fuerit: breve tempus erat *cunctandi*; quasi cunctandum omnino foret in tali casu; sed omnino sign. hic, moliri, parare, pugnam instruere. BAVER.

Ὑπὸ σπουδ. καθίστ.] At hoc non est *festinandi* signum aut effectum, instrui more consueto; quasi *alio* usuri fuerint, nisi festinandum hic esset; at semper illum morem servabant. Verterim ergo, *cum* festinatione, trepidi. *Καὶ* hic est pro *οὖν*. BAVER.

Ἐξηγ. ἕκ. κατὰ τ. νόμ.] Non, quo legitime omnia curaret, quod per se intelligatur: sed, cura omnium pertinebat ad regem, *ex lege*; lex, mos, ei dabat hanc curam. BAVER.

Ὑπ᾽ ἐκείνου πάντα ἄρχεται] Fuit summa et absoluta Regis in bello potestas, quum domi

καὶ τοῖς μὲν πολεμάρχοις αὐτὸς φράζει τὸ δέον, οἱ δὲ τοῖς λοχαγοῖς, ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοντατῆρσιν, αὖθις δ' οὗτοι τοῖς ἐνωμοτάρχαις, καὶ οὗτοι τῇ ἐνωμοτίᾳ. καὶ αἱ παραγγέλσεις, ἤν τι βούλωνται, κατὰ τὰ αὐτὰ χωροῦσι, καὶ ταχεῖαι ἐπέρχονται. σχεδὸν γάρτοι πᾶν, πλὴν ὀλίγου, τὸ στρατόπεδον τῶν Λακεδαιμονίων, ἄρχοντες ἀρχόντων εἰσὶ, καὶ τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου, πολλοῖς προσήκει.

ξζ'. 67. Τότε δὲ κέρας μὲν εὐώνυμον Σκιρῖται αὐτοῖς καθίσταντο, ἀεὶ ταύτην τὴν τάξιν μόνοι Λακεδαιμονίων ἐπὶ σφῶν

esset adstricta et obnoxia. Itaque de Leotychide ait Herodotus Lib. 6. quod illi Imperatorem agenti adversus Thessalos licuerit omnia agere. Vide Cragium de Rep. Laced. l. 4. c. 4. Huds.

Πολεμάρχοις] Cuilibet moræ præerat unus Polemarchus, ut docet Xenophon de Rep. Laced. Vide Cragium de Rep. Laced. l. 4. c. 4. Huds.

Πεντηκοντατῆρσιν] Qui Thucydidi πεντηκοντατῆρες, Xenophonti πεντηκοστῆρες dicuntur. πεντηκοστὺς autem erat λόχου seu turmæ pars dimidia, atque octo (ut ait Xenophon) in qualibet mora. unde patet, (ut inquit Cragius l. 4. c. 4.) Pentecostyn quamlibet fuisse quinquagenorum militum, sicut nomen ipsum indicare videtur. Qui vero præfecti erant huic numero militum, dicebantur πεντηκοντατῆρες. Huds. Add. Emmium in Descript. Reip. Lacon. pag. 494. et 499. et Meursium Miscellan. Lac. II. 2. Lipsius V. de Milit. Rom. 10. Πολεμάρχους, dicit, velut *Tribunos* in exercitu Rom. fuisse; λοχαχοὺς vertit *Centuriones*; πεντηκοντατῆρας *Quinquagenarios*; ἐνωμοτάρχας *Decanos*; et ἐνωμοτίαν *Decuriam*. Non possunt hæc omnia propriis nominibus Latinis exprimi, propter discrimen inter militiam Græcam et Romanam. De λόχοις et λοχαγοῖς multa habet Spanhemius ad Julian. Orat. l. p. 236. Add. Perizon. ad Ælian. II. Var. Hist. 44. Duck.

Ἐπέρχ. ταχ.] Scil. ἐς πάντας. ad omnem exercitum cito pervadunt, perferuntur, omnibus innotescunt. Baver.

Πλὴν ὀλίγου εἰσὶν] Aristides Tom. I. p. 387. Ed. Canter. ὀλίγων minus eleganter laudat. Wass.

Ἄρχ. ἀρχ.] Apud Char. V. 85. ἡγεμόνες ἡγεμόνων. Gottl.

Ἀρχ. ἀρχόντ.] Adscripserat Gottl. Charit. V. 85. ἡγεμόνες ἡγεμόνων. Magis attinuit, explicari, quo sensu: nempe, ut imperata a summo duce alii acciperent, qui deinde rursus aliis imperarent, quorum singuli deinde, velut sibimet imperantes, scirent quisque, et, quid faciendum esset, et quomodo. Nam hoc et ipsum vel maxime intelligi, convenit, in hac designatione, quod Livius refert de Romano exercitu, non succurrit, quo loco. De Atheniensibus idem, Chabriæ arte subactis, Cornel. refert in Chabr. c. 1. ita institutos fuisse, ut sibi quisque dux et imperator esse posset. Nota hic etiam, τὸ στρατόπ.—εἰσὶν, pro ἐστὶ, datum plurali propiori; sane debebat priori singulari, ut subjecto; sed aures vix paterentur; et vero multitudinem signat στρατόπεδον. Baver.

Τοῦ δρωμένου] i. e. δρασθησομένου, præs. p. fut. Schol. in Aug. ita leg. ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐπιγινομένων. Male tamen expl. Baver.

Τότε δὲ κέρας—καθίσταντο] Vid. de h. l. Abr. Τότε probat, non semper Sciritas cornu sinistrum obtinuisse; contra Cragium. Rex stetit in eorum cornu, Diod. XV. 473. et hic in media acie: ita et hoc cornu. Sed h. l. alium locum occupavit, quod τὸ τότε probat. v. Abr. 541. Sciritæ fuerunt pedites. ib. 542. Gottl.

Τότε—κέρ.—αὐτοῖς καθίστ.] Duo hic notentur; primo, αὐτοῖς pro αὐτῶν, more Homerico, v. c. Il. 1. 188. ἐν δέ οἱ ἦτορ—μερμήριξεν, i. e. τὸ ἦτορ αὐτοῦ· et Herodot. L. 6. τὰ ὅπλα οἱ ἔχουσιν, i. e. τὰ ὅπλα αὐτοῦ· deinde καθίσταντο, evidenter hic pro activo: Sciritæ constituebant cornu, (non *ipsorum*, suum,) sed Lacedæmoniorum. At infra Lacedæmonii καθίστασαν, active, τοὺς λόχους αὐτοὶ, *suos* ergo. Tam vanum sæpe fingitur discrimen harum formarum! Baver.

Μόνοι Λακ.] Dictum ut infra μόνος, ut Soph. Aj. 513. μόνος τῶν ἄλλων. Luc. Tim. 55. pro ἀπό. 68.—ἀπὸ τῶν ἄλλων. Abr. 541. Gottl.

Μόνοι Λακεδ.] Μόνοι hic expl. Abr. *seorsim*, segregati, τῶν Λακεδ. scil. ἀπό· non sane præter morem loquendi, (ita et, μονωθεὶς τῶν ἄλλων, Græcis est, *destitutus*, separatus a ceteris, *isolirt*;) ac si sit, ταύτην τὴν τάξιν ἔχοντες μόνοι, i. e. ὥστε εἶναι μόνοι τῶν (ἄλλων)

αὐτῶν ἔχοντες· παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Βρασίδειοι στρατιῶται, καὶ Νεοδαμώδεις μετ' αὐτῶν. ἔπειτ' ἤδη Λακεδαιμόνιοι αὐτοὶ ἑξῆς καθίστασαν τοὺς λόχους, καὶ παρ' αὐτοὺς, Ἀρκάδων Ἡραῖης· μετὰ δὲ τούτους, Μαινάλιοι, καὶ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ, Τεγεᾶται, καὶ Λακεδαιμονίων ὀλίγοι, τὸ ἔσχατον ἔχοντες, καὶ οἱ ἱππῆς αὐτῶν ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ κέρᾳ. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὕτως ἐτάξαντο. οἱ δ' ἐναντίοι αὐτοῖς, δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο. παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ξύμμαχοι Ἀρκάδων ἦσαν· ἔπειτα Ἀργείων οἱ χίλιοι λογάδες, οἷς ἡ πόλις ἐκ πολλοῦ ἄσκησιν τῶν ἐς τὸν πόλεμον δημοσίᾳ παρεῖχε· καὶ ἐχόμενοι αὐτῶν οἱ ἄλλοι Ἀργεῖοι, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, Κλεωναῖοι καὶ Ὀρνεᾶται· ἔπειτα Ἀθηναῖοι· ἔσχατοι, τὸ εὐώνυμον κέρας ἔχοντες, καὶ ἱππῆς μετ' αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι.

Λακεδ. Sed durior est hæc altera adjectio, nec vero necessaria, ubi additum sit, ἐπὶ σφῶν αὐτῶν. Immo sign. *μόνοι, solis* Sciritis fuisse hoc juris, id honoris habitum præ cetero exercitu, ut per se soli consisterent, non immixti reliquis: Veteranorum more apud Romanos, qui sub *privo* vexillo haberentur; unde et *Vexillarii* dicti recte putentur, utut negante Ernest. Excurs. 1. ad Tacit. Annal. T. II. Edit. Ernest. pag. 578. sequ. ut tamen, segregem militiæ gradum et honoratiorem fuisse, ultro probet. Veteranis ergo comparentur Sciritæ, cum hoc nomine, tum ob dignitatem primumque locum; tum, quod, *pedestrem* eam manum fuisse, probat Abr. p. 541. Baver.

Ἐπὶ Θρ. Βρασ.] Brevitatem nota! Non enim tum ἐπὶ Θρᾴκης erant Brasidæ milites, sed antea cum iis fuerat bellumque gesserat ἐπὶ Θρ. Est ergo pro, οἱ ἐκ Θρ. milites *e* Thracia reducti, qui *ibi* fuissent: vel, antea in Thracia adhibiti bello. E diverso respondet brevitati τοῦ ἐκ, de qua v. Ind. B.

Νεοδαμώδεις] Supra Cap. 34. Duck.

Οἱ ἱππῆς] Articulus abest a Gr. Sic Noster infra. Wass.

Τὸ ἔργον] *Pugna*, vel ipsum bellum. Nota ad militiæ morem, *(Etiquette)*, in sua terra stetisse honestiori loco et potiori. Baver.

Παρὰ δ' αὐτοῖς] Αὐτοὺς Cl. Gr. Paulo ante παρὰ δ' αὐτοῖς. Wass. Αὐτοὺς habent omnes Mss. et Edd. ante Stephani secundam, quam sequutus est Portus. Et hoc non minus recte ea significatione, quam hic habere debet, dicitur, quam παρ' αὐτοῖς. Thucydides hoc ipso Cap. καὶ παρ' αὐτοὺς Ἀρκάδων Ἡραῖης. Duck.

Λογάδες] Adscr. Gottl. *semper ita lecti illi mille Argivi*; *Wessel. ad Diod. S. L. XII. p.* 534. Baver.

Κλεωναῖοι] Thucyd. VI. 95. μέχρι Κλεωνῶν. Melæ, inquit Lloydius, Cleona. At fallitur, ut alias. Duplices etenim Cleonæ, Argolicæ et Chalcidicæ. De posterioribus Mela, qui in hac scriptura solus est: plurium numero extulit Herodotus, et plerique omnes. Cæterum Cleonæ Argolicæ supra Mycenas, colle edito sitæ erant, in via, quæ Argis Corinthum ducit. Consule Xenoph. p. 644. Liv. XXXIV. 25. Pausan. p. 143. Plutarch. Arato p. 1040. Oppida circum jacentia hoc ordine a Polybio memorantur, Καφύας, Πελλήνην, Φενεὸν, Ἄργος, Φλιοῦντα, ΚΛΕΩΝΑΣ, Ἐπίδαυρον, Ἑρμιόνα, Τροιζῆνα, Κόρινθον. Nomen eis aut a Cleone, Asopi filia, juxta Herodotum et Diodorum, aut a Cleone, Pelopis filio, quod Pausaniæ placuit. Civium inopiam satis innuit Ovidius non uno in loco epitheto *humiles*. Situm respexit Statius, "celsa Prosymne, Aptior armentis *Midea*, pecorosaque Phyllos, Quæque pavet longa spumantem valle Charadron, Neris, et ingenti Turritæ mole *Cleonæ*." Codices nostri *Prosymna*, Mide, Phylos, Clionæ, perperam. De cæteris oppidis Schol. et Adnot. consulantur. De *Midea* tacent etiam Mela, Plinius, et Geographorum vulgus; nempe a Copaide Lacu absorpta est. Et tam Μίδεια quam Μιδέα scribi, testis alicubi Strabo. Cleonæ vero *Nigro*, sed nescio quam vere, *Sanvasili*. Inter raphani species τὴν Κλεωναίαν recensuit Theophrastus Hist. Pl. VII. 4. Vid. Eustathium ad Il. β'. p. 220. et Demosthenem de Coron. p. 326. Wass.

ξη'. 68. Τάξις μὲν ἥδε καὶ παρασκευὴ ἀμφοτέρων ἦν· τὸ δὲ στρατόπεδον τῶν Λακεδαιμονίων, μεῖζον ἐφάνη. ἀριθμὸν δὲ γράψαι, ἢ καθ' ἑκάστους ἑκατέρων, ἢ ξύμπαντας, οὐκ ἂν ἐδυνάμην ἀκριβῶς. τὸ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων πλῆθος, διὰ τῆς πολιτείας τὸ κρυπτὸν, ἠγνοεῖτο· τῶν δ' αὖ, διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες ἐς τὰ οἰκεῖα πλήθη, ἠπιστεῖτο. ἐκ μέντοι τοιοῦδε λογισμοῦ ἔξεστί τῳ σκοπεῖν τὸ Λακεδαιμονίων τότε παραγενόμενον πλῆθος. λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνευ Σκιριτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. ἐν δὲ ἑκάστῳ λόχῳ πεντηκοστύες ἦσαν τέσσαρες, καὶ ἐν τῇ πεντηκοστύϊ, ἐνωμοτίαι τέσσαρες. τῆς τε ἐνωμοτίας ἐμάχοντο ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ, τέσσαρες. ἐπὶ δὲ βάθος ἐτάξαντο μὲν οὐ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ὡς λοχαγὸς ἕκαστος ἐβούλετο· ἐπίπαν δὲ κατέστησαν ἐπὶ ὀκτώ. παρὰ δὲ ἅπαν, πλὴν Σκιριτῶν, τετρακόσιοι καὶ δυοῖν δέοντες πεντήκοντα ἄνδρες, ἡ πρώτη τάξις ἦν.

ξθ'. 69. Ἐπεὶ δὲ ξυνιέναι ἔμελλον ἤδη, ἐνταῦθα καὶ παραινέσεις καθ' ἑκάστους ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατηγῶν τοιαίδε ἐγίγνοντο· Μαντινεῦσι μὲν, ὅτι ὑπέρ τε πατρίδος ἡ μάχη ἔσται, καὶ ὑπὲρ ἀρχῆς ἅμα καὶ δουλείας, τὴν μὲν μὴ πειρασαμένοις ἀφαιρεθῆναι, τῆς δὲ μὴ αὖθις πειρᾶσθαι· Ἀργείοις δὲ, ὑπὲρ τῆς τε παλαιᾶς ἡγεμονίας καὶ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ποτὲ

Αριθμ. ἑκατ. ἢ ξύμπ.] Varietatem observa: ἑκατέρων, ἢ ξύμπαντας· debebat, ξυμπάντων, nempe ἀριθμόν. Baver.

Γράψαι — — ἐδυν. ἀκριβ.] Debebat γράψαι ἀκρ. οὐκ ἂν ἐδυνάμην. Ad γράψαι enim refertur ἀκριβῶς, non ad ἐδυνάμην. Trajectio est, utut levior, notanda tamen, ad ipsam ἀκρίβειαν. Baver.

Κομπῶδες] Laudat Pollux IX. 148. et agn. Hesychius, ut recte observat Cl. Hemsterhusius. Qua forma Aristot. Polit. τὸ κομψὸν ἔχοντες λόγοι. Wass.

Ἀνθρ. κομπ.] Alterum adject. κομπῶδες pro Subst. κόμπον· durius quidem, altero addito. Baver.

Ἐς τὰ οἰκεῖα πλήθη] Ἐς pro κατά. Pluralem posuit, πλήθη, quia de sua *quisque* multitudine et singuli gloriantur. Baver.

Λόχοι μὲν γὰρ] Hic expl. pro, *nempe*. B.

Ἐν δὲ ἑκάστῳ λόχῳ πεντηκοστύες ἦσαν τέσσαρες etc.] De hoc loco, præter Cragium, agunt Emmius, Meursius l. d. et Camerarius ad Xenoph. II. Cyripæd. pag. 309. D.

Ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ] Suidas, ζυγὸς ἐν τοῖς Τακτικοῖς τὸ ἐκ παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος. Vide ibi Kusterum, qui ita recte emendavit e Mss. pro περιεστηκότων: quod tamen etiam Arcerius viderat ad Æliani Tactic. Cap. VII. Duck.

Τὴν μὲν—ἀφαιρεθ.] Μὴ refertur ad ἀφαιρεθῆναι, cum ex re ipsa, tum ex analogia alterius μή. Sed debebat, (nisi forte dedit,) πειρασαμένους· nam, ne, pendere, dixeris, a verbis, ἡ μάχη ἔσται, obstiterit positus τοῦ μὴ, ac debebat, πειρασαμένοις (ἡ μάχη ἔσται,) μὴ (i. e. ὥστε μὴ, περὶ τοῦ μὴ) ἀφαιρεθ. Trajecit ergo verba, more suo, Thuc. aut scripsit, πειρασαμένους. Neque enim Græce dixeris, ἀφηρέθη αὐτῷ ἡ ἡγεμονία, sed, ἀφηρέθη τὴν ἡγεμονίαν. Baver.

Ἐν Πελ.—νικήσ.] Jungi hæc possunt, ac fortasse debent, ἐν Πελ. νικ. si *vicissent* eos in Peloponneso, h. e. in ipsorum terra; quippe quo amplior sit victoria, eo et honestior, cum in sua quisque terra promtius pugnet, et vero utilior, ut hostium terram occupaturis, partim utique, et ibi mansuris per præsidia. Nec tamen nolim jungere:

ἰσομοιρίας μὴ διὰ παντὸς στερισκομένους ἀνέχεσθαι, καὶ ἄνδρας ἅμα ἐχθροὺς καὶ ἀστυγείτονας ὑπὲρ πολλῶν ἀδικημάτων ἀμύνασθαι· τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, καλὸν εἶναι, μετὰ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ξυμμάχων ἀγωνιζομένους, μηδενὸς λείπεσθαι. καὶ ὅτι ἐν Πελοποννήσῳ Λακεδαιμονίους νικήσαντες, τήν τε ἀρχὴν βεβαιοτέραν καὶ μείζω ἕξουσι, καὶ οὐ μή ποτέ τις αὐτοῖς ἄλλος ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ. τοῖς μὲν Ἀργείοις καὶ ξυμμάχοις ταῦτα παρῃνέθη. Λακεδαιμόνιοι δὲ, καθ' ἑκάστους τε, καὶ μετὰ τῶν πολεμικῶν νόμων, ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὧν ἠπίσταντο τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης ἀγαθοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο· εἰδότες, ἔργων ἐκ πολλοῦ μελέτην πλείω σώζουσαν, ἢ λόγων δι' ὀλίγου καλῶς ῥηθεῖσαν παραίνεσιν.

ό. 70. Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν· Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ,

ἐν Πελοπ. ἀρχὴν ἕξουσι· utut tum diceret, τῆς Πελοποννήσου; nec dum habebant Athen. ἀρχὴν ibi omnino, nedum ut firmiorem essent habituri. Illud ergo præferatur. Baver.

Αὐτοῖς—ἐς τ. γῆν ἔλθῃ] i. e. πρὸς αὐτούς· vel pro, εἰς τὴν γῆν αὐτῶν· ἔρχεσθαι autem hic pro ἐσβάλλειν. Baver.

Ταῦτα] Quidam libri τοιαῦτα. non male. Wass.

Καθ' ἑκάστους τε, καὶ μετὰ πολεμικῶν νόμων] Hæc varie vertunt Interpretes. Est locus perplexa structura orationis obscurissimus, in quo explicando vires ingenii, qui volet, experiatur. Schol. Cass. pro iis, quæ in *vulgato* leguntur, ἢ γράφειν προτρεπτικὰ, bene habet ἦν δὲ προτρεπτικά. Νόμους πολιτικοὺς in Nota Hudsoni per errorem scribitnr, pro πολεμικούς. Duck.

Ordinem bene constituit Abresch. p. 542. et Heilm. 721. Gottl.

Μετὰ τ νόμ. rel.] Ordinem satis commode extricat Abr. Nec vero perplexus nimis mihi videtur. Lacedæmonii ἐποι. τ. παρακέλ. ἐν σφίσιν αὐτ. inter se ut alter alterum cohortaretur, 1) μετὰ τῶν νόμων, i. e. vel, præter leges, præterquam, quod leges sibi mutuo referebant, vel, *per* leges, διὰ τ. νόμων, legibus memorandis: 2) παρακέλευσιν) τῆς μνήμης ὧν (ἐκείνων ἃ) ἠπίσταντο· memoriam revocantes, quæ scireut: partim leges et imperia bellica, partim a se fortiter gesta; quibus ergo ἐποιοῦντο; ἐν σφίσιν αὐτοῖς, sibimet (ἐν pro Dat.) et inter se mutuo, alteri, (ὡς) ἀγαθοῖς οὖσιν. Ac forte ἠπίσταντο sit pro συνηπίσταντο, quorum (factorum) conscii essent *sibi*, ut ἀγαθοῖς οὖσι. Vid. et ad C. 70. ad verba, ὑπὸ αὐλητ. Baver.

Παρακέλ.] Scripsit, ut L. I. 92. γνώμης παραίνεσιν. τὴν παρακ. ποιεῖσθαι ἐν σφ. αὐτοῖς, i. e. παρακ. ἐν ἑαυτοῖς, ut scr. IV. 25. Gottl.

Ἔργων—παραίνεσιν] Stobæus pag. 201. qui μελέτη habet. Wass. Stobæus omittit participium εἰδότες, nec utitur oratione infinita: ob eamque causam etiam σώζει et παραίνεσις dicit. In eo magis a scriptura, quæ in Thucydide est, abit, quod pro ῥηθεῖσαν habet ῥηθέντων. Μελέτην *meditationem* verterat Valla, *exercitationem* Stephanus: quæ retinere potuerat Portus. *Usum et exercitationem* Acacius. Duck.

Πλείω σώζ.] i. e. μᾶλλον σωτήριον. Gottl.

Σώζουσαν] Particip. p. Infin. σώζειν. Reliqua ex Abr. a Gottl. exscripta nil moror, apud ipsum legenda. Baver.

Μετὰ ταῦτα] Mosqu. omittit μετὰ, nullo hic sensu: sit enim: hæc, talis, erat congressio; nam primo nondum erat; deinde esset, αὕτη, τοιαύτη. ξύνοδος autem non est ipsa pugna, sed appropinquatio, *das Anrücken, Avanciren*. Baver.

Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμ. et mox, Λακεδαιμ.] Quod verbum ergo redditur hisce Nominativis? Nullum autem; sed aut pro Genitivo est Nominat. per Anacol. pro, τῶν Ἀργείων, rel. nempe, ἡ ξύνοδος ἦν· aut ex hoc repete Synonymam phrasin, τὴν ξύνοδον ἐποιοῦντο. Baver.

Ὀργῇ] Heringa legit ὁρμῇ, Obss. VI. 54. ἐντόνως idem, ac ἐντεταμένως. Gottl.

Ὀργῇ] Adscripserat Gottl. (ex Abr. Diluc.) *Heringa Obss. L. VI. p. 54.* ὁρμῇ —Sed hanc lectionem jam e Gellio notavit

βραδέως, καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων· οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ᾽ ἵνα, ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες, προέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις· ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν.

οα΄. 71. Ξυνιόντων δ᾽ ἔτι, Ἄγις ὁ βασιλεὺς τοιόνδε ἐβουλεύσατο δρᾶσαι. τὰ στρατόπεδα ποιεῖ μὲν καὶ ἅπαντα τοῦτο· ἐπὶ

Hudson. Unde nil opus conjectura, ubi jam sit Var. Lectio. Illud magis ambigas, utrum utri præferas? Nec dubium tamen sit, quin et addito ἐντόνως, et opposito βραδέως, aptius sit ὁρμῇ. Neque vero *iræ* sat congrua hic mentio; utut *studium* quoque et ardorem, vehementiam, Nostro notet vocab. ὀργῆς· illud tamen prætulerim. Ἐντόνως Gottl. (immo Abresch.) expl. ἐντεταμένως· quod idem sit, sed nihilo clarius; immo sign. σφοδρῶς, ταχέως, βιαίως. Baver.

Ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων] Νόμου, quod est in Clar. Cass. et Gr. ita defendi potest, ut ea vox non pro lege accipiatur cum Interpretibus, sed pro nomo musico, et hæc conjungantur ὑπὸ νόμου πολλῶν αὐλητῶν. Quæ significatio vocis νόμος etiam retento dativo νόμῳ manere potest. Nam hæc sine discrimine secundo et tertio casu dicuntur. Hesiod. ἀσπ. v. 280. Αἱ δ᾽ ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα. Aristoph. Acharn. v. 1000. Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος. Anacreon Carm. VI. Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύει. Lucianus Dial. Deor. p. 187. Ὑπ᾽ αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαίνει. Et hæc interpretatio ex eo confirmari videtur, quod mox addit Thucydides, οὐ τοῦ θείου χάριν; quod Scholiastes exponit ὕμνου: nam νόμος est hymnus deorum, ut Scholiastes Aristophanis Equit. v. 9. et ex eo aliisque Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Delum ostendit. Nec tamen plane improbem versionem Interpretum, *ex Lege*. Erat enim, ut ait Xenophon de Lacedæmonior. Republ. in fine, νόμος, αὐλεῖν πάντας τοὺς παρόντας αὐλητάς. Respexit ad hunc locum Servius ad Virgil. VIII. Æneïd. 2. Duck.

Ὑπὸ αὐλητ. νόμ. ἐγκαθεστ.] Νόμου si legeris, *cantum*, utique notet, quem et supra, c. 69. sat commode notet, Heilmanno quoque probante: μετὰ νόμων, cum cantu. In ὑπὸ cum Genit. intell. ἀγόμενοι, *ducti*, regentibus ingressum et moderantibus tibicinibus. Νόμῳ equidem malim ob ἐγκαθεστώτων. Baver.

Τοῦ θείου] Schol. supplet ὕμνου· non placet; τὸ θεῖον, simpliciter, est, *Numen*, et sensus est: non, quo Deos placarent, non in Deorum honorem. Nec vero *hymni caussa* tibicen canit, sed *ipsum hymnum*. Baver.

Μετὰ ῥυθμοῦ] Vide Polybium apud Athenæum XIV. 5. Saltantium in morem Aristophanis verbis Plut. v. 758. ἐκτυπεῖτο δὲ Ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν. Pollux III. 92. μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοιεν. male, pro βαίνοντες προέλθοιεν. Wass. De iisdem Polyænus I. 10. Πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες ἄρρηκτοι τὴν τάξιν ἐγένοντο. Et Lucianus de Saltat. p. 790. Ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδός. Pro προέλθοιεν Gellius et Scholiastes habent προσέλθοιεν. Duck.

Προέλθ.] Schol. προσέλθοιεν. Illud rei aptius, et superiori, χωροῦντες· hoc προσόδοις. Mihi tamen προέλθοιεν placet, et pluribus placebit, opinor. Baver.

Τὰ μεγάλα] Ita Mss. antea μέγιστα. Quo plures, eo minus ordinis, turbæ plurimum. Wass. Μεγάλα etiam Gellius, et ποιεῖν ἐν ταῖς προσόδοις. Ποιεῖν Valla satis recte vertit *accidere*. Aristophanes Plut. v. 1205. Καὶ μὴν πολὺ τῶν ἄλλων χυτρῶν τἀναντία Αὗται ποιοῦσι. Eamdem significationem τοῦ ποιεῖν puto esse in eo, quod paullo post dicit Thucydides, Τὰ στρατόπεδα ποιεῖ μὲν καὶ ἅπαντα τοῦτο. Nam loquitur de eo, quod in concursu prœlii accidere solet exercitibus, non, ut Portus accepit, de stratagemate, quo illi uti soleant. Acacius non male: *solet hoc in omni acie fieri*. Duck.

Ποιεῖν] Add. Gottleb. ac pro ποιεῖσθαι· ut πορείαν ποιεῖν, L. VII. 3.—Alieno profecto loco; ubi enim est Subst. quo referatur ποιεῖν, aut qui locus hic Mediæ formæ? Immo ad ὅπερ refer, quod ad διασπασθείη respicit. Illud rectius animadverteret, jam notatum tamen Intt. ad c. 71. (ubi tamen v. not.) ποιεῖν hic esse pro πάσχειν· solet hoc fieri, accidere magnis exercitibus. Baver.

Ξυνιόντων δ᾽ ἔτι] Urgendum hic est verbum ξυνιέναι, et presse accipiendum, (ut supra ξύνοδος,) ut ne prœlii congressionem notet, sed *accessionem* et motum versus hostes, *im währenden Anrücken*. Baver.

Ποιεῖ—μὲν, rel.] Nescio, an ποιεῖ hic utique sit pro πάσχει, hoc iis accidet, usu venire solet; (Per se quidem sæpe quin notet, nihil moror.) Etenim quid *faciant*, soleant exercitus facere, tamen infra explicatur; et ἐξωθεῖται potest Medio sensu accipi,

τὰ δεξιὰ κέρατα αὐτῶν ἐν ταῖς ξυνόδοις μᾶλλον ἐξωθεῖται, καὶ περιΐσχουσι κατὰ τὸ τῶν ἐναντίων εὐώνυμον ἀμφότεροι τῷ δεξιῷ, διὰ τὸ, φοβουμένους, προστέλλειν τὰ γυμνὰ ἕκαστον ὡς μάλιστα τῇ τοῦ ἐν δεξιᾷ παρατεταγμένου ἀσπίδι, καὶ νομίζειν τὴν πυκνότητα τῆς ξυγκλείσεως εὐσκεπαστότατον εἶναι. καὶ ἡγεῖται μὲν τῆς αἰτίας ταύτης ὁ πρωτοστάτης τοῦ δεξιοῦ κέρως, προθυμούμενος ἐξαλλάττειν ἀεὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν, ἕπονται δὲ διὰ τὸν αὐτὸν φόβον καὶ οἱ ἄλλοι. καὶ τότε περιέσχον μὲν οἱ Μαντινῆς τῷ κέρᾳ πολὺ τῶν Σκιριτῶν, ἔτι δὲ πλέον οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Τεγεᾶται τῶν Ἀθηναίων, ὅσῳ μεῖζον τὸ στράτευμα εἶχον. δείσας δὲ Ἆγις, μὴ σφῶν κυκλωθῇ τὸ εὐώνυμον, καὶ νομίσας, ἄγαν περιέχειν τοὺς Μαντινέας, τοῖς μὲν Σκιρίταις καὶ Βρασιδείοις ἐσήμηνεν, ἐπεξαγαγόντας ἀπὸ σφῶν, ἐξισῶσαι τοῖς Μαντινεῦσιν· εἰς δὲ τὸ διάκενον τοῦτο

sese porrigunt, elabuntur, evadunt; quod etsi haud recte, nec salubriter, sponte tamen, faciant, et veluti consulto, et primicerio præeunte. Tamen, ob notionem verbi ὠθεῖσθαι, et quia vel diversum facere voluit Agis, vel mederi certe huic incommodo, constet sane et hic verbo ποιεῖν notio τοῦ πάσχειν. Μὲν autem post ποιεῖ respicit subjectum, καὶ τότε περιέσχον, rel. Quod omnino usu venit exercitibus, id *tum* quoque usu venit. Ceterum, quocunque modo interpretere, vitiose tamen texus habet αὐτῶν, post κέρατα· corrigendum, αὑτῶν, *suamet* ipsorum; et vero versum est *suum cornu*. Baver.

Εὐσκεπαστ.] Active accipiendum, ad tegendum aptiorem, magis munientem corpus. B.

Ἡγεῖται τ. αἰτ. τ.] i. e. *primus*, præcipue est in caussa, initium facit rei, quod ceteri sequantur: ut 1. 78. extr. ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε, utcunque vos *inceperitis*, *primi* bellum moveritis. Sed enim quid faciemus vocabulo αἰτίας; initium præbet, dux est huic *caussæ?* Immo *rei*, evento. Sed nimirum αἰτίαν vocat primo ob verbum ἡγεῖται· ἡγεῖται τῆς αἰτίας, est periphrasis τοῦ, αἰτιώτατός ἐστι, maxime in caussa est; deinde αἰτία vocatur res illa, quia *caussam* habet τοῦ ἐξωθεῖσθαι, ut exercitus eo porrigantur: hoc est *effectum* facti, moris, quo utatur primicerius, nimis in dextram excedens: hæc est αἰτία τοῦ ἐξωθεῖσθαι. Est ergo ille primus caussa caussæ, αἴτιος (ἡγεμὼν) τῆς αἰτιας, *caussa* incommodi, quæ sit *caussa* alterius. Ita certe consulatur magis vocab. ταύτης. Simplicius tamen interpretere, αἰτιώτατός ἐστι τούτου. B.

Πρωτοστάτης] Gottl. expl. *der Flügelmann.* Baver.

Γύμνωσιν] Γνῶσιν in *Gr.* e compendio scripturæ est. Duck.

Ἐσήμηνεν] *Imperavit.* Ita Liv. 2. 20. *cohorti suæ — dat signum, ut —— pro hoste habeant:* i. e. imperat, edicit. Hom. Il. 1. 289. πᾶσι—σημαίνειν, *imperare.* Hinc σημάντορες, duces, præfecti. Baver.

Ἐπεξαγαγόντας] Primo dictum pro Dativo ἐπεξαγαγοῦσι· pendet enim ab ἐσήμηνεν, cui et additus sit Dat. Σκιρίταις, Βρασιδείοις· deinde supplendum τινὰς, vel μέρος τὶ, ἑαυτῶν. Ἐπὶ autem in verbo ἐπεξαγ. notat 1) *ad* hostem, 2) ad *explendum* spatium, progressu cedentium in dextram relictum, et numerum, qui esset ex æquando cornu. Quid tamen si scripsit Thuc. ὑπεξαγαγόντας, quod plane respondeat Latino, unice hic apto, *subducere?* Baver.

Ἐξισῶσαι] Sc. ἑαυτοὺς, pro Medio; vel int. τὸ κέρας. Baver.

Εἰς δὲ τὸ διάκενον, rel.] Implicitus sane ordo, dupliciter expediendus: Vel sic: παρήγγελλεν Ἱππον. καὶ Ἀριστ. τῶν πολεμάρχων (scil. οὖσι,) qui essent (e numero) Polemarchorum; aut (propius quidem ad morem Nostri,) παρήγγελλ. τῶν πολεμάρχων ex Polemarchis præcepit, Ἱππον. κ. Ἀριστ. παρελθ. ἐς τὸ διάκ. τ. ἔχουσι, (ita,) ut haberent, secum abducerent, δύο λόχους. Vel sic: παρήγγ. δύο λόχους (ut duæ cohortes) παρέλθ. εἰς τὸ διάκ. τοῦτο, Ἱππον. καὶ Ἀριστ. (ἐκ, vel, οὖσιν) τῶν πολεμάρχων, ἔχουσιν, ut eos haberent, ducerent Hipponoidas et Aristocles, (qui essent e numero,) τῶν πολεμ. Ita sint hi Dativi consequentis, vel adjuncti, sim-

παρήγγελλεν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως δύο λόχους τῶν πολεμάρχων Ἱππονοΐδᾳ καὶ Ἀριστοκλεῖ ἔχουσι παρελθεῖν, καὶ ἐσβαλόντας πληρῶσαι, νομίζων, τῷ θ᾽ ἑαυτῶν δεξιῷ ἔτι περιουσίαν ἔσεσθαι, καὶ τὸ κατὰ τοὺς Μαντινέας, βεβαιότερον τετάξεσθαι.

οβʹ. 72. Ξυνέβη οὖν αὐτῷ, ἅτε ἐν αὐτῇ τῇ ἐφόδῳ καὶ ἐξ ὀλίγου παραγγείλαντι, τόν τε Ἀριστοκλέα καὶ τὸν Ἱππονοΐδαν μὴ θελῆσαι παρελθεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο τὸ αἰτίαμα ὕστερον φεύγειν ἐκ Σπάρτης, δόξαντας μαλακισθῆναι· καὶ τοὺς πολεμίους φθάσαι τῇ προσμίξει· καὶ, κελεύσαντος αὐ-

plices, pro Genitivis absolutis, Ἱππονοΐδα καὶ Ἀριστοκλέους, ἐχόντων, vel ἀγόντων, αὐτοὺς, nempe τοὺς λόχους. Quarto alibi casu simpliciter addere solet Particip. hujus ipsius verbi ἔχειν. Utrumlibet amplectare, licet: durius utrumque fuerit, sed Thucydideum; neque alia ratio patet. Sed tertiam, ecce, Heilmann. ingreditur, interpretando jungens, δύο λόχους τ. πολεμάρχ.—Sane et mihi hoc venit in mentem, vel unice probaturo et secuturo, ut simplicius, (utut sic quoque maneant Dativi simpliciter positi in Ἱππονοΐδᾳ καὶ Ἀριστ. ἔχουσιν,) si milites essent Polemarchi, et cohortibus divisi; quos duces fuisse, et vocabuli vis, et vero c. 69. extr. doceat. Nam, quod vertit, *von den Polemarchen*, et ambiguum est in Germ. et contra usum Græcum, qui non dicat, *alicujus, hujus* λόχον vel cohortem; *præfectus* dicitur *cohortis*, non, *cohors præfecti*; nostro mori propius, quam veterum. Quid, quod Lochorum præfecti λοχαγοὶ dicuntur, non πολέμαρχοι. Baver.

Ἐσβαλ. πληρῶσαι] Scil. ἐς τὸ διάκενον. Ἐσβαλόντας autem hic est, insinuantes sese, ingressos in locum illum a se explendum *hineintreten, sich hinein werfen, einrücken.* Baver.

Περιουσίαν] Nempe ad exæquandum cornu hostium et spatio superandum. Baver.

Ξυνέβη] Int. *contigit;* quod de *exoptatis* rebus, lætis, secundis ac commodis, magis certe et plerumque, dicatur. Nimius tamen rursus Heilm. vertens: *Es begegnete ihm das Unglück;* gravius, quam pro caussa; *vicerunt* enim, ex parte, Lacedæmonii; nec cunctatio ducum aut pervicacia tali vocabulo dici solet: Immo verte, *evenit*, accidit; certe, *incommode* accidit; *er hatte die Fatalität, es gieng ihm se widrig, es traf so fatal.* v. et mox ad φεύγειν. Baver.

Φεύγειν] Miram vero structuram! Sed magis mirum, neminem Intt. ea offensum. Heilm. vidisse videtur, vitavit certe, interpretando, per Parenthesin: *wie sie dann auch—verwiesen* (melius, *verbannt*) *wurden* Unde enim pendet Infinit. φεύγειν; Nempe a ξυνέβη· (quod et Schol. monet, secure, nil aliud,) *accidit;* Cui ergo? Agidi vero. Quid? Ut parere nollent Hippon. et Aristocles. Recte! Quid tum? (Accidit, *eidem* ergo Agidi, αὐτῷ,) ut hi duo duces ea caussa damnati urbe ejicerentur. Agidine ergo hoc accidit? An *ipsi* incommodum fuit, duces suos dicto non audientes accusari, damnari, ejici? Aut, si ξυνέβη tantum respicimus, non αὐτῷ simul: in *prælio* tamen hic quid acciderit, memoratur, quid ad exitum ejus momentum fecerit, non, quid *postea* factum sit; quod in *prælio* quidem jam vim nullam haberet, damnatos *deinde* ejici. Debebat ergo Thuc. ἔφυγον, vel ἔφευγον, non per Infinit. suspendere a ξυνέβη, sed per Parenthesin more alias suo, inserere. Talia ostendi, malim, ab Intt. et notari, quam literaturæ apparatum explicari inanem nullo usu ad veram intelligentiam. Sed nimirum pronius est, faciliora consectari et speciosiora, quam simpliciora, et tamen intricata magis, utut salubria. Nec Latinus Int. diligentius vertit: *quin etiam adjecti fuerint.* Una literula immutata, *fuerunt* scriberet. B.

Καὶ κελεύσ. rel.] Jungenti κελεύσαντος ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας, (quod faciendum sit retinenti ac sequenti interpunctionem Ducker.) supplendum sit παρελθεῖν, facile repetendum ex οὐ παρῆλθον· ut c. extr. ἐς χεῖρας ὑπομείναντας, ubi Schol. supplet ἐλθεῖν. Licet tamen aliter distinguenti ordinare et vertere, ὡς οὐ παρῆλθον οἱ λόχοι ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας, κελεύσαντος αὐτοῦ· ut ἐπὶ τ. Σκ. referatur ad παρελθεῖν. Quin, ad utrumque forte referri, voluit Thuc. et bis intelligi, ἐπὶ τοὺς Σκιρ. et ad κελεύσ. et ad παρῆλθον· quia sic medium interposuit, [ac si scripsisset: ὡς οὐ παρῆλθον οἱ λόχοι ἐπὶ τ. Σκιρ. κελεύσαντος αὐτοῦ (παρελθεῖν) ἐπὶ τ. Σκ. vel, αὐτούς. Quare mutare nolui interpunctionem, rectius nullam futuram, in tali dubitatione et Amphibolia. Παρελθεῖν autem hic est, *progredi*, accedere, adjungi, *sich anschliessen;* et ἐπὶ non hostiliter accipitur, sed, ad amicos, et suos. B.

τοῦ, ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας ὡς οὐ παρῆλθον οἱ λόχοι, πάλιν αὖ σφίσι προσμίξαι μὴ δυνηθῆναι ἔτι, μηδὲ τούτους ξυγκλεῖσαι. ἀλλὰ μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι ἐλασσωθέντες τότε, τῇ ἀνδρείᾳ ἔδειξαν οὐχ ἧσσον περιγενόμενοι. ἐπειδὴ γὰρ ἐν χερσὶν ἐγίγνοντο τοῖς ἐναντίοις, τὸ μὲν τῶν Μαντινέων δεξιὸν τρέπει αὐτῶν τοὺς Σκιρίτας καὶ τοὺς Βρασιδείους· καὶ ἐσπεσόντες οἱ Μαντινῆς καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, καὶ τῶν Ἀργείων οἱ χίλιοι λογάδες, κατὰ τὸ διάκενον καὶ οὐ ξυγκλεισθὲν, τοὺς Λακεδαιμονίους διέφθειρον, καὶ κυκλωσάμενοι ἔτρεψαν, καὶ ἐξέωσαν ἐς τὰς ἁμάξας, καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐπιτεταγμένων ἀπέκτεινάν τινας. καὶ ταύτῃ μὲν ἡσσῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι· τῷ δ' ἄλλῳ στρατοπέδῳ, καὶ μάλιστα τῷ μέσῳ, ᾗπερ ὁ βασιλεὺς Αγις ἦν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι ἱππῆς καλούμενοι, προσπεσόντες τῶν τε Ἀργείων τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ πέντε λόχοις ὠνομασμένοις, καὶ Κλεωναίοις, καὶ Ὀρνεάταις, καὶ Ἀθηναίων τοῖς παρατεταγμένοις, ἔτρεψαν, οὐδὲ εἰς χεῖρας τοὺς πολλοὺς ὑπομείναντας, ἀλλ', ὡς ἐπῄε-

Ἐλασσωθ.] Expl. cum Heilm. Gottl. "*quamvis omnibus commodis destituti, quæ ab arte, experientia usuque proficiscantur.*" Rectius Interpr. *quamvis peritia tunc omnibus rebus inferiores fuissent.* Rectius dico, qua verba ipsa; nam ἐλασσοῦσθαι, ut notet, *inopem* esse, (v. c. Phil. 4. 12. [sed ibi est ὑστερεῖσθαι, non ἐλασσοῦσθαι, altero autem loco ἐλαττονεῖν] 2 Cor. 8. 15.) simpliciter fere ponitur, et sign. omnino ἐλάσσω εἶναι, scil. τινὸς, vel τῶν ἄλλων. Genitivum ergo adjunctum habet, eumque *personæ*, non *rei*, qua careas, vel cujus nomine sis (alio) inferior; quæ res adjecta, Dativo (vel Ablat.) exprimatur; quod et hic fecit Thuc. ut sensus sit: inferiores (cum essent) peritia. Hoc verba ostendunt; at res quî patiatur? Ecqua enim ἐμπειρίᾳ carebant Lacedæmonii aut vincebantur? Imperitiam quidem neque omnino tribueris tam exercitatis bellatoribus, terrestris utique pugnæ, neque, *hic* (τότε, ait Noster,) imperite egit Agis, immo satis ex arte, et prudenti consilio pariter et ratione. Ducum autem non parentium Agidi, pervicacia, erat, non imperitia. Nam *ipsorum* quidem (Laced.) peritiam requiri, ἀνδρεία ostendat, iisdem contra reddita. Caussæ tamen ut consulatur, *hostium* peritiam hic intelligam, qua *tum* vincerentur, i. e. per quam, non *in* qua, secundum quam, cujus nomine. Ostendebant enim peritiam hostes hic et artem, insinuando sese intra ordines Spartanorum, quos rumperent, restitui non valentes. Unum ergo est, ac tamen mere Grammaticum, quod et rei consulat et verbis, τῇ ἐμπειρίᾳ verti, *per artem*, et subaudiri, *hostium*: alioquin aut res, aut verba, laborent. Baver.

Οὐχ ἧσσον] Hic sign. *tamen, nihilo secius,* vel, *maxime*; ut 1. 5. init. οὐχ ἧσσ. οἱ νησιῶται, Insulani quidem vel maxime; maxime autem insulani. Baver.

Κυκλωσάμ.] Medium pro Activo. B.

Ἔτρεψαν] Scil. αὐτοὺς, repetendum, more Nostri, ex *alio* casu verbi εἰσπεσόντες. ἅμαξαι hic sunt impedimenta. Baver.

Πέντε λόχοις] Ita edi voluerat Cl. Wasse, pro πεντελόχοις. Schol. Cass. auctior vulgato addit, ὡς ἀρχιλόχοις. Duck.

Οὐδὲ ἐς χεῖρ. τ. πολλοὺς ὑπομ.] Duo hic notes: 1) Breviloquentiam, ὑπομένειν ἐς χεῖρας, i. e. ἕως (ὡς) ἂν ἔλθοιεν ἐς χ. eousque, dum cominus aggrederentur: vel simpliciter supple, ἐλθεῖν, ausos congredi; 2) trajectionem; debebat enim: τοὺς πολλοὺς (διέφθειρον, vel ἔτρεψαν,) οὐδὲ ἐς χ. ὑπομ. Possunt etiam esse Accusativi simplices, pro Genitt. τῶν πολλῶν—ὑπομεινάντων, plerisque non ausis, cum plerique ne sustinuissent quidem vel exspectassent congressionem. Baver.

σαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, εὐθὺς ἐνδόντας, καὶ ἔστιν οὓς καὶ καταπατηθέντας, τοῦ μὴ φθῆναι τὴν ἐγκατάληψιν.

ογʹ. 73. Ὡς δὲ ταύτῃ ἐνεδεδώκει τὸ τῶν Ἀργείων καὶ ξυμμάχων στράτευμα, παρεῤῥήγνυντο ἤδη ἅμα καὶ ἐφ᾽ ἑκάτερα, καὶ ἅμα τὸ δεξιὸν τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Τεγεατῶν ἐκυκλοῦτο τῷ περιέχοντι σφῶν τοὺς Ἀθηναίους. καὶ ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς κίνδυνος περιειστήκει, τῇ μὲν, κυκλουμένους, τῇ δὲ, ἤδη ἡσσημένους. καὶ μάλιστ᾽ ἂν τοῦ στρατεύματος ἐταλαιπώρησαν, εἰ μὴ οἱ ἱππῆς παρόντες αὐτοῖς ὠφέλιμοι ἦσαν. καὶ ξυνέβη, τὸν Ἄγιν, ὡς ᾔσθετο τὸ εὐώνυμον σφῶν πονοῦν τὸ κατὰ τοὺς Μαντινέας καὶ τῶν Ἀργείων τοὺς χιλίους, παραγγεῖλαι παντὶ τῷ στρατεύματι χωρῆσαι ἐπὶ τὸ νικώμενον. καὶ γενομένου τούτου, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι [ἐν τούτῳ] ὡς παρῆλθε, καὶ ἐξέκλινεν ἀπὸ σφῶν τὸ στράτευμα, καθ᾽ ἡσυχίαν ἐσώθησαν, καὶ τῶν Ἀργείων μετ᾽ αὐτῶν τὸ ἡσσηθέν. οἱ δὲ Μαντινῆς καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ τῶν Ἀργείων οἱ λογάδες οὐκέτι πρὸς τὸ ἐγκεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις τὴν γνώμην εἶχον, ἀλλ᾽ ὁρῶντες τούς τε σφετέρους νενικημένους, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπιφερομένους, ἐς φυγὴν ἐτράποντο. καὶ τῶν μὲν Μαντινέων καὶ πλείους διεφθάρησαν,

Τοῦ μὴ φθῆναι] Supplet Abr. et ab eo fere pendens Gottl. ac si dederit, διὰ τὸ μὴ φθῆναι τὴν ἐγκατάληψιν. Quanto simplicius fuerat, ita interpretari, simpliciter supplesse διὰ, cum ipso Genit. ἕνεκα. Sed volebat effundere, more suo, id est, gentis, apparatum lectionis, qua ostenderet, διὰ τὸ, vel Genit. τοῦ, non semper notare consilium, sed exitum quoque; quod nec διὰ τὸ faciat, nec Genit. τοῦ, ubi sign. διὰ τό: plane ut alieno loco intrudantur hic congesta, utut per se vera et salubria; sed enim hic non exitus notatur, ne ex Abr. quidem interpretatione, verum *efficiens* caussa τοῦ καταπατηθῆναι. Obtriti fuere quidam, *quia* non effugerant, priusquam opprimerentur. Sed nec Lat. Int. placet: *Metuentes, ne prius interciperentur, quam elaberentur.* Ubi est, *metuentes?* Aut quid cogit, illud suppleri, quod jam sic in *ne?* Deinde καταπατηθέντας tunc sit, *passos* se obteri; at quam absurde dicantur obtriti, *ne* interciperentur! Quî enim magis intercipi (opprimi) possent, quam si plane obtererentur? Quam otiosum vero friget additum, *quam elaberentur!* Aut quomodo denique efficiatur hic sensus, si tamen est sensus, ac non nugæ, ex verbis, φθῆναι τὴν ἐγκατάληψιν, quod nil aliud esse possit, nisi aut, (*active,*) *prius occupare*, quod hic alienum sit, aut, (*passive,*) ut hic, antevertere deprehensuros, oppressuros hostes? Heilm. vertit: *Wobey verschiedene, über (wegen) der gar zu grossen Eilfertigkeit, von dem Feinde nicht erreicht zu werden, zertreten wurden.* Ex hac interpretatione aut μὴ redundet, aut ἐγκατάληψιν active acceperis, ac si sit, τοὺς (πολεμίους) ἐγκαταλήψοντας. Et tamen dura sit continuatio: proculcati sunt quidam, *obtriti, ne— opprimerentur.* Optimum ergo fuerit, τοῦ μὴ intelligere, διὰ τοῦ (vel διὰ τὸ, ἕνεκα τοῦ,) μὴ φθ. aut, μὴ φθάσαντας τὴν ἐγκατάλ. Baver.

Τὸ στράτ. παρεῤῥ. ἅμα, rel.] Trajecta sunt verba, ad sensum ita refingenda: καὶ ἅμα (vel, ἅμα καὶ) τὸ στρ. παρεῤῥ. ἤδη ἐφ᾽ ἑκάτ: καὶ τὸ δεξ. rel. Neque enim in ἐφ᾽ ἑκάτ. est partitio, sed in subjectis primo, καὶ τὸ στράτ. (nempe ὅλον, πᾶν,) καὶ τὸ δεξ. (κέρας·) deinde in verbis, παρεῤῥ. et ἐκυκλοῦτο. Hoc alterum, Medium, hic est pro Activo. Baver.

Ἐκυκλοῦτο] Thomas Mag. in κυκλέω. D.

Καὶ πλ. διεφθ.] Redundat καὶ, ut solet in partitione, cujus hic altera pars est ἐσώθη. Baver.

τῶν δὲ Ἀργείων λογάδων τὸ πολὺ ἐσώθη. ἡ μέντοι φυγὴ καὶ ἀποχώρησις οὐ βίαιος οὐδὲ μακρὰ ἦν. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, μέχρι μὲν τοῦ τρέψαι, χρονίους τὰς μάχας καὶ βεβαίους τῷ μένειν ποιοῦνται, τρέψαντες δὲ, βραχείας καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τὰς διώξεις.

οδʹ. 74. Καὶ ἡ μὲν μάχη, τοιαύτη καὶ ὅτιεγγύτατα τούτων ἐγένετο, πλείστου δὲ χρόνου μεγίστη δὴ τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ ὑπὸ ἀξιολογωτάτων πόλεων ξυνελθοῦσα. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, προθέμενοι τῶν πολεμίων νεκρῶν τὰ ὅπλα, τροπαῖον εὐθὺς ἵστασαν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐσκύλευον, καὶ τοὺς αὐτῶν ἀνείλοντο, καὶ ἀπήγαγον ἐς Τέγεαν, οὗπερ ἐτάφησαν· καὶ τοὺς τῶν πολεμίων ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν. ἀπέθανον δὲ Ἀργείων μὲν καὶ Ὀρνεατῶν καὶ Κλεωναίων, ἑπτακόσιοι· Μαντινέων δὲ, διακόσιοι· καὶ Ἀθηναίων ξὺν Αἰγινήταις, διακόσιοι, καὶ οἱ στρατηγοὶ ἀμφότεροι. Λακεδαιμονίων δὲ οἱ μὲν ξύμμαχοι οὐκ ἐταλαιπώρησαν, ὥστε καὶ ἀξιόλογόν τι ἀπογενέσθαι· αὐτῶν δὲ χαλεπὸν μὲν ἦν τὴν ἀλήθειαν πυθέσθαι, ἐλέγοντο δὲ περὶ τριακοσίους ἀποθανεῖν.

οεʹ. 75. Τῆς δὲ μάχης μελλούσης ἔσεσθαι, καὶ Πλειστοάναξ ὁ ἕτερος βασιλεὺς, ἔχων τούς τε πρεσβυτέρους καὶ νεωτέρους, ἐβοήθησε. καὶ μέχρι μὲν Τεγέας ἀφίκετο· πυθόμενος δὲ τὴν νίκην, ἀπεχώρησε. καὶ τοὺς ἀπὸ Κορίνθου καὶ ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμάχους ἀπέτρεψαν πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι· καὶ αὐτοὶ

Φυγή] Pharacis Spartani salubre consilium legas apud Diodorum Siculum pag. 326. d. Wass.

Πλείστ. δὲ] Δὲ pro δὴ hic est; quod alias addere solet; hic δὲ posuit, quia rursus sequ. δὲ, pleonastice, quia jam δὲ est pro δή. B.

Τ. νεκρ. ἐσκύλ.] Contra morem sane ipsorum, sed aut odio efferati, aut ob ἀνομίαν hujus pugnæ inter fœdera. Baver.

Καὶ ἀξιόλ.] Rursus redundat *καὶ*, aut sign. *etwa*, *που*. Baver.

Ἀπογενέσθαι] Vide Suidam in ἀπεγένετο. Noster sæpe hoc sensu. Wass.

Ἀπογεν.] Pro simplici γενέσθαι· ut ἀποτελέσαι, ἀποδείκνυσθαι, ἀποφαίνειν, alia. Alias notat *mori*, intercidere, amitti, *wegkommen*. Recte Schol. ἀποβῆναι· ubi quid sibi velit Abr. cum suo ἀποσβῆναι, nescio. Poterat tamen Schol. dedisse, ἀποφῆναι, *efficere*, nisi passivum explicaret. Baver.

Αὐτῶν—τ. ἀλήθ.] Αὐτῶν refer ad πυθέσθαι, i. e. ἐξ αὐτῶν, παρ' αὐτῶν, ad ἀλήθειαν relatum, notet περὶ αὐτῶν· sed enim tunc scriberet, τούτων, vel ἐκείνων. Baver.

Ὁ ἕτερος βασιλεὺς] *Lex Spartæ lata*, (ut scribit Herodotus lib. 5.) *non licere prodeunte exercitu utrumque regem comitari.* Hac tamen lege non obstante, Plistoanax, quum bellum Agis gereret adversus Argivos et Mantinenses, duxit et ipse copias ex junioribus et senioribus conscriptas. Vide Cragium lib. 4. c. 4. Huds.

Ἀπέτρεψαν] Magis placet ἀπέστρεψαν, quod est in plerisque Mss. Thucydides IV. 97. Ἀπαντᾷ κήρυκι Βοιωτῷ, ὃς αὐτὸν ἀποστρέψας. Duck.

Ἀπέτρεψ.] Recte haud dubie Ducker. malit, ἀπέστρεψαν ex Codd. auctoritate; adde, quod ἀποτρέπειν magis notat, *dehortari*. avertere, dissuadere; ἀποστρέφειν autem, jubere redire, retro convertere, *renvoïer*, *zurückschicken*, Ebr. השיב. Baver.

ἀναχωρήσαντες, καὶ τοὺς ξυμμάχους ἀφέντες (Κάρνεια γὰρ αὐτοῖς ἐτύγχανον ὄντα,) τὴν ἑορτὴν ἦγον. καὶ τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τότε ἐπιφερομένην αἰτίαν, ἔς τε μαλακίαν, διὰ τὴν ἐν τῇ νήσῳ ξυμφορὰν, καὶ ἐς τὴν ἄλλην ἀβουλίαν τε καὶ βραδυτῆτα, ἑνὶ ἔργῳ τούτῳ ἀπελύσαντο· τύχῃ μὲν, ὡς ἐδόκουν, κακιζόμενοι, γνώμῃ δὲ οἱ αὐτοὶ ἔτι ὄντες. τῇ δὲ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ συνέβη τῆς μάχης ταύτης, καὶ τοὺς Ἐπιδαυρίους πανδημεὶ ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀργείαν, ὡς ἔρημον οὖσαν, καὶ τοὺς ὑπολοίπους φύλακας, τῶν Ἀργείων ἐξελθόντων, διαφθεῖραι πολλούς. καὶ Ἠλείων τρισχιλίων ὁπλιτῶν βοηθησάντων Μαντινεῦσιν ὕστερον τῆς μάχης, καὶ Ἀθηναίων χιλίων πρὸς τοῖς προτέροις, ἐστράτευσαν ἅπαντες οἱ ξύμμαχοι οὗτοι εὐθὺς ἐπὶ Ἐπίδαυρον, ἕως οἱ Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον· καὶ διελόμενοι τὴν πόλιν περιετείχιζον. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐξεπαύσαντο· Ἀθηναῖοι δὲ, ὥσπερ προσετάχθησαν, τὴν ἄκραν τὸ Ἡραῖον εὐθὺς ἐξειργά-

Κάρνεια] Sacrum circa Olympiad. XXVII. institutum. WASS. Est de hoc etiam supra Cap. 54. DUCK.

Κάρν. γὰρ, rel.] De re ipsa, adscripserat Gottl. v *Callim. H. in Apoll. vs.* 78. *Intt. et Valkenar. ad Herodot. VII. p.* 601. In verbis autem et structura notes respectum ad Parenthesin per γὰρ insertam, e qua demum, extra Parenthesin, intelligas, quam ἑορτὴν ἦγον. Simplicius foret, et ita interpretere: καὶ, ὅτι Κάρνεια αὐτοῖς ἦν, (ταύτην) ἑορτὴν ἦγον· vel, τὰ Κάρν. ἦγον· αὕτη γὰρ ἑορτὴ αὐτοῖς (τότε) ἐτύγχ. οὖσα. Ceterum, ἐτύγχανεν ὄντα, hic non est pro simplici εἶναι, ut quod notet, omnino apud eos fuisse Carniorum solenne; sed, ita tum ferebat tempus, ut *tum* Carnea inciderent; *es traf eben damals, fiel ein.* BAVER.

Ἔς τε μαλακίαν, rel.] Ἐς hic est κατὰ, διὰ, *qua, in Ansehung, wegen, betreffend:* argumentum et materiam criminis notat. B.

Ἀπελύσαντο] Confer omnino Plutarchum Agesil. pag. 614. WASS.

Κακιζόμ.] Duo hic sign. et, malis premi, et, ignavos se vel imperitos præbere; fortuna, casus iniquior, effecerat, ut male et imperite agere viderentur; plane ut in Lat. *male rem gererent* et culpa et casus apparet, conjunctim interdum, nonnunquam alterum. BAVER.

Ἡμῖν γε] Simplicissime suppleris, εἴη, ad Nominatt. κακότης καὶ δειλία. Ἐπιφέροιτο, quod supplet (ex Abr.) Gottl. non habet, unde repetatur; et καταγνωσθείη, quod Idem supplet, Genitivum, ἡμῶν, requirat. *Esse* autem facile et abest et subaudiatur. Γε autem hic est, *utique*, præsertim. B.

Ἀλλ' ἐπιστάμεθα — πλῆθος] Stobæus pag. 364. Wass.

Τῶν πολεμίων] Ineptum vero hic, et plane leg. πολέμων. Τὰ τῶν πολεμίων expl. Gottl. τοὺς πολεμίους. Malim ego intelligi πράγματα, ξυντυχίας. Vix enim hic diceret, τοὺς πολέμους. Baver.

Κοινοτέρας τὰς τύχας] Cod. Dan. et Stobæus καινοτέρας, quod non contemnendum, et melius sententiæ convenire videtur, quam κοινοτέρας. Gesnerus apud Stobæum non male ita Latine expressit: *in bellis interdum eventus inopinatos accidere, et longe alios, quam pro multitudinis utrimque ratione.* Καινὸν sæpe idem esse, quod παράλογον et παράδοξον, nemo dubitat. Τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, Thucydides III. 30. i. e. ut Scholiastes, τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ παρὰ δόξαν. Τὰ τῶν πολεμίων fortassis defendi potest. Si tamen in scripto aliquo invenissem πολέμων, id præferrem; ut in loco Thucydidis modo laudato, et I. 78. τοῦ πολέμου τὸν παράλογον. Duck.

Κοινοτέρας] Tamen prætulerim καινοτέρας, vel ob rem, vel ob verbum λαμβάνοντα. *Communem* enim fortunam non *capit* bellum, sed in se jam *habet*. *Æquiores* explicari κοινότερας cum (Abr. et) Gottl. incongruum duxerim. Baver.

Ἀνέλπιστον] Active, vel Transitive, int. Spem non habet, nullam ostenderit, omnem inciderit. Baver.

Στῆναι ὀρθ.] Στῆναι hic est, *vincere, das Feld behalten;* ut Eph. 6. 13. extr. vel *servari;* intactum manere, salvum, liberum evadere, *sich behaupten:* ut Actor. 26. 22. ἕστηκα. Baver.

Ὀρθῶς] Retulerim ad ἐλπίς· ὀρθῶς ἐλπὶς, scil. ἡμῖν ἐστι, recte, merito confidimus. Nam στῆναι per se, qs. cum Emphasi, valet sine ὀρθῶς. Etsi ita junctim expl. Schol. καταπρᾶξαι ὀρθῶς· plane ut Eph. 6. 13. ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Tum transposita verba intellexeris, more quidem Nostri. Sed, ob ipsum στῆναι, illud prætulerim. B.

Ἐλπὶς—λυμαίνεται] Dionys. Halic. Tom. II. pag. 156. et λαβυρίνθων, inquit, σκολιώτερα. Æschylus Prom. Θνητούς τ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον. Τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου; ΤΥΦΛΑ'Σ ἐν αὐτοῖς 'ΕΛΠΙ'ΔΑΣ κατῴκισα. Vid. Hesiod. Ἐργ. 97. Æschylus Agam. Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας 'ΕΛΠΙ'ΔΑΣ σιτουμένους. Idem fere Euripid. Phœniss. 399. Noster ad Pindarum respexit Isthm. V. 73. οὗτοι τετύφλωται, μακρὸς Μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι ΔΑΠΑ'ΝΑΙ 'ΕΛΠΙ'ΔΩΝ, ἔκνισ' ὄπιν. Stobæus 364. ἐλπὶς — ἐλλείπει. Κινδύνου legit. non audio. Wass.

Παραμύθιον] Proclus in Hesiodum p. 35. παραμυθίαν legit, et κινδύνου, male. Schol. etiam κινδύνου. Dion. Halic. παραμύθιον, hunc locum citans, exhibet, et bis terque in Antiqq. libris utitur. Plato apud Athenæum XIV. ὅσα ΠΑΡΑΜΥ'ΘΙΑ ἡδονῆς. Plutarch. Coriol. ἀτυχίας πάσης ΠΑΡΑΜΥ'ΘΙΟΝ. Glossæ παραμύθιον Solamen. Sophocles Elect. 129. Ἥκε τ' ἐμῶν καμάτων ΠΑΡΑΜΥ'ΘΙΟΝ. Wass.

μὲν ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, κἂν βλάψῃ, οὐ καθεῖλε· τοῖς δ' ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι (δάπανος γὰρ φύσει) ἅμα τε γιγνώσκεται σφαλέντων, καὶ, ἐν ὅτῳ ἔτι φυλάξεταί τις αὐτὴν γνωρισθεῖσαν, οὐκ ἐλλείπει. ὃ ὑμεῖς, ἀσθενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες, μὴ βούλησθε παθεῖν, μηδὲ ὁμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἷς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλείπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται, μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται."

ρδ'. 104. ΜΗΛ. "Χαλεπὸν μὲν καὶ ἡμεῖς (εὖ ἴστε) νομίζομεν, πρὸς δύναμίν τε τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν τύχην, εἰ μὴ

Παραμύθιον] Utramque formam habet Paullus; et παραμυθίαν, 1 Cor. 14. 3. et παραμύθιον, Phil. 2. 1. Dat. autem κινδύνῳ, est pro Genit. (uti et Schol. Aug. quasi legit,) aut οὖσα est, προσοῦσα, *adest* periculo (*in* peric.) confirmatrix, i. e. et adhortatrix et consolatrix, vel consolatura. BAVER.

Ἀπὸ περιουσ.] Quid attinet, exempla cumulari formulæ non explicatæ? Primitus notat, *animi caussa*, nulla necessitate, quia sic visum est; *für die (liebe) lange Weile, aus Muthwillen.* Quia tamen περιουσία notat *copiam*, largam eandem, et non necessariis suffecturam; cui, hoc nimirum sensu hic acceptæ, opponatur deinde ἅπαν τὸ ὑπάρχον, ἀπὸ autem, sicut ἐκ, sign. statum, conditionem, qs. ἐν περιουσίᾳ (ὄντας,) promtum fuerit, hic explicare: qui ita utantur spe, i. e. ferantur, efferantur, agantur, ea incitati nixique agant, ut aliquid novi acquirant, insuper habituri, etiamsi non abstulerint, nec sua amissuri, aut ad tenuitatem infimam relapsuri, utut nil novi acquirant, firma tamen et integra retenturi, quæ jam plurima et affatim habeant, et certa teneant. B.

Ἀναῤῥιπτοῦσι] Sane supplere licet, κίνδυνον, vel ex ipsius Thuc. usu. Sed enim, cum δάπανος, et γινώσκεται, et maxime γνωρισθεῖσαν, manifesto satis ad *spem* referatur, cujus vocab. ex init. Cap. hic sit præcipua notio; nonne ἐλπίδα potius intelligi liceat, quin oporteat? Quid enim? Si ἀναῤῥιπτεῖν κίνδυνον est, suscipere periculum, vel, per hypallagen, *sese* conjicere *in* periculum: num minus recte dicatur, *spem suscipere*, qs. in spem sese conjicere, spei sese permittere? Vel sic: qui *conjiciant spem* in omnia, quæ habeant, his fundent ac permittant, per hæc, in hæc eam efficere ratam tentent. BAVER.

Δάπανος γὰρ φύσει] Citat Thomas Magister in δάπανος. WASS.

Δάπανος] Male Int. *detrimentosa*, et barbaro vocabulo, et re ipsa magis poscente verti, *sumtuosa*, sumtus poscens, ad sumtus provocans, et sic cito exhaurire valens ipsa nixos, in tenui utique copia. BAVER.

Ἐλλείπει] Active hic intell. pro ἐγκαταλείπει, ὑπολείπει, *relinquit*; aut medio sensu, reliquum manet, relinquitur: etsi diversum alias notat, *deficere*; quod ipsum huc convenerit, si οὐκ absit. Stephani interpretatio parum congruerit verbo φυλάξεται· nisi hoc verteris: ubi etiam nunc cavere eam *possis*, detur, nondum plane rebus perditis. Gottl. ita expl. *Nullum confugium relinquit, quo, melius perspecta re, sibi cavere possit.* Sed γνωρισθεῖσαν non ad *rem* refertur, sed ad *spem*, quoad *vana* agnoscatur. B.

Ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς] Lectio C. Aug. κοπῆς, vix est, ut cuiquam probetur: etsi congruerit loco Homeri, (quem in Schol. ex Il. 10. 173. adscr. Gottl. addito Herod. 6. 11. et Ai. Flagell. vs. 797.) ξυροῦ ἀκμῆς· sed hæc ipsa est ῥοπὴ, momentum. BAVER.

Μὴ βούλησθε] Aptum hoc unice huc et verum, ut in cohortantis sermone et monentis, non βούλεσθε, quod male probatum Abr. temere amplectitur Gottl. BAVER.

Παρὸν ἀνθρ. σώζ.] Ἀνθρωπείως retuleris vel ad σώζεσθαι, *humanis artibus* et consiliis, naturalibus, in humana potestate positis (non divinis, oraculis, rel.) servari, vel ad παρὸν, ἀνθρ. παρὸν, ubi per humanam conditionem et probabilitatem salutis spes ostendatur. Illud melius. BAVER.

Μαντικὴν] Vide Euripidem Helen. v. 760. WASS.

Μετ' ἐλπ. λυμ.] Sign. a) spe injecta, b) per ipsam. BAVER.

Ὑμετέραν] Mosqu. ἡμετέραν· tunc πρὸς fuerit *ad*, comparandi conditione; si ad no-

ἀπὸ τοῦ ἴσου ἔσται, ἀγωνίζεσθαι· ὅμως δὲ πιστεύομεν, τῇ μὲν τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα· τῆς δὲ δυνάμεως τῷ ἐλλείποντι, τὴν Λακεδαιμονίων ἡμῖν ξυμμαχίαν προσέσεσθαι, ἀνάγκην ἔχουσαν, καὶ εἰ μὴ τοῦ ἄλλου, τῆς γε ξυγγενείας ἕνεκα καὶ αἰσχύνῃ βοηθεῖν. καὶ οὐ παντάπασιν οὕτως ἀλόγως θρασυνόμεθα."

ρέ. 105. ΑΘ. "Τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελείψεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας, τῶν μὲν ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, τῶν δ' ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως, δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν. ἡγούμεθα γάρ τό τε

stram—retulerimus, aut, si nostra respexerimus. Sed neque ἀγωνίζεσθαι solum ita commode hic ponatur; et vero repugnet additum: εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἔσται. Tunc enim jam fortuna non sit illa, ob quam sit χαλεπόν. In ἔσται intell. ἡμῖν, immo omnino, τινὶ, cuicunque. Ἀπὸ τοῦ ἴσου est pro ἴση. Aut ex ἀγωνίζεσθαι intell. ὁ ἀγών. BAVER.

Ἀνάγκ. ἔχ.] *Coactam*. Sed debebat, ἐχόντων, nempe Λακεδαιμονίων. Oratori *societas* ipsa dicatur cogi juvare. BAVER.

Καὶ εἰ μὴ τοῦ ἄλλου] Recte corrigit Abr. τοῦ, p. τινός. Καὶ autem redundat, Attice. B.

Καὶ οὐ παντάπ.] Καὶ hic est p. οὖν, ὥστε. B.

Τῆς μὲν—ἄρχειν] Dionys. Halic. p. 156. αὐθαδέστερον, ait, ἔτι τὸν Ἀθηναῖον ἀποκρινόμενον εἰσάγει. immo, non malus est civis, sed bonus Historicus. WASS. Thomas Mag. in εὔνοια scribit, εὐμένειαν esse majoris erga minorem, et interdum contra; idque ex Æschylo, Aristide, et hoc loco Thucydidis docet. Sed hic εὐμένεια priore sensu accipitur. Dionysius Halicarn. dicit, etiam iis, qui multum in lectione Thucydidis versati sunt, difficile esse adsequi sententiam eorum, quæ hic Atheniensem loquentem inducit. D.

Τ. π. τὸ θεῖον εὐμεν.] Si εὐμένεια est *favor* Deorum, ut sint Dii propitii: πρὸς τὸ θεῖον est pro, πρὸς τοῦ θείου, *a Diis*; haud sane ex usu loquendi; sed tamen, sicut Genit. simpliciter sæpe ponitur pro πρὸς cum Accus. et sign. *quod attinet*, ita et contra fiat, ut πρὸς cum Accus. sit pro simplici Genitivo. Nam, ut εὐμένεια sit *religio*, sensus probus piusque *adversus* Deos, (εὐσέβεια) vix videatur fieri posse vel per usum linguæ, vel pro majestate Numinis, vel e contextu, maxime Cap. super. Utrique tamen satis responderit *animus Deorum memor*, Diis deditus, quasi *amicus Diis*: tunc λελείψεσθαι sit, *carituros*; non putamus, nobis *deesse*, (Futur. pro Præs. vel *appariturum*, putamus, æquius diligentiusque spectantibus rationem nostram, nobis non DEESSE,) studium memor Deorum et pie observans. Tunc λελείψεσθαι etiam notet, *inferiores fore*, apparituros esse, vobis, Meliis. BAVER.

Λελείψ.] i. e. ἐλασσοῦσθαι. Hesych. ἐλαττούμενον, λειπόμενον. Gottl. (Abr.) Sane et infra, eadem in re, οὐ φοβούμεθα ἐλασσώσεσθαι. Sed nota res est, et tamen nil expedit; quia hic quærendum est, quid sit εὐμένεια. (v. ad. τ.—εὐμεν.) BAVER.

Ἐς τὸ θεῖον νομίσεως] Νόμισις hoc loco nihil aliud est, quam θρησκεία, vel τὸ περὶ τῶν θεῶν δόγμα. Ita etiam usurpatur a Dione, pag. 21. Ed. Steph. p. 37. Ed. Leunclav. HUDS. Polluci V. 126. durum videtur νόμισις. DUCK.

Τ. ἐς τὸ θ. νομ.] Ἔξω his est *contra*, alienum a sensu hominum τῶν ἐς τὸ θεῖον, i. e. περὶ τῶν ἐς τ. θ. frequenti usu Genit. de quo v. Phil. Th. P. p. 21. 42. 44. ubi allatis adde 1 Tim. 2. 1. διδαχαῖς δαιμονίων, i. e. περὶ δαιμ. fabulas de natura dæmonum; coll. Col. 2. 18. Ita nil opus, in verbo mutari nomina cum (Abr. et) Gottl. et clare explicatur Genit. τῶν ἐς τὸ θεῖον altero, σφᾶς αὐτοὺς, i. e. περὶ σφῶν αὐτῶν, vel, σφ. α. περι· νόμισις autem hic non sign. *ritus*, ut male Interpr. quippe de quibus hic non sit sermo; sed *religionem* ipsam, et pietatem, ab iniquitate et violentia avertentem. BAVER.

Δικαιοῦμεν] i. e. ἀξιοῦμεν. Interpr. hoc verbum retulit tantum ad ἔξω τῆς βουλήσεως, πράττομεν autem unice ad νομίσεως· cum ad utrumque nomen manifesto referatur utrumque verbum: Nihil poscimus, (vos,) nil facimus, (ipsi,) quod abhorreat aut a pietate in Deos, i. e. ab æquo, aut a more hominum statuendi de rebus suis. Νόμισις autem, de diis, qua deos, est 1) sententia de Diis, qua credantur et esse justi ipsi, et odisse injurias hominum ac punire, 2) cultus; hic maxime per æqui justique curam. BAVER.

Ἡγούμεθα] Duo notare h. l. verbum hoc, vult Abresch. approbante Gottl. 1) *putare*, nempe, ipsos Deos esse, 2) *colere*. 3) Dilo-

θεῖον δόξῃ, τό ἀνθρώπειόν τε σαφῶς διαπαντὸς ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίας, οὗ ἂν κρατῇ, ἄρχειν. καὶ ἡμεῖς οὔτε θέντες τὸν νόμον, οὔτε κειμένῳ πρῶτοι χρησάμενοι, ὄντα δὲ παραλαβόντες, καὶ ἐσόμενον ἐς ἀεὶ καταλείψοντες, χρώμεθα αὐτῷ· εἰδότες καὶ ὑμᾶς ἂν, καὶ ἄλλους, ἐν τῇ αὐτῇ δυνάμει ἡμῖν γενομένους, δρῶντας ἂν αὐτό. καὶ πρὸς μὲν τὸ θεῖον, οὕτως ἐκ τοῦ εἰκότος

giam ipsam per se nihil morer, ut et frequentem satis, et notam, et ab hoc verbo minime alienam: sed neutra significatio huc conveniat, si quidem pendeat a verbo ἡγούμεθα· ad quod relatum δόξῃ, inepte redundet, quoad ἡγούμ. sit, *putamus*, esse Deos; qua quidem de re ne sermo quidem hic sit: ad *colendi* vero sensum, δόξῃ aut omittendum sit, aut *cultum* notet; minime id quidem ex Græcismo, sed mero Ebraismo, et Græcis insolito. Equidem sic ordinem verba atque interpreter. ἡγούμ. τὸ θεῖον ἄρχειν δόξῃ, (οὗ ἂν κρατῇ) τό τε ἀνθρώπειον, i. e. τοὺς ἀνθρώπους, ex oppos. τὸ θεῖον, vel, *sensum* et *morem* humanum, σαφῶς, non δόξῃ, ut Deos, quos nemo videat, ἄρχειν, οὗ ἂν κρατῇ. "Putamus, Deos exercere vim suam et imperium in omnes ipsis subjectos, ex opinione hominum, quam de Diis conceptam teneant, ut credant, eos imperare omnibus, quia possint; ita et homines (qs. Deorum exemplo, recte ergo et juste, non injuria, quippe Diis idem facientibus, ut vi sua, copia, utantur ad imperinm usurpandum,) *manifesto*, i. e. liquido, ut apparet, ex eo, quod fieri videamus, non tantum, ut de vi Numinis, opinemur, sed sine controversia, nemine reprehendente, aut mirante, aut obloquente, occupare et exercere imperium, in quos possint." Sic ergo colligit: omnes putamus, Deos esse rerum potentes, eoque exercere imperium, ubicunque possint; mirumne aut indignum, si homines idem faciant, eandem copiam nacti? Levitatem de Numine sentiendi nemo hic obverterit, ut neque alienam a Thucydidis sensu, satis Lucretiano illo, et aliis usurpatam, ut Horatio passim, Terentio utique, simillima ratione, Eun. Act. III. Sc. V.

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi
 inerat pictura hæc, Jovem
Quo pacto Danaæ misisse, aiunt, quondam in gremium imbrem aureum:
Egomet quoque id spectare cœpi; et, quia consimilem luserat
Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum per impluvium; fucum factum mulieri.
At quem Deum! qui templa cœli summa sonitu concutit!
Ego homuncio hoc non facerem? ego vero illud feci, ac lubens.

ubi *Jovis* exemplo ad flagitium quoque excusandum et tuendum abutatur levis adolescens. Qui locus mire adjuverit hujus loci interpretationem a me propositam. Quid enim fere erat paganorum religio, aut quo fundamento innisa, nisi *moris* majorum, κατὰ τὰ πάτρια ἔθη; sic a *majoribus accepimus*? νόμῳ alibi Thuc. Et tamen *vera* quoque esse possit δόξα, ut hic est; et suffecerit argumento omnium hanc esse opinionem, hunc sensum, κατ' ἄνθρωπον. Ita Homerus Jovi subinde vindicat imperium in omnes: τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον· i. e. regnat, quia *potest*; eodem ergo juris exemplo, vel exempli jure, inquit Thuc. homines uti viribus, licet. Simplicius aut aptius ad verba et causam interpretanti promtus cessero. V. et mox. B.

Ὑπὸ ἀναγκ. φύσ.] i. e. impetu et studio insito, utendi viribus datis: amore insito aliis imperandi, quem reprimere nemo velit, vix quisquam possit, ubi copia faveat: (ita ἀναγκαῖος hic sit, active, *cogens*, impellens;) tum vero sign. *per* rei *naturam*, *usu* ita ferente, ut tenuiores cedant prævalentibus. Ὑπὸ φύσεως, scil. προκαλούμενον, ἑλκόμενον, παρορμώμενον, invitatos, impulsos. Aut ὑπὸ est pro ἐκ. Baver.

Θέντες] Hoc sensu Clytæmnestra apud Æschylum, Agam. 1050. ζυγῶν θίγειν βίᾳ — Οἱ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς, Ὠμοί τε δούλοις πάντα, καὶ παρὰ στάθμην. Ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ ΝΟΜΙ'ΖΕΤΑΙ. Noster Herodoti verba respexit VII. 8. Ὄντ' αὐτὸς ΚΑΤΗΓΗ'ΣΟΜΑΙ νόμον τόνδε ἐν ὑμῖν ΤΙΘΕΙ`Σ, παραδεξάμενός τε, αὐτῷ χρήσομαι. Wass.

Καταλείψ.] Non inductam utique a nobis auctoribus legem, i. e. consuetudinem, rationem agendi, et (ex more scilicet oriundam veluti) juris auctoritatem relicturi, aut posteros transmissuri, (active,) sed simpliciter *relicturi* (passive,) *zurück lassen, nicht mit uns (aus der Welt) hinwegnehmen*; non cessaturam nobis sublatis aut exstinctis, sed mansuram, eandem futuram, ut ante nos fuerit, semper et ubique. Baver.

Ἐκ τ. εἰκότος] Mosqu. ἐκ τ. εἰκότως· non præter morem Nostri, quin et aliorum, ut,

οὐ φοβούμεθα ἐλασσώσεσθαι· τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτοὺς, μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον. Λακεδαιμόνιοι γὰρ πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα, πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους, πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν, ὡς προσφέρονται, ξυνελὼν μάλιστ' ἂν δηλώσειεν· ὅτι ἐπιφανέστατα ὧν ἴσμεν, τὰ μὲν ἡδέα, καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα, δίκαια. καίτοι οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας νῦν ἀλόγου σωτηρίας ἡ τοιαύτη διάνοια."

ρϛ΄. 106. ΜΗΛ. "Ἡμεῖς δὲ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἤδη καὶ μάλιστα πιστεύομεν τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν, Μηλίους ἀποίκους ὄντας, μὴ βούλεσθαι προδόντας, τοῖς μὲν εὔνοις τῶν Ἑλλήνων ἀπίστους καταστῆναι, τοῖς δὲ πολεμίοις ὠφελίμους."

ρζ΄. 107. ΑΘ. "Οὐκοῦν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν, μετὰ ἀσφαλείας εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν, μετὰ κινδύνου δρᾶσθαι· ὃ Λακεδαιμόνιοι ἥκιστα ὡς ἐπιτοπολὺ τολμῶσιν."

ρη΄. 108. ΜΗΛ. "Ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους τε ἡμῶν ἕνεκα μᾶλλον ἡγούμεθ' ἂν ἐγχειρίσασθαι αὐτοὺς, καὶ βεβαιοτέρους, ἢ ἐς ἄλλους, νομιεῖν, ὅσῳ πρὸς μὲν τὰ ἔργα, τῆς Πελοποννήσου ἐγγὺς κείμεθα, τῆς δὲ γνώμης τῷ ξυγγενεῖ πιστότεροι ἑτέρων ἐσμέν."

ἀπὸ μακρόθεν, pro μακροῦ, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐκ τοῦ παραχρῆμα· etsi in his duobus intelligas ὄντος, quod non possis in εἰκότως. Totum certe ἐκ τοῦ εἰκότος est pro εἰκότως. B.

Τ. δόξης] Pendet ab ἄφρον, i. e. τ. ἀφροσύνην. τὸ ἀπειρόκακον si pendere indidem nolis, quia durius dicatur, ἀπειρόκακον τ. δόξης, commodo sensu, per Hypallagen δόξαν ἀπειρόκακον intelligas, dignam ἀπειροκάκοις, oriundam ex ἀπειροκακίᾳ· si tamen hoc nolis, in ἀπειρόκακον intell. ὑμῶν. Baver.

Διὰ τὸ αἰσχρ.] Supra, (104. extr.) αἰσχύνῃ, quia turpe (futurum) sit, eos pudeat, socios non adjuvisse. *Gottl.* Sed ita jam Schol. Intelligere liceat, εἶναι. Baver.

Οὐ ζηλοῦμεν] Miosis est, vel Extenuatio, minus dicentium et levius, quam pro re: non æmulemur, non invideamus vobis, imitari nolimus: ut Paullus, 1 Cor. 11. 22. ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ, non laudo hoc nomine, i. e. graviter reprehendo. V. Phil. Th. P. p. 262. lit. b. Baver.

Ἀλόγ. σωτ.] Male vero Port. *pro vestra inconsulta salute non facit.* Mitto, quod Latinum non est, *pro aliqua re facere*, sed, *ad rem*; et quid est *inconsulta salus*. Nempe inconsulte versum; certe verteret: inconsulta ratio salutis: sed nimirum σωτηρία hic utique est ipsa *salus*, eaque ἄλογος, incerta, nullo spei aut præsidii fundamento innixa, male spectata, *unzuverlässig, unsicher*. Πρὸς autem hic est, apta, favens. Baver.

Ἐπιτοπολὺ] Ar. C. male ἐπιπολύ. W.

Ἐγχειρίσασθαι] Expl. Gottl. τολμᾶν δρᾶσαι μετὰ κινδύνων. At quid faciat ipso Accus. κινδύνους; quem deinde casum, aut unde petitum, addet verbo δρᾶσαι; Immo simplex formula est κινδύνους ἐγχειρίσασθαι, *suscipere*, pericula subire. Baver.

Βεβαιοτέρους] Obscurior brevitas, facile tamen explicanda supplendo ἡμᾶς ἐς αὐτοὺς, firmiores, fideliores *nos* fore adversus ipsos, quam aliis, in alios. Baver.

Τ. γνώμης τῷ ξυγγ. πιστ.] Genit. τῆς γνώμης potest simpliciter positus intelligi, more Nostri, (v. Phil. Th. P. p. 21. inprimis 22.) scil. περὶ, κατὰ τὴν γνώμην. Tunc τῷ ξυγγενεῖ· sit, διὰ τὸ ξυγγενὲς, κατὰ (διὰ) τὴν ξυγγένειαν· aut pendet a ξυγγενεῖ, τῷ ξυγγενεῖ τῆς γνώμης, ob studium, favorem, animum, quem

ρθ΄. 109. ΑΘ. "Τὸ δ᾽ ἐχυρόν γε τοῖς ξυναγωνιουμένοις οὐ τὸ εὔνουν τῶν ἐπικαλεσαμένων φαίνεται, ἀλλ᾽ ἢν τῶν ἔργων τις δυνάμει πολὺ προὔχῃ· ὃ Λακεδαιμόνιοι καὶ πλεῖόν τι τῶν ἄλλων σκοποῦσι. τῆς γοῦν οἰκείας παρασκευῆς ἀπιστίᾳ, καὶ μετὰ ξυμμάχων πολλῶν τοῖς πέλας ἐπέρχονται. ὥστε οὐκ εἰκὸς, ἐς νῆσόν γε αὐτοὺς, ἡμῶν ναυτοκρατόρων ὄντων, περαιωθῆναι."

ρι΄. 110. ΜΗΛ. "Οἱ δὲ καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιεν πέμψαι· πολὺ δὲ τὸ Κρητικὸν πέλαγος, δι᾽ οὗ τῶν κρατούντων ἀπορώτερος ἡ λῆψις, ἢ τῶν λαθεῖν βουλομένων ἡ σωτηρία. καὶ εἰ τοῦδε σφάλλοιντο, τράποιντ᾽ ἂν καὶ ἐς τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ξυμμάχων, ὅσους μὴ Βρασίδας ἐπῆλθε. καὶ οὐ περὶ τῆς μὴ προσηκούσης μᾶλλον, ἢ τῆς οἰκειοτέρας ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς, ὁ πόνος ὑμῖν ἔσται."

ρια΄. 111. ΑΘ. "Τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις ἄν τι γένοιτο καὶ ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀνεπιστήμοσιν, ὅτι οὐδ᾽ ἀπὸ μιᾶς πώποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι᾽ ἄλλων φόβον ἀπεχώρησαν. ἐνθυμούμεθα δὲ, ὅτι, φήσαντες περὶ σωτηρίας βουλεύσειν, οὐδὲν ἐν τοσούτῳ λόγῳ εἰρήκατε, ᾧ ἄνθρωποι ἂν πιστεύσαντες νομίσαιεν σωθήσεσθαι· ἀλλ᾽ ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα, ἐλπιζό-

in eos habeamus propensiorem, ut cognati in cognatos. Illud prætulerim. Baver.

Ναυτοκρατόρων] Ναυκρατόρων rectius, opinor, Mss. Illud alterum vix alibi invenitur. Wass. Vid. supr. Cap. 97. Duck.

Ναυτοκρατ.] Adscr. Gottl. ναυκρατόρ. *Valken. ad Herod. V. p.* 389. Baver.

Καὶ οὐ περὶ] Καὶ hic est pro οὕτω, καὶ τότε. B.

Ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς] Non intelligo, quæ hic sit vis copulæ καί. Reg. mutato ordine καί τε. unde suspicor hic aliquid vitii latere, et fortassis καὶ intrusum esse. Duck.

Ξυμμαχ. τε καὶ γῆς] Sane non apparet, quorsum pertineat distributio illa ξυμμαχίδος et γῆς per τε et καί. Abresch. et Gottl. (hic paullo aliter tamen,) ita ordinant, ac si ξυμμαχίδος referatur ad γῆς· sed hoc vim facit verbis, quorum positus hunc ordinem non admittat. Ego quidem verterim: certamen erit vobis, et de sociorum (terra, imperio) *et* vero de *agro,* nempe vestro ipsorum. Neque aliter cepisse videatur Int. Lat. et Schol. Οἰκειοτέρας ad utrumque refertur, eoque, veluti commune, præponitur: certamen erit de (terra) propiori, quæ magis ad vos pertineat: (nempe) de sociorum imperio, et terra vestra. Comma post μᾶλλον vel sic ponendum erat, nec quidquam juverit Gottl. interpretationem, vetante verborum positu. Baver.

Πεπειραμ.] Non, (jam) *expertis,* sed, *cogituris,* ut (mox) sentiatis. Nondum enim senserant. Τούτων pendet a τί· γέν. καὶ ὑμῖν τι τούτων πεπειραμένοις, i.e. ὥστε πειρᾶσθαι. Junxeris ergo, πεπειρ. γένοιτο, i.e. πεπειρῶσθε ἄν. Ut Liv. quibus bellum, *volentibus erat,* i. e. qui *vellent* bellum. Ita Latini, *læto, lætanti* accidit, i. e. (ita, eo eventu, effectu,) ut lætarer. Ovid. Met. 1. 726. PROFUGAM *per totum terruit orbem,* i. e. ita, ut fieret profuga. Τούτων τι autem non ad totum retuleris, C. 110. extr. ξυμμαχίδος τι καὶ γῆς, sed tantum ad alterum, γῆς, ut de (vestra) terra periclitemini. Hinc et τὶ addiderit, *aliquid* horum; *quoad* nimirum accidere *vobis* possit. *Socios* enim, i. e. imperio parentes, Melii non habebant. Baver.

Ἀλλ᾽ ὑμῶν—περιπεσεῖν] Dionys. Halic. qui hæc omnia finxisse auctorem putat. At vide Nostrum I. 22. Denique sunt, indigna licet, Atheniensium ducibus accommodatissima. Wass.

μενα μέλλεται· τὰ δ' ὑπάρχοντα, βραχέα πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα περιγίγνεσθαι. πολλήν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε, εἰ μὴ, μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς, ἄλλο τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσθε. οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς γὰρ, προορωμένοις ὅτι, ἐς οἷα φέρονται, τὸ αἰσχρὸν καλούμενον, ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει, ἐπεσπάσατο, ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος, ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν, καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετὰ ἀνοίας, ἢ τύχης, προσλαβεῖν. ὃ ὑμεῖς, ἢν εὖ βουλεύησθε, φυλάξεσθε· καὶ οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε, πόλεώς τε τῆς μεγίστης ἡσσᾶσθαι, μέτρια προκαλουμένης, ξυμμάχους γενέσθαι,

Τὰ ἀντιτ. περιγ.] Primo Neutrum est pro Masc. τοὺς ἀντιτεταγμένους, nempe Athenienses: aut Neutrius sensu, *vires*, opes, res, πράγματα Atheniensium; πρὸς deinde retuleris aut ad βραχέα, i. e. parva, exigua, ut *breve pondus*, apud Hor. Serm. 2. 2. 37. *brevis mus*, Ovid. Fast. 1. 574. nempe *comparandi* conditione: si ad ea retuleritis, vel, qua illos, quibuscum sitis dimicaturi; tunc ad περιγίγν. intell. ἢ ὥστε· tenuiora sunt, quam per quæ viceritis; aut ad περιγίγνεσθαι, quod tunc simpliciter, sine casu, notet, superiores abire, victoriam ferre, *adversus*, *qua*: tunc intell. πρὸς τὸ, vel εἰς τὸ περιγίγν. Bauer.

Μεταστησάμ.] Cur *media* forma utitur; pro μεταστήσαντες, quod in Atheniensibus facturi essent Melii? Nempe, ut hi illos *a se*, ab *ipsorum* consultatione, summoverent; aut, ipso Medii sensu, *degressi* a nobis, relictis nobis. Bauer.

Αἰσχρ. κινδ.] At quæ sunt *turpia pericula?* Aut *hic* quænam sunt? Nam per se, aut alibi esse possint, quæ temere, v. c. aut ob *malam* causam, sceleris patrandi, injuriæ faciundæ aut adjuvandæ in aliis, subeantur. At hic nil tale. Ego hic interpreter, quia sermo est de αἰσχύνῃ, pudore, et infra dicitur, ἀπρεπὲς νομίζειν, τὸ αἰσχρὸν καλούμενον, talia pericula, quæ subire *pudor* adigat, quæ ob *ignominiam* fugiendam suscipientur, qualem metuant Melii, servitutem, et imperio aliorum parere et a sociis vetustis desciscere; aut etiam, ubi *turpis exitus* maneat victos, *pudorem* deinde injecturus victis, quod infirmi cum valentioribus concertaverint *inconsulto*. Quam mox vocat αἰσχύνην αἰσχίω μετὰ ἀνοίας· sat luculentus ipse sui interpres. Sed hæc securi fere transmittent Intt. Bauer.

Πολλοῖς γὰρ προορωμένοις] Portus per enallagen dictum putat, pro πολλοὺς προορωμένους, et ἡσσηθέντας. Sed fortassis recte dici potest, τὸ αἰσχρὸν ἐπεσπάσατο πολλοῖς τὸ αὐτοὺς ἑκόντας περιπεσεῖν συμφοραῖς, *multis hoc conciliavit, causa fuit*, ut volentes in calamitates inciderent. Nam quum dicitur ἐπισπάσασθαι φθόνον, κίνδυνον, et alia, haud dubie dativus aliquis, ut ἑαυτῷ, vel alius, supplendus est. Thucydides infinito περιπεσεῖν utitur pro nomine, ut omnes Græci. Si eo omisso dixisset, τὸ αἰσχρὸν πολλοῖς ἐπεσπάσατο συμφορὰς, nemo, opinor, de enallage cogitasset. D.

Ἐπεσπάσ.] Non potest hic notare, *ad se attraxit*, ut vertit Port. vel Latinius, *illexit*, invitavit; quia jungitur Dativo, πολλοῖς. Immo sign. *caussa fuit*, effecit, *zugezogen*, *auf den Hals gebracht*. Nam Medium nil sane morer, quod pro Activo positum toties invenias. Bauer.

Ἡσσηθ. τοῦ ῥήμ.] Quia verbo, vocabulo, nomini cedebant, parebant, juris et honesti, suæ quoque dignitatis, vocabulo et specie abripiebantur. Hinc et mox:

Ἔργῳ—περιπ.] non est Pleonasm. ad περιπεσεῖν, in quo jam sane sit ἔργον, *res ipsa*; sed opp. ῥήματι· *verborum* speciem inanem secuti, in *vera rerum* (suarum) pericula inciderunt. Bauer.

Αἰσχ.——προσλαβ.] Μετὰ hic est pro διὰ, et repetendum idem ad (μετὰ) τύχης, majorem turpitudinem nanciscuntur ex inconsulta temeritate, (validioribus reluctandi,) quam ex improspero exitu; ut qui prudentiora quoque consilia nonnunquam sequatur; turpe sane sit, vinci, putatur certe; at turpius, ex temeritate vinci, quod non committere liceret. Bauer.

Μέτρ. προκαλ.] Intell. ἐς, πρὸς μ. Quæ μέτρια proponuntur mox: Bauer.

Ξυμμ. γεν.] Sc. ὥστε, vel ἐς τὸ ξ. γ. Hæc

ἔχοντας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ὑποτελῆ, καὶ, δοθείσης αἱρέσεως πολέμου πέρι καὶ ἀσφαλείας, μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι. ὡς, οἵτινες τοῖς μὲν ἴσοις μὴ εἴκουσι, τοῖς δὲ κρείσσοσι καλῶς προσφέρονται, πρὸς δὲ τοὺς ἥσσους μέτριοί εἰσι, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖντο. σκοπεῖτε οὖν καὶ μεταστάντων ἡμῶν, καὶ ἐνθυμεῖσθε πολλάκις, ὅτι περὶ πατρίδος βουλεύεσθε, ἥν, μιᾶς πέρι, καὶ ἐς μίαν βουλὴν, τυχοῦσάν τε καὶ μὴ κατορθώσασαν, ἔσται."

nimirum sunt illa μέτρια, æquæ leges. Ita *explicandi* vim habeat Infin. quem et suspendere liceat a προκαλουμ. tali ordine: προκ. γενέσθαι ξυμμ. (ἐς) μέτρια· invitanti vos, ut sitis socii modicis legibus. Alioqui suspicere, καὶ excidisse ante ξυμμάχους· προκαλ. (ἐς) μέτρια, καὶ γεν. ξυμμ. Quod rursus tum pendeat aut a proximo, προκαλουμένης, aut, quod pæne malim, a remotiori, οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε, unde et ἡσσᾶσθαι pendeat. Baver.

Ἔχοντας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ὑποτελῆ] Merces vectigali obnoxias ὑποτελεῖς dici, docet Pollux IX. 31. An agri stipendiarii etiam ὑποτελεῖς dicantur, quærant, qui vulgatam hujus loci scripturam defendere volent. Thucydides quidem ubique homines stipendiarios, non agros, ὑποτελεῖς vocat. Vid. I. 19. 56. II. 9. et VII. 57. Et eosdem ὑποτελεῖν dicit III. 46. Add. Lucianum Catapl. p. 444. Duck.

Ὑποτελ.] *Terras* quoque, vel agros, ὑποτελεῖς dici, recentiorum quidem, ut fere solet, sed tamen exemplis, probat Abr. ad h. l. Sed nil opus dubitatione aut exemplorum auctoritate, cum et Latini agros æque, et res omnino ac populos, vocent *vectigales*, *stipendiarios*, nec *res* minus, *merces* adeo, dicant *vectigal* pendere, quam homines: quod et nos facimus vocabulis, *zinsbar*, *steverbar*, *accisbar*, *steverfrey*, *Stever geben*, *Accise geben*. Baver.

Ὡς οἵτινες—ὀρθοῖντο] Stobæus pag. 270. κρείττοσι legit, et εἰς δὲ τοὺς ἥσσους. Wass.

Μιᾶς πέρι] Scholiastes hoc de patria exponit. Eum sequuti sunt Valla et Acacius, qui vertit, *quam unicam* unico consilio conservare et evertere potestis. Portus e sequenti membro huc revocat βουλῆς, et interpretatur, quasi *in una ancora constitutam*, et ab hoc unico consilio vestro pendentem. Hoc tolerabilius est, quam prius illud. In his, quæ paullo post dicuntur, nonnihil dubito, an participia τυχοῦσαν et κατορθώσασάν pro infinitivis, quod Thucydidi usitatissimum est, possint accipi, hac sententia: ἔσται τὴν πατρίδα τυχεῖν, καὶ μὴ κατορθώσειν, *erit, eveniet*, patriam felicem, vel infelicem esse. Cui hoc non placet, est enim satis durum, ei vel Porti conjectura, ἣ—τυχοῦσά τε καὶ μὴ κατορθώσασα ἔσται, amplectanda; vel, pro ἔσται, ἴστε legendum est: quam lectionem Vallam, sive e conjectura, sive quod ita in Codice suo invenerat, sequutum esse, ex illius interpretatione Latina, *quam —scitis*, adparet. Et hoc, quum omnem difficultatem, quæ in his verbis est, tollat, ac præterea ἴστε facile in ἔσται degenerare potuerit, sine ulla hæsitatione probarem, si alicujus libri scripti auctoritas accederet. Duck.

Ἥν, μιᾶς πέρι — — ἔσται.] Difficillimus haud dubie omnium locorum Thucydidis, ac vix interpretis, sed Critica manu sanandus. Maximam difficultatem, ac pæne invictam, objiciunt participp. τυχοῦσαν et μὴ κατορθώσασαν, cum verbo ἔσται. Pro quo verbo, ἔσται, ἴστε legenti, nec Codd. faveant, nec participiorum ratio expediatur, quæ *futuro* tempore posita, aliquantum certe difficultatis amoverint. Et, quia τυχοῦσαν tamen idem esse vel intelligi queat Futurum 2. non sane spreverim etiam κατορθώσουσαν legi, aut ita intelligi Aor. 1. suppleto ἄν· durius tamen. Sed illud abierit; at verbo ἔσται quid fiet, seu simpliciter posito, seu accusativis, ἥν, τυχοῦσαν et κατορθώσ. juncto? his denique ipsis quid fiet? Abr. ita ordinat atque expl. περὶ ἥν, (πατρίδα,) τυχοῦσάν τε καὶ κατορθώσασαν, ἔσται μιᾶς (scil. βουλῆς ἔργον,) καὶ ἐς μίαν βουλήν. Quæ contortissima esse, et vim verbis fieri, quis non sentiat? Quid vero est, aut qualis structura: erit *circa* patriam, felicem aut infelicem, unius consilii *opus?* Qui deinde differant, μιᾶς βουλῆς ἔργον et ἐς μίαν βουλήν; (Etsi Paullus quoque Rom. 3. 22. εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας.) At hoc quid sit: *erit circa patriam in unum consilium?* Ac tamen debebat Genit. habere περὶ et κατορθώσουσαν scriptum utique esse. Ego vero fateri malim, non liquere mihi, quam ita interpretari. Nihilne ergo ipse attulero? Sane facilius alios reprehenderis, quam ipse commodiora inveneris. Equidem μίαν πέρι, ad *patriam* utique retulerim: cum de *una* patria (vestra) agatur, quam præter nil habeatis, qua eversa ac perdita, omnia perdideritis; ἥν,

ριβ'. 112. Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι μετεχώρησαν ἐκ τῶν λόγων· οἱ δὲ Μήλιοι, κατὰ σφᾶς αὐτοὺς γενόμενοι, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς παραπλήσια, καὶ ἀντέλεγον, ἀπεκρίναντο τάδε. "Οὔτε ἄλλα δοκεῖ ἡμῖν, ἢ ἅπερ καὶ τοπρῶτον, ὦ Ἀθηναῖοι· οὔτ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πόλεως ἑπτακόσια ἔτη ἤδη οἰκουμένης τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρησόμεθα, ἀλλὰ τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούσῃ τύχῃ ἐκ τοῦ θείου αὐτὴν, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ Λακεδαιμονίων τιμωρίᾳ πιστεύοντες, πειρασόμεθα σώζεσθαι. προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς, φίλοι μὲν εἶναι, πολέμιοι δὲ μηδετέροις, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἀναχωρῆσαι, σπονδὰς ποιησαμένους, αἵτινες δοκοῦσιν ἐπιτήδειοι εἶναι ἀμφοτέροις."

ριγ'. 113. Οἱ μὲν δὴ Μήλιοι τοσαῦτα ἀπεκρίναντο· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, διαλυόμενοι ἤδη ἐκ τῶν λόγων, ἔφασαν. "Ἀλλ' οὖν μόνοι γε ἀπὸ τούτων τῶν βουλευμάτων, ὡς ἡμῖν δοκεῖτε, τὰ μὲν μέλλοντα τῶν ὁρωμένων σαφέστερα κρίνετε, τὰ δὲ ἀφανῆ,

quam, patriam, ἔσται, licebit, detur vobis, seu τυχοῦσαν, victricem, spei compotem, seu μὴ κατορθ. victam, spe et voto dejectam: ——quid ergo ἔσται, licebit? Nempe, illam unam patriam una deliberatione, unius consilii momento, — quid ergo?—*Dic aliquid!—Incipe! Nil est! culpatur frustra calamus*, sæpius, hæc duo scribo, atramento immersus. Nempe ego *verbum* requiro, Infinitivum ab ἔσται pendentem, cujus tamen sensus et τῷ τυχοῦσαν et τῷ μὴ κατορθ. respondeat. Quod nisi obstaret μὴ ante κατορθώσασαν· habebam verbum:—σῶσαι, *servare: servare* dabitur patriam! Aptum vero caussæ, et similitudine syllabarum, σασαν, forte interceptum atque absorptum. Sed enim non convenit voc. μὴ ante κατορθώσασαν. Quid, si ἀποφῆναςθαι, vel ἀποδεῖξασθαι, *efficere*, præbere, vel καθίστασθαι, excideret? Ceterum Homeri locus Abreschio comparatus, εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν· minime huc congruit; hic enim ἐς μίαν βουλὴν est, *uno* consilio, nunc capiendo, post quod amplius deliberaturis integrum non sit futurum; Homero autem ibi sign. *concors* consilium, sociatam consultationem, cui ἔριδες ibi opponantur. Vallæ conjectura, ἔξετε pro ἔσται, vehementer arridet; præ qua lubens spreverim a me ipso allata. B.

Καὶ ἀντέλ.] Vertendum est: re (ultro citroque) in consilio *jactata*, disceptata, agitata; quod alibi Thuc. ἀντιλογίας γενομένης. Reliqua aliena hic sunt. Portus plane omisit. Baver.

Οἰκουμένης] *Emphasin* habet verbum: *tuto ac libere* habitatæ, et tranquille agentis. Baver.

Αὐτὴν] Aut a σωζούσῃ pendet, quod hic aut est pro Præt. σεσωκυΐᾳ, vel σωσάσῃ, aut *tueri*, integram conservare, sign. tunc trajecta sint verba, more Nostri; aut a πιστεύοντες, quod hic active valeat, *permittentes*. Baver.

Καὶ Λακεδαιμ.] Καὶ hic est *utique*, maxime, nominatim, præcipue. Baver.

Προκαλ. δὲ ὑμ. rel.] Hyperbaton est; nam ὑμᾶς refertur ad ἀναχωρῆσαι aut ibi repetendum est. Verba, φίλοι εἶναι, rel. interjecta sunt, ac si sit, φίλων ὄντων ἡμῶν, vel ὥστε ἡμᾶς εἶναι φίλους· neque enim junxeris, et dixeris: provocamus *vos*, ut (*nos*) simus vobis amici; petentis hoc sit, non rogati; nisi per Metonym. rogamus vos, ut (vos) nobis permittatis, esse amicis. V. Phil. Th. P. in Motonym. p. 288—261. Baver.

Ἐκ τ. λόγ.] Opus ipsnm, *actum* hic sign. λόγοι, vel *concilium*, in quo jactassent sermones. Aut ἐκ notat *post*: ut, *bella ex bellis, ex* bello pax, Liv. 1. 13. post med. Baver.

Ἀλλ' οὖν] Verte, *nimirum*, itaque ergo; *so sehen wir wohl, dass ihr*, rel. Baver.

Τὰ δὲ ἀφ.] Opp. γιγνόμενα· sunt ergo illa, οὔπω ὄντα, nondum præsentia, nondum conspicienda. Plane ut Ebr. 11. 3. βλεπόμενα, μὴ φαινόμενα, sunt, quæ (*jam*) adsint, quæ *nondum* exstent. Hinc et ἀποφαίνειν ἔργον, δεῖξαι, est *efficere*; et ἀφανίζειν *delere*; δῆλον quoque est *certum*, ut Ebr. 7. 14. Xen. M. S. 3. 6. 2. Baver.

τῷ βούλεσθαι, ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε· καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ τύχῃ καὶ ἐλπίσι πλεῖστον δὴ παραβεβλημένοι καὶ πιστεύσαντες, πλεῖστον καὶ σφαλήσεσθε.”

ριδ΄. 114. Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναίων πρέσβεις ἀνεχώρησαν ἐς τὸ στράτευμα. οἱ δὲ στρατηγοὶ αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ὑπήκουον οἱ Μήλιοι, πρὸς πόλεμον εὐθὺς ἐτράποντο, καὶ διελόμενοι κατὰ πόλεις περιετείχισαν κύκλῳ τοὺς Μηλίους. καὶ ὕστερον φυλακὴν σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων καταλιπόντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ἀνεχώρησαν τῷ πλείονι τοῦ στρατοῦ. οἱ δὲ λειπόμενοι, παραμένοντες ἐπολιόρκουν τὸ χωρίον.

ριέ. 115. Καὶ Ἀργεῖοι κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν, ἐσβαλόντες ἐς τὴν Φλιασίαν, καὶ λοχισθέντες ὑπό τε τῶν Φλιασίων καὶ τῶν σφετέρων φυγάδων, διεφθάρησαν ὡς ὀγδοήκοντα. καὶ οἱ ἐκ τῆς Πύλου Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίων πολλὴν λείαν ἔλαβον. καὶ Λακεδαιμόνιοι δι᾽ αὐτὸ, τὰς μὲν σπονδὰς οὐδ᾽ ὡς ἀφέντες, ἐπολέμουν αὐτοῖς· ἐκήρυξαν δὲ, εἴτις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους λῄζεσθαι. καὶ Κορίνθιοι ἐπολέμησαν ἰδίων τινῶν διαφορῶν ἕνεκα τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δ᾽ ἄλλοι Πελοποννήσιοι ἡσύχαζον. εἷλον δὲ καὶ οἱ Μήλιοι τῶν Ἀθηναίων τοῦ περιτειχίσματος τὸ κατὰ τὴν ἀγορὰν, προσβαλόντες νυκτὸς, καὶ ἄνδρας τε ἀπέκτειναν, καὶ ἐσενεγκάμενοι σῖτόν τε καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήμασιν, ἀναχωρήσαντες ἡσύχαζον. καὶ

Παραβεβλ.] *Delegantes,* in eos conjicientes; non sine summo *periculo;* quæ notio semper insit huic vocab. unde *parabolani,* παραβόλως, ἐν παραβολῇ, Ebr. 11. 19. e præsentissimi periculi articulo. BAVER.

Ἐτράποντο] Sic pro ἐτρέποντο reposui ex Gr. Ita Noster Alibi. WASS.

Οἱ ἐκ τῆς Πύλου Ἀθ.—ἔλαβ.] Aut Ellipsis est, ita explenda: οἱ ἐν τῇ Πύλῳ (ὄντες) Ἀθ. ἐξ αὐτῆς (ὁρμώμενοι) λ. ἔλ. Aut trajectio, sic refingenda: οἱ Ἀθην. ἔλαβον λείαν ἐκ τ. Πύλου (ἐξελθόντες.) V. Ind. BAVER.

Παρὰ σφῶν] Potest esse pro παρὰ σφίσιν, *apud* ipsos, *cum* ipsis. Si tamen sign. *ex* ipsis, ipsorum: in ἐκήρυξαν supple, ἐξεῖναι. Hoc quidem jure gentium facerent, præeuntibus Atheniensibus. Hæc jam vestigia et initia sunt hodierni moris maritimi, *Caperey, Cutterey.* BAVER.

Τὸ κατὰ τὴν ἀγορὰν] Hoc vix potest intelligi de foro urbis Meliorum. Puto designari forum rerum venalium in munitionibus Atheniensium, et locum, ubi adservabatur frumentum, et alia ad usus militum, qui urbem obsidebant. Id indicant ea, quæ mox de frumento et aliis rebus a Meliis raptis dicit Thucydides. DUCK.

Καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήμασιν] Portus religiose sequitur scripturam vulgatam. Sed quis credat, Meliis, qui de improviso noctu eruptione facta tantum partem aliquam munitionum hostilium, quibus undique claudebantur, expugnaverant, tempus et aliam facultatem commeatum alicunde pecunia comparandi superfuisse? Melius est ad sententiam, quod habet Cod. Ar. χρήματα. Etiam Valla et Acacius viderunt, non posse tolerari χρήμασι. Nam ille vertit, *quæ ex usu forent* quam potuere plurima: hic, quantum poterant *ad usus necessaria.* Qua significatione Thucydidem etiam I. 2. hac voce usum arbitror de priscis

οἱ Ἀθηναῖοι ἄμεινον τὴν φυλακὴν τὸ ἔπειτα παρεσκευάζοντο. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

ρισ΄. 116. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος Λακεδαιμόνιοι, μελλήσαντες ἐς τὴν Ἀργείαν στρατεύειν, ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις οὐκ ἐγίγνετο, ἀνεχώρησαν. καὶ Ἀργεῖοι, διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν, τῶν ἐν τῇ πόλει τινὰς ὑποτοπήσαντες, τοὺς μὲν ξυνέλαβον, οἱ δ' αὐτοὺς καὶ διέφυγον. καὶ οἱ Μήλιοι περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὖθις καθ' ἕτερόν τι τοῦ περιτειχίσματος εἷλον τῶν Ἀθηναίων, παρόντων οὐ πολλῶν τῶν φυλάκων. καὶ ἐλθούσης στρατιᾶς ὕστερον ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἄλλης, ὡς ταῦτα ἐγίγνετο, ἧς ἦρχε Φιλοκράτης ὁ Δημέου, καὶ κατὰ κράτος ἤδη πολιορκούμενοι, γενομένης καὶ προδοσίας τινὸς,

Græciæ incolis, *νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες.* Nam, cur id ibi cum Interpretibus et Libanio in Progymn. pag. 114. ad pecuniam coarctetur, nulla causa est. Quin et VI. 93. *χρήματα* et *τροφὴν* pro eodem dicit: *ἣν (τριήρη) ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ἐψηφίσαντο τήν σε τροφὴν πέμπειν τῇ στρατιᾷ, καὶ τοὺς ἱππέας.* Si quis tamen *χρήματα* hic interpretari velit pecuniam ad stipendia militum, et alios usus belli, cum eo non magnopere contendam. Venerat mihi primum in mentem *ὀχήμασι* pro *χρήμασι*, quod postrema litera vocis præcedentis videri poterat absorpsisse primam *τοῦ ὀχήμασι*. Sed hoc deinde maxime ob hanc causam repudiavi, quod putabam, usum Linguæ Græcæ vix ferre, ut plaustra et vehicula oneribus portandis dicantur *ὀχήματα*, quæ *ἅμαξαι* potius vocantur. Duck.

Ἐδύν. χρήμασιν] Nugatur egregie Gottl. ex Abresch. explicando: *quæcunque aliquid pretii haberent.* Quis ita loquitur? *δύναται*, cum Accus. *ponderis, numorum*, est sane, *valet.* Sed *χρήμασι*, Dativo, quid faciat, seu, pecuniam notare, velit, seu res usui, utensilia? Quid, quod *ἐδύνατο*, singulari, tum scriberet Thuc. Nempe aut *χρήματα* legendum, cum Codd., aut *ἐν*, vel *ἐπὶ*, supplendum: quæ poterant, possent, (auferre,) rerum utilium, *qua* res utensiles, quod constaret rebus utensilibus, *an (nützlichen) Geräthe, an, von Sachen.* v. Phil. Th. P. p. 53. Quasi pro Genitivo ponatur. Ita cum *ἐπὶ* ponit Dat. Paullus, Ebr. 9. 10. *μόνον ἐπὶ βρώμασι*, rel. *qua* cibos, quæ *constarent* cibis et potu, in his versarentur: denique pro Genit. vel Accus. ex usu Ebr. ב et ל. V. Glass. Phil. S. p. 31. 81. 586. Edit. Dath. Egregie tamen et acute Abr. emendat, *χρήσιμα*· luculento idem exemplo usus, Schol. ad 6. 16. ubi contra sit *ἀναλώσιμα* pro *ἀναλώμασι.* Baver.

Μελλήσαντ.] Vix est, quin *duo* simul hic notet, 1) *moliti*, 2) *cunctati:* ita quidem, si retuleris ad verba: *quia* non litaverant de transitu, i. e. irruptione, transitu in *fines*, in *terram* hostilem. (non per *flumen*, ut alibi.) Sane enim aor. 1. significare non solet, *facturum* esse, *ἐγίνετο* intell. cum Emphasi, *læta*, fausta. Baver.

Καθ' ἕτερ. τ. rel.] Bis intell. *τί· καθ' ἕτ. τι. (μέρος) τοῦ περιτ. εἷλόν τι, αὐτοῦ.* B.

Ὕστερ.—ἧς ἦρχε] Hyperbaton est ita revocandum: *ὕστερον, ὡς ταῦτα ἐγέν. ἐλθούσ. στρ. ἄλλ. ἧς ἦρχε*, rel. Baver.

Πολιορκούμενοι] *Πολιορκοῦντες λιμῷ*, inquit Hesych. laudato Thucyd. unde proverbium *λιμῷ Μηλίῳ* natum. idem fere Schol. Aristoph. *λιμῷ ἐπείσθησαν· ὡς Θουκυδ. ἐν τῇ πέμπτῃ·* ad hæc Ὀρν. 186. *θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ Μηλίῳ.* hoc factum a Nicia asserit Schol. Sed de Nicia nulla post pacem V. 32. mentio, neque extra urbem cum imperio fuisse videtur. Diodorus quidem diserte *Νικίου στρατηγοῦντος Ἀθηναῖοι εἷλον Κύθηρα καὶ Νίσαιαν. τήν τε Μῆλον πολιορκήσαντες ἡβηδὸν ἀπέσφαξαν*, nempe Athenienses: non Melum quidem ductu Niciæ, sed alio tempore atque Cytheram etc. Nescio ergo, an reponendum apud Schol. Aristoph. *Τισίας?* vide Thucyd. V. 84. et Plutarch. in Alcibiade, p. 199. Caute Strabo X. 484. *Ἀθηναῖοι δέ ποτε, πέμψαντες στρατείαν, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς πλείους.* Vid. Aristoph. Schol. ad Aves 362. ubi, Niciæ *consiliis* deberi hanc deditionem, ait. Wass. Si Diodorus ea, quæ de Niciæ rebus gestis narrat, e Thucydide descripsit, negligenter illum inspexerit, opor-

ἀφ' ἑαυτῶν ξυνεχώρησαν τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστ' ἐκείνους περὶ αὐτῶν βουλεῦσαι. οἱ δὲ ἀπέκτειναν Μηλίων, ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. τὸ δὲ χωρίον αὐτοὶ ᾤκησαν, ἀποίκους ὕστερον πεντακοσίους πέμψαντες.

tet. Thucydides tres memorat expeditiones Niciæ. Primam III. 91. in Melum irritam, ac deinde in Tanagræos, A. VI. Bell. Pelop. Olymp. LXXXVIII. 3. Secundam IV. 42. adversus Corinthios, qua post pugnam cum Corinthiis Methonen munivit, A. VII. Bell. Pelop. Olymp. LXXXVIII. 4. Tertiam in Laconicam, qua Cythera, et Thyream cepit, A. VIII. Bell. Pelop. Olymp. LXXXVIII. 4. Has omnes Diodorus Lib. XII. pag. 319. in unum Ann. 1. Olymp. LXXXIX. concludit, ac deinde eodem Lib. p. 327. Cythera. Nisæam, et Melum a Nicia expugnatas scribit, Olymp. XC. 3. quæ neque cum Thucydide, neque inter se conveniunt. Nec video, quomodo Suidæ in λιμὸς Μηλιαῖος, et Scholiastæ Aristophanis Melios fame coactos se Niciæ dedidisse scribentibus, contra disertam narrationem Thucydidis fides haberi possit. Nam in Aristophane ipso nihil est, e quo, Melum a Nicia captam, constet. Proverbium λιμὸς Μήλιος habent etiam Zenobius IV. 94. et Diogenianus VI. 14. in quo videtur excidisse vox λιμῷ et scribendum esse, τοὺς γὰρ Μηλίους Ἀθηναῖοι ἰσχυρῶς λιμῷ ἐκάκωσαν: nam sic Suidas, ἐκάκωσαν Μηλίους πολιορκοῦντες λιμῷ. DUCK.

Ἀφ' ἑαυτ.] Quia vix est, ut hic notet, *sponte sua*, retuleris, cum Porto Interpr. ad γενομένης. Etsi tunc scriberet potius, ἐξ ἑαυτῶν. Sed tunc comma deleveris post γενομένης, reponendum post ἑαυτῶν. BAVER.

Ὤικησαν] Quidni aptum, cum *habitasse ipsi* Melum, missis eo civibus, recte dicantur, nec *condenda* fuerit civitas, quæ jam esset? BAVER.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

EPITOME LIBRI VI.

Siciliæ magnitudo, urbesque et gentes eam incolentes referuntur. Cap. VI. Adversus quam Athenienses, specie ut Egestanis contra Syracusanos auxilio essent, reipsa ut in suam ditionem redigerent insulam, expeditionem pararunt: classemque maximam et instructissimam, Nicia et Alcibiade et Lamacho ducibus, eo miserunt. XXIX. Hæc in Corcyram primo, inde Italiam veniens, paulo post in Siciliam transmissa. XLIV. Præter Egestam, Naxus quoque et Catana urbes Athenienses receperunt. LI. Hinc Alcibiades ob Hermarum præcisionem et alia crimina, jam ante profectionem agitata, revocatus, veritus judicium populi, voluntarium in exsilium ivit: *et obiter, de facinore Aristogitonis et Harmodii.* LIV. LX. Cum Athenienses Catanæ se castris quieti tenerent, Syracusani feroces exercitum suum illuc miserunt. Qua occasione Athenienses nocte ad Syracusas classe circumvecti, et loco idoneo castra metati, Syracusanos redeuntes acie vicerunt. LXVII. Inde Catanam reversi. LXXI. Alcibiades exul a Lacedæmoniis accitus, ut Syracusanis ducem et auxilia mitterent, ac Deceleam in Attica communirent, suasit. XCI. Æstate sequente Athenienses ad Syracusas reversi, Epipolis captis, acieque ibidem Syracusanis devictis, urbem circummunire ordiuntur. XCIX. Cum Syracusanis opera impedire conantibus aliquot præliis secundo eventu pugnant: donec magna ex parte muntitionibus urbem clauserunt. CII. Gylippus a Lacedæmoniis dux Syracusanis missus, in Italiam venit. CIV. Athenienses, Laconicæ parte populata, propalam fœdus Lacedæmonium ruperunt. CV.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

ΤΟΥ δ' αὐτοῦ χειμῶνος Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο αὖθις μείζονι παρασκευῇ τῆς μετὰ Λάχητος καὶ Εὐρυμέδοντος, ἐπὶ Σικελίαν πλεύσαντες, καταστρέψασθαι, εἰ δύναιντο· ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέθους τῆς νήσου, καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· καὶ ὅτι οὐ πολλῷ τινι ὑποδεέστερον πόλεμον ἀνῃροῦντο, ἢ τὸν πρὸς Πελοποννησίους. Σικελίας γὰρ περίπλους μέν ἐστιν ὁλκάδι οὐ πολλῷ τινι ἔλασσον ἢ ὀκτὼ ἡμερῶν. καὶ, τοσαύτη οὖσα, ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται, τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα.

Ἐβούλοντο] Pro ἐβουλεύοντο positum dici queat.

Καὶ ὅτι] Durior vero Ellipsis, non per se illa quidem; quid enim? sed cum Antanaclasi, quam vocant, per quam, ἄπειροι ὄντες, repetendum ad verba, καὶ ὅτι, hic notet ἀγνοοῦντες, eo quoque nomine durior, quod non verbum sequi solet voc. ἄπειρος, sed Genitivus rei, per Substant. expressæ, vel Infinit. cum τοῦ, vice et jure nominis. Ne πλήθους quidem vocabulo, aut μεγέθους, sat congruerit, cum *experientiæ* et usus inopiam notet.

Σικελ. γὰρ] Pro δὲ positum: γὰρ neque enim *caussam* reddit eorum, quæ antea dixisset; et hoc tamen aliquo modo, qua magnitudine insulæ, cujus ignaros fuisse dixerit, i. e. minorem vero habuisse.

Ὀκτὼ ἡμερῶν] Quinque diebus et totidem noctibus, Ephorus apud Strabonem, in Var. Lect. Hudsoni. Sed an nave oneraria, an expeditiore aliqua? WASS. Adnotat hic Acacius e Quintil. I. Instit. Orat. 10. in fin. reprehensos a Geometris esse Historicos, qui magnitudinem insularum satis significari navigationis ambitu crediderint. Rationem reprehensionis addit Quintilianus; ubi Pythœus hunc locum citans reprehensionem illam etiam ad Thucydidem pertinere videtur existimasse. Sed Thucydides tantum de ambitu Siciliæ loquitur, neque ex eo quidquam de magnitudine illius colligit. D.

Τοσαύτη οὖσα] *Cum*, i. e. quamvis, utut tanti ambitus. Claudicat tamen argumentum; quid enim magnitudini insulæ cum angustiis freti? Aut quid impediat, *magnam* insulam dirimi *exiguo* freto? Tanquam conveniat, *ambitu magnam* insulam *intervallo* quoque magno a continenti abesse! *Magnitudinis* comparatione lapsus est Thuc. aut simpliciter voluit: τοσ. ἐστὶ, καὶ — διείργεται· Herodoti more, repetentis dicta, per participia fere, priusquam ad alia pergat.

Ἐν μέτρῳ] *Per* mensuram, intervallum; duplici sensu, et *modum* dirimendi, et *tenorem*, (*Erstrecfung, Mähruug*,) significante.

Εἴκοσι] Huc respexit Aristides Cl. Jebbii, Orat. Cyzicen. WASS. Est in Edit. Canteri Tom. I. p. 417. DUCK.

Τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα] Demetr. Phaler. §. 72. pro οὖσα legit εἶναι. WASS. Sed οὖσα est in omnibus scriptis et editis Thucydidis: participium pro infinitivo, ut multis aliis locis. DUCK.

Διείργ. τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα] Τὸ si absit, nihil impediti fuerit. Abresch. miscet omnia, suo more, securus structuræ positusque verborum. Pleonasmum vel Hypallagen habet διείργεται, ut 4. 63. init. τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης — — εἰρχθῆναι· i. e. *effici*, afferri inopia consilii; vel, nos *arceri* impedimentis, quo minus consilii ratio satis constet. Ita et hic τὸ μὴ ἤπ. οὖσα διείργ. efficitur illo intervallo, ne sit continens, τὸ εἶναι. continentem esse eam, impeditur illo intervallo. Sane οὖσα pro εἶναι· — aut τὸ redundat; ut Luc. 9. 46. εἰσῆλθε — διαλογισμὸς, τὸ τίς —

β΄. 2. Ὠικίσθη δὲ ὧδε τοἀρχαῖον, καὶ τοσάδε ἔθνη ἔσχε τὰ ξύμπαντα. παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. ἀρκείτω δὲ, ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, καὶ ὡς ἕκαστός πη γιγνώσκει περὶ αὐτῶν. Σικανοὶ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοί φασι, καὶ πρότεροι, διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι· ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια εὑρίσκεται, Ἴβηρες ὄντες, καὶ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν Ἰβηρίᾳ ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο, πρότερον Τρινακρία καλουμένη. οἰκοῦσι δὲ ἔτι καὶ νῦν τὰ πρὸς ἑσπέραν τῆς Σικελίας. Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου, τῶν Τρώων τινὲς, διαφυγόντες Ἀχαιοὺς, πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν· καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες, ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δ᾽ αὐτῶν Ἔρυξ τε καὶ Ἔγεστα. προσξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς τῶν ἀπὸ Τροίας, τότε χειμῶνι ἐς Λιβύην πρῶτον, ἔπειτα ἐς Σικελίαν ἀπ᾽ αὐτῆς κατενεχθέντες. Σικελοὶ δ᾽ ἐξ Ἰταλίας (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν, φεύγοντες Ὀπικοὺς, ὡς μὲν εἰκὸς, καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν, τηρήσαντες τὸν πορθμὸν, κατιόντος τοῦ ἀνέμου, τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως

εἴη μείζων· et mirabilius Marc. 9. 23. τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Est ergo, διείργεται μὴ —οὖσα, i. e. ὥστε μὴ εἶναι. Ita nil admodum offenderit. Cf. ad verba c. 5. μεταξὺ ἐκράθη.

Τοσάδε ἔθνη] Adeas Scylacem pag. 4. Stephanum, Schol. Nicandri 46. et Tzetzem ad Lycophron. v. 951. seqq. Wass.

Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες] Vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian v. 67. D.

Ἐνοικισάμενοι] Si et alii probati scriptores ἐνοικίζειν ea significatione, quam hic locus postulat, dicunt, recte habet. Alioqui præfero scripturam Clar. et Cass. ἐνοικησάμενοι. Thucyd. III. 68. Τὴν δὲ πόλιν Μεγαρέων ἀνδράσιν ἔδοσαν ἐνοικεῖν. Duck.

Ὡς ἡ ἀλήθ. εὑρ.] Minus Latine vertitur: ut *veritas comperitur*; ita nemo loquatur. Malim: *ut* (rerum monumentis) *constat.*

Ἰλίου ἁλισκομένου] Pro ἑαλωθέντος, ἁλόντος.

Ἔγεστα] Vide Salmasium pag. 78. b. W.

Ὀπικοὺς] Gr. Ὀπίκους. apud Stephanum et alios Ὀπικοί. Wass. De Opicis sententiam Thucydidis refert Dion. Halicarn. I. 22. Duck.

Ἐπὶ σχεδ. τηρήσ. τ. πορθμ.] Melius haud dubie comma ponatur post σχεδιῶν, et breviloquentiam habeat, in ratibus servare transitum, i. e. eo captato, ratibus transire; alienam h. l. et frigidam sententiam reddiderit additum διέβησαν. τηρεῖν hic est, *observare, captare,* (*abpassen,*) *occupare*; πορθμὸς autem est *opportunitas*, conditio trajiciendi. *Fretum* ipsum notari, ut Port. vertit, haud congruerit verbo τηρεῖν, nisi hoc sit, *obsidere*, usque tenere, donec detur atque aperiatur trajectus: non placet.

Κατιόντος τοῦ ἀνέμου] Vallæ interpretationem, *quum ventus posuisset*, quam probari posse putat Clar. Hudsonus, non facile quemquam recepturum existimo. *Ponere* dicuntur venti, quum flare desinunt, ut notum est ex Ovidio, Virgilio, aliisque. Sed Græcis ἄνεμος κατιὼν, est *ventus spirans et crebrescens*, ut loquitur Virgilius III. Æn. 530. et quidem a tergo euntes prosequens. Thucydidis II. 25. Ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου. Ibid. 84. Ὡς δὲ τὸ πνεῦμα κατῄει, i. e. ἐκ τοῦ κόλπου ἐξέπνευσε, ut paullo ante dixerat.

ἐσπλεύσαντες. εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί· καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰταλοῦ, βασιλέως τινὸς Ἀρκάδων, τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος, οὕτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη. ἐλθόντες δὲ ἐς τὴν Σικελίαν στρατὸς πολὺς, τούς τε Σικανοὺς κρατοῦντες μάχῃ, ἀπέστειλαν πρὸς τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἑσπέρια αὐτῆς, καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐποίησαν καλεῖσθαι, καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες, ἐπεὶ διέβησαν, ἔτη ἐγγὺς τριακόσια, πρὶν Ἕλληνας ἐς Σικελίαν ἐλθεῖν· ἔτι δὲ καὶ νῦν τὰ μέσα καὶ τὰ πρὸς βοῤῥᾶν τῆς νήσου ἔχουσιν. ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν, ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες, καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια, ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἐκλιπόντες ταπλείω, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες

Lucianus II. Ver. Hist. p. 686. ἕωθεν δὲ ἀνηγόμεθα σφοδρότερον κατιόντος τοῦ πνεύματος. Et Pollux I. 105. inter ea, quæ de secunda navigatione dicuntur, habet κατιόντος τοῦ ἀνέμου. Sic κατιόντα τὸν ῥοῦν æstum secundum dicit Dionysius Halic. apud Hudsonum: de quo vid. Casaubon. ad Dionys. pag. 4. D.

Κατιόντ. τ. ἀν.] Sane trajectum impedit vis ventorum, Siculi utique freti. Sed enim tum diceret κατιόντων τῶν ἀνέμων, non singulari, *certum* notante ventum, qui antea flaret. Et κατιέναι est *descendere*; de vento, *oriri*, consurgere: et vero *descendit* tunc ventus, cum a montibus omnino, tum a litore, post terga navium trajicere volentium in diversam oram: unde et καταιγὶς, et καταΐξ poëtis, (Callim. Hymn. in Dian.) dicitur. Nec vero trajicere patiatur *quiescens* ventus.

Ἀρκάδων] Italum Siculorum Regem e Sicilia in Italiam venisse, scribit Servius in Virgil. I. Æn. 2. et 537. Idem VIII. Æn. 328. aliter hoc narrans locum hunc Thucydidis citat. Duck.

Οὕτως Ἰταλ. ἐπωνομ.] a) οὕτως h. l. est *hinc*, ea de causa, διὰ τοῦτο: b) ἐπωνομάσθη est pro simplici, ὠνομάσθη· ut sæpius ἐπωνυμία, quin et Latinum, *cognomen*, pro ipso *nomine* ac solo, v. Ind.

Ἐλθόντ. στρ. πολ.] Sc. ὄντες, vel ὡς· venerunt Siculi, (*tanquam, qui esset*) exercitus magnus: (per Appositionem, quam vocant;) vel *cum* magnis copiis. Per *Synesin* enim hic explicari, pro ἐλθὼν, quia στρατὸς sit Collectivum, huc non congruerit, nisi suppleto, αὐτῶν. Illud simplicius, et aptius; quia subjectum sit Σικελοί.

Σικελίαν τ. νῆσ. ἐπ. καλ.] Σικελίᾳ C. Mosqu, sed nil notatur, idemne habeat, quod conveniens sit, τῇ νήσῳ· non incommode sane: effecerunt, insulæ attulerunt, ut Sicilia vocaretur.

Ὤικουν περὶ πᾶσ.] περιῴκουν expl. Gottl. quasi planius hoc sit, aut aptius debebat: *per* omnem Sicil. habitarant circumquaque, ut Liv. L. 1. *legatos circa civitates misit*, i. e. *per*, *ad* omnes, *in* o.

Ἕνεκεν] Thomas Mag. scribit, Thucydidem semper dicere ἕνεκα, quod hic habet Dan. Duck.

Πολλοὶ ἐπεισέπλ.] πολλοὶ refer ad verbum, et verte, *frequentius*, sæpius.

Ταπλείω] Valla legit τὰ πλοῖα. sed corrupte. Wass.

Πάνορμον] In Vet. Inscript. apud Sponium *Panhormum* semper. Wass. Est in Sponii Miscellan. pag. 176. In Plinio quoque et Vibio adspirationem addi, observat Cluverius Sicil. Ant. pag. 274. sed hoc Grammaticis et posterioris ævi librorum exscriptoribus tribuendum putat. Et quod ea Inscriptionibus suo sæculo publicatis inseritur, id a prava curiositate eorum, qui has descripserunt, profectum putat. In Grutero una est cum adspiratione Pag. CCLXVI. 6. in Sponio sex cum eadem e Gualteri Sicilia; in quibus omnibus describendis an peccaverint exscriptores, is demum pro certo dicere queat, qui ipse eas viderit. Jov. Pontanus, et Surita ad Itin. Anton. p. 255. in illis legerunt H.

Ξυνοικίσαντες] Non videtur mutandum, etsi plerique libri habent ξυνοικήσαντες. *Ammonius*: συνοικίζεται πόλις, ἡ ἐκ πολλῶν πόλεων εἰς μίαν πόλιν συναγομένη, ὑπὲρ τοῦ πλείονα δύ-

ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. βάρβαροι μὲν οὖν τοσοίδε Σικελίαν καὶ οὕτως ᾤκησαν.

γ΄. 3. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς, ἐξ Εὐβοίας, πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ, Νάξον ᾤκησαν, καὶ Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμὸν, ὅστις νῦν ἔξω τῆς πόλεώς ἐστιν, ἱδρύσαντο· ἐφ᾽ ᾧ, ὅταν ἐκ Σικελίας Θεωροὶ πλεύσωσι, πρῶτον θύουσι. Συρακούσας δὲ τοῦ ἐχομένου ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκ Κορίνθου ᾤκισε, Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον ἐκ τῆς νήσου, ἐν ᾗ νῦν οὐκέτι περικλυζομένῃ ἡ πόλις ἡ ἐντός ἐστιν· ὕστερον δὲ χρόνῳ καὶ ἡ ἔξω, προστειχισθεῖσα, πολυάνθρωπος ἐγένετο. Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδεῖς, ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες, ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, Λεοντίνους τε, πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς Κατάνην. οἰκιστὴν δὲ αὐτοὶ Καταναῖοι ἐποιήσαντο Εὔαρχον.

δ΄. 4. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Λάμις, ἐκ Μεγάρων, ἀποικίαν ἄγων, ἐς Σικελίαν ἀφίκετο, καὶ ὑπὲρ Παντακίου τε

ναμιν σχεῖν. Itaque qui pleraque loca reliquerant, recte dicuntur has urbes συνοικίσαι. Sic etiam supra Thucydides II. 15. et III. 2. Bene quoque paullo post ᾤκισαν de coloniæ conditoribus, Clar. et Cass. quod merito probabat Cl. Wasse. Sic statim Συρακούσας Ἀρχίας ᾤκισε, et sæpius in sequentibus. Vid. Viros Clariss. Jungermannum et Hemsterhusium ad Pollucem IX. 7. Duck. Cum ἐνέμοντο jam sit, *habitarunt*: alienum profecto fuerit ξυνοικήσαντες. ξὺν autem hic redundat, aut ad ἐγγὺς referatur; ac si sit, προσοικίσ.

Νάξον] Syncellus conditam ait ante Batti et Archilochi tempora A. M. 4791. hoc est, circa 3429. Νάξον Apollinis filium facit Apollonii Schol. IV. 1492. Evertit Dionysius. v. Diodor. XIV. 403. Polyænum V. 2. 5. Strabon. VI. 267. Historiam et Origines tradit Herodotus VII. 154. VIII. 46. VI. 96. Urbem hanc cum insula confundit Sponius in Itineratio Tom. III. Wass. Addenda sunt, quæ ad Eusebium adnotavit Scaliger num. MCCLXXXI. Duck.

Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου] De hoc cognomine Apollinis etiam legi debent, quæ Spanhemius adnotavit ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 57. Duck.

Πρῶτον θύουσι] πρῶτον esse potest, et vero videtur, pro πρότερον· *prius*, quam excurrant ad sacram pompam; uti mox, Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον, *prius expulsis Siculis*; sed idem esse possit, *primo* Deorum, inter Deos, Apollini sacra faciunt. Sed tunc πρώτῳ diceret magis: et illud rei aptius.

Ἀρχίας] Hujus præter Strabonem multi alii meminerunt. Vid. Scaliger. ad Eusebium num. MCCLXXXIII. Cluver. Sicil. Ant. I. pag. 139. 140. Schol. Aristoph. ad Equit. v. 1089. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 369. Suidas perperam, Ἀρχίας Συρακούσιος, quem Corinthium fuisse constat. Ceterum omnia, quæ hic Thucydides de originibus urbium Siciliæ tradit, latius exsequitur Cluverius, qui de singulis consuli potest. Duck.

Ἐκ τῆς νήσου] Ad ea, quæ hic e Cluverio adnotat Hudsonus, add. Neapol. ad Ovid. IV. Fast. 471. Duck.

Νῦν οὐκέτι περικλυζ.] Scil. πόλις, e sequ. h. e. *ea pars* urbis, quæ (antea cincta mari,) jam non amplius cingitur; *insula* eadem vocabatur. cf. Liv. L. 24. 21. sq. et Cic. L. IV. in Verr. c. 52. 53.

Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδεῖς] Vide Holstenium ad Stephanum v. Χαλκὶς, et de Catana ad h. v. nec non Scaligerum ad Eusebium l. d. Duck.

Παντακίου] De hoc post Cluverium etiam Bochartus egit I. Chanaan. Cap. 28. D.

ποταμοῦ Τρώτιλόν τι ὄνομα χωρίον οἰκίσας, καὶ ὕστερον αὐτόθεν, τοῖς Χαλκιδεῦσιν ἐς Λεοντίνους ὀλίγον χρόνον ξυμπολιτεύσας, καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐκπεσὼν, καὶ Θάψον οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει· οἱ δ' ἄλλοι, ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες, Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώραν, καὶ καθηγησαμένου, Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. καὶ ἔτη οἰκήσαντες πέντε καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια, ὑπὸ Γέλωνος τυράννου Συρακουσίων ἀνέστησαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ χώρας. πρὶν δὲ ἀναστῆναι, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν, ἢ αὐτοὺς οἰκίσαι, Πάμμιλον πέμψαντες ἐς Σελινοῦντα κτίζουσι· καὶ ἐκ Μεγάρων, τῆς μητροπόλεως οὔσης αὐτοῖς, ἐπελθὼν, ξυγκατῴκισε. Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης, ἐποίκους ἀγαγόντες, κοινῇ ἔκτισαν, ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν· (καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο· τὸ δὲ χωρίον, οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται· νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς·) ἔτεσι δὲ ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκησιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν, τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες, οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνουν καὶ Πυστίλον, νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες. Ζάγκλη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικίᾳ Χαλκιδικῆς πόλεως λῃστῶν ἀφικομένων ᾠκίσθη,

Τρώτιλον] Cluverius quidem Τρώτιλον et Τρώγιλον tamquam diversa loca recenset: sed Pinedo ad Stephanum v. Τρώγιλος hic quoque legendum censet Τρώγιλον. Nec sine ratione: nam Τρώτιλον e nullo alio Scriptore memorare potuit Cluverius. DUCK.

Θάψον] Latini fere *Tapsum*. Sed Virg. III. 689. Codex Mentelii et Servius rectius *Thapsum* 4. Mss. Cantabr. Isidorus XIV. p. 346. Silius *Tapsum*. Ovid. Fast. IV. 477. *Thapson*. Neque aliter Lucanus, in herba ejusdem nominis, IX. 919. WASS. Varietatem scripturæ adnotavit etiam Cluverius I. Sicil. Antiq. pag. 137. Heinsius ad Silium XIV. 206. probat *Thapsus* e Græco Θάψος. DUCK.

Πέμψαντες ἐς Σελινοῦντα κτίζουσι] An hoc est: Pammilo in eum locum misso, ubi deinde Selinus fuit, urbem illam condiderunt? ut post κτίζουσι suppleatur αὐτὴν, cujus pronominis ellipsis frequentissima est apud Thucydidem? Sed mihi suspicio est, præpositionem ἐς huc inrepsisse e fine vocis præcedentis πέμψαντες, et ea demta legendum esse Πάμμιλον πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι. Paulo ante probo οἰκῆσαι cum plerisque Mss. et Valla, nec audio Clar. mox scribentem ξυγκατώκησε. Ἑλινοῦντα pro Σελινοῦντα, quidam Codd. ut l. 65. Ἑρμυλίων pro Σερμυλίων, ubi vid. quæ adnotata sunt. DUCK. Suppleas, αὐτὴν, Ellipsi nostro solita; sed, cum nondum fuerit Selinus, sed orta sit illis missis, rectius abfuerit ἐς.

Ἐποίκους] Feram pro ἐποίκους, quia *peregre venere*, ἐπήλυδες, *advenæ*; nec coloniæ deducendæ ratio hic sat constat.

Μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν] Μετὰ τὴν τῶν Σ. Ar. haud insincere. WASS. Nec male Portus οἴκισιν legebat pro οἴκησιν hic, et paullo post, ubi editur μετὰ τὴν σφετέραν οἴκησιν. Favet illius conjecturæ utroque loco Cass. DUCK.

Οἰκιστὰς ποιήσαντες] Supra, c. 3. extr. in eadem caussa, ἐποιήσαντο. Promiscue ergo Med. et Act.

ὕστερον δὲ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο τὴν γῆν· καὶ οἰκισταὶ Περιήρης καὶ Κραταιμένης ἐγένοντο αὐτῆς, ὁ μὲν ἀπὸ Κύμης, ὁ δὲ ἀπὸ Χαλκίδος. ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον, Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστί· τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσιν· ὕστερον δὲ αὐτοὶ μὲν ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἳ, Μήδους φεύγοντες, προσέβαλον Σικελίᾳ.

έ. 5. Τοὺς δὲ Σαμίους Ἀναξίλας, Ῥηγίνων τύραννος, οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς ξυμμίκτων ἀνθρώπων οἰκίσας, Μεσσήνην ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τοαρχαῖον πατρίδος ἀντωνόμασε. καὶ Ἱμέρα ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη ὑπὸ Εὐκλείδου, καὶ Σίμου, καὶ Σάκωνος. καὶ Χαλκιδεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι ἦλθον ἐς τὴν ἀποικίαν· ξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκ Συρακουσῶν φυγάδες, στάσει νικηθέντες, οἱ Μυλητίδαι καλούμενοι. καὶ

Δρέπανον] Si ζάγκλον et ζάγκλη, ut alibi τρεπάνη et τρέπανον, quin solennius illud, ut πλεκτάνη· quidni et δρεπάνη; etsi, Atticum proprie esse, non magis probaverim, quam alia Atticismi ludibria.

Ζάγκλον] Hinc corrigendus Hesychius, qui ζάϊκλόν exhibet, et Sextus Empiricus, qui pag. 13. legit ζάγηλον. Wass. Est Cap. III. contra Grammaticos. Callimachum in lib. II. Αἰτιῶν, ζάγκλον pro falce dixisse, e Tzetze ad Lycophronem observat Celeberr. Bentleius ad Callim. fragm. XXII. Ζάγκλην, quod est in Gr. etsi eadem significatione, qua ζάγκλον, dicunt Græci, tamen propter consensum aliorum Mss. non admitti potest. Diodorum Siculum ab aliis dissentire adnotavit etiam Casaubonus ad Strab. l. d. in Var. Lect. Non est audiendus Thomas Mag. δρεπάνη dici jubens, non δρέπανον. Aristophanes Pace v. 1202. Οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον. Δρεπάνη poëticum potius est, quam Atticum. Vid Stephanum in Append. ad Script. de Dialect. pag. 157. Sed Thomas fortassis scripserat δρέπανον, οὐ δρεπάνη. Duck.

Ἀναξίας] Gr. perperam Ἀναξίας. Vid. Diodorum p. 266. 281. Wass.

Τ. πόλ. αὐτ. ξυμμ. ἀνθρ. οἰκ.] Non placet Portus, vertens: *urbem hominibus, quos cum ipsis miscuit, frequentem reddidit.* Nam neque hoc sign. οἰκίζειν, tali utique contextu, ubi de *mutatis* tantum incolis sermo sit, alioque deductis; nec congruerit verbo ἐκβαλών· illis *ejectis*, urbem *frequentavit*; nec Dat. denique αὐτοῖς ad ξυμμίκτων referatur; immo sic vertendum atque intelligendum: condidit, constituit iis urbem, (quæ esset) civium undique mixtorum, quæ (jam) constaret e variis incolis, undique eo contractis; Vel: (Eam, talem,) effecit iis, (vel *eorum*; solita Nostro, ad Herodoti morem, Antiptosi,) civitatem, urbem, (quæ esset) hominum, incolarum mixtorum, quæ mixtos haberet cives: ac si sit: ἀποφήνας τὴν πόλιν αὐτοῖς (αὐτῶν) ξυμμ. ἀνθρ. οὖσαν.)

Μεσσήνην ἀπὸ τῆς etc.] A Messeniis subjugati erant Zanclæi (unde urbs, mutato nomine, Messene appellabatur,) Olymp. XXX. Archimede supremum magistratum gerente, ut ostendit Meursius in Attic. Lect. l. 2. c 23. Huds. Zanclen ab Anaxilai Olymp. XXIX. captam, scribit Pausanias IV. 23. Refellit eum ex ratione temporum, et Anaxilaum Olymp. LXXVI. mortuum, ostendit Spanhemius Dissert. VIII. p. 554. de Præstant. et Usu Numism. Cur hanc urbem Siciliæ nonnulli Μεσήνην potius, quam Μεσσήνην, dicendam voluerint, docet Casaubonus ad Polyb. pag. 120. Duck.

Ἀντανόμασε] *Pro* antiquo nomine, *aliter* appellavit.

Ἀπὸ Ζάγκλ.—ὑπὸ Εὐκλ.] *Ex* Zancle (missis colonis,) ab Euclide, *per* eum, eo deducente.

Στάσει νικηθ.] "Non legendum, κινηθέντες. Herodot. 1. 150. στάσει ἑσσωθέντες." Gottl. (ex Abr.) Est breviloquentia: victi a factione diversa, et (ita, per hanc,) loco moti.

φωνὴ μὲν μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος ἐκράθη· νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν. Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν· Ἄκραι μὲν, ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας, Κάσμεναι δὲ, ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας. καὶ Καμαρίνα τοπρῶτον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη, ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. οἰκισταὶ δὲ ἐγένοντο αὐτῆς Δάσκων καὶ Μενέκωλος. ἀναστάτων δὲ Καμαριναίων γενομένων πολέμῳ ὑπὸ Συρακουσίων δι' ἀπόστασιν, χρόνῳ Ἱπποκράτης ὕστερον Γέλας τύραννος, λύτρα ἀνδρῶν Συρακουσίων αἰχμαλώτων λαβὼν τὴν γῆν τὴν Καμαριναίων, αὐτὸς οἰκιστὴς γενόμενος, κατῴκισε Καμαρίναν. καὶ αὖθις ὑπὸ Γέλωνος ἀνάστατος γενομένη, τοτρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος.

στʹ. 6. Τοσαῦτα ἔθνη Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων Σικελίαν ᾤκει· καὶ ἐπὶ τοσήνδε οὖσαν αὐτὴν οἱ Ἀθηναῖοι στρατεύειν ὥρμηντο, ἐφιέμενοι μὲν, τῇ ἀληθεστάτῃ προφάσει, τῆς πάσης ἄρχειν, βοηθεῖν δὲ ἅμα εὐπρεπῶς βουλόμενοι τοῖς ἑαυτῶν ξυγγενέσι, καὶ τοῖς προσγεγενημένοις ξυμμάχοις. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐξώρμησαν Ἐγεσταίων τε πρέσβεις παρόντες, καὶ προθυμότερον ἐπικαλούμενοι. ὅμοροι γὰρ ὄντες τοῖς Σελινουντίοις, ἐς

Μεταξὺ —— ἐκράθη] Rursus breviter dictum pro, κραθεῖσα, διὰ τὸ κραθῆναι, ἐγενήθη μεταξὺ rel. miscendo *evasit*, effecta, orta est media. Utamur hoc, licet, ad verba c. 1. (διείργ.) τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα.

Ἀναστάτ. γεν.] Ἀναστάντων legenti cum quibusdam Libb. delendum γενομένων, ut tunc ortum e duabus Lectt. in unam conflatis.

Λύτρα —— λαβὼν] Comma delevi post λαβὼν in Duker. Edit. refertur enim et ad γῆν, ut sit, per appositionem, quam vocant, pro, ὡς λύτρα, γῆν ὡς λύτρα, vel pro, λύτρα, τουτέστι, τὴν γῆν: pretium accepit *per* agrum, i. e. hunc pretii loco, agrum ceu pretium, hoc per agrum accepto, permisso agro, *ut* pretio. Ovid. Met. 2. 695. *Nitidam cape præmia vaccam*; Et paullo post:

Juncta suo *dabitur pretium* tibi *femina* tauro.

Τὴν Καμαριναίων] Quidam libri pessime τῶν Καμαρ. Wass. Cur *pessime* habere Libb. τῶν, notet Wass. non video; idem enim est; et tamen post τὴν intellexeris τῶν Καμ. Omittere tamen articulum directum solet Noster, Ἀθηναῖοι, non οἱ Ἀθ. Λακεδαιμονίων, ους, non, τῶν, τοὺς Λακ. Hactenus *non bene* et hic, τῶν, non *pessime* tamen.

Ὥρμηντο] Putide vertitur; *impetu quodam animi—statuerunt*; immo simpliciter est, *volebant*, cupiebant, non nolebant; *sie hatten Lust*: lubido eos incessit.

Βοηθ. εὐπρεπ. βουλ.] Brevius dictum, pro βουλ. (*vere* sane volentes, id ipsum quoque cupientes.) βοηθ. juvare socios; ὃ ἦν εὐπρεπὲς, quod idem etiam, præterquam quod æquum satis esset, et curæ ipsis cordique, titulum præberet speciosum, quem bello prætexerent.

Προσγεγενημένοις] *Sociis, qui adjuncti erant*, vel *accesserant*, vertit Stephanus. Valla, *pristinis*. Legit, cum quibusdam Mss. προγεγενημένοις; quod satis defendi potest ex iis, quæ paullo post de societate Leontinorum et Egestanorum cum Atheniensibus superiore bello inita dicit Thucydides. Duck.

Ἐγεστ. τε πρέσβ.] Quinam *alii* ergo, aut quorum? Nulli autem. Transposite intell. pro, οἱ Ἐγεστ. πρέσβ. παρόντες τε καὶ——ἐπικαλούμενοι. *Verborum* enim hic sit distributio, vel attributorum, non *hominum*.

Ὅμοροι] Hæc fusius Diodor. p. 328. b. προθυμότεροι minus sincere Gr. Wass. ὅμορον

πόλεμον καθέστασαν, περί τε γαμικῶν τινων, καὶ περὶ γῆς ἀμφισβητήτου· καὶ οἱ Σελινούντιοι, Συρακουσίους ἐπαγόμενοι ξυμμάχους, κατεῖργον αὐτοὺς τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· ὥστε, τὴν γενομένην ἐπὶ Λάχητος καὶ τοῦ προτέρου πολέμου Λεοντίνων οἱ Ἐγεσταῖοι ξυμμαχίαν ἀναμιμνήσκοντες τοὺς Ἀθηναίους, ἐδέοντο σφίσι ναῦς πέμψαντες ἐπαμῦναι· λέγοντες ἄλλα τε πολλὰ, καὶ κεφάλαιον· εἰ Συρακούσιοι, Λεοντίνους τε ἀναστήσαντες, ἀτιμώρητοι γενήσονται, καὶ τοὺς λοιποὺς ἔτι ξυμμάχους αὐτῶν διαφθείροντες, αὐτοὶ τὴν ἅπασαν δύναμιν τῆς Σικελίας σχήσουσι, κίνδυνον εἶναι, μήποτε μεγάλῃ παρασκευῇ Δωριεῖς τε Δωριεῦσι, κατὰ τὸ ξυγγενὲς, καὶ ἅμα ἄποικοι τοῖς ἐκπέμψασι Πελοποννησίοις βοηθήσαντες, καὶ τὴν ἐκείνων δύναμιν ξυγκαθέλωσι. σῶφρον δ' εἶναι, μετὰ τῶν ὑπολοίπων ἔτι ξυμμάχων ἀντέχειν τοῖς Συρακουσίοις, ἄλλως τε καὶ χρήματα σφῶν παρεξόντων ἐς τὸν πόλεμον ἱκανά. ὧν ἀκούοντες οἱ Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν τε Ἐγεσταίων πολλάκις λεγόντων, καὶ τῶν ξυναγορευόντων αὐτοῖς, ἐψηφίσαντο, πρέσβεις πέμψαντες πρῶτον ἐς τὴν Ἔγεσταν, περί τε τῶν χρημάτων σκεψομένους, εἰ ὑπάρχει, ὥσπερ φασὶν, ἐν τῷ κοινῷ, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα πρὸς τοὺς Σελινουντίους, ἐν ὅτῳ ἐστὶν, εἰσομένους.

ζ'. 7. Καὶ οἱ μὲν πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἀπεστάλησαν ἐς τὴν Σικελίαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, καὶ οἱ ξύμμαχοι, πλὴν Κορινθίων, στρατεύσαντες ἐς τὴν Ἀργείαν, τῆς τε γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν, καὶ σῖτον ἀνεκόμισαν, τινὰ ζεύγη κομίσαντες, καὶ ἐς Ὀρνεὰς κατοικίσαντες τοὺς Ἀργείων

Msqu. non incommode; intell. χωρίον: ut in Præfat. Ἕλληνας, ἀντίπαλον pro ἀντιπάλους.

Γῆς ἀμφισβ.] Non male Msq. τῆς. ut *certam* γῆν, certum agrum intelligamus, de quo ambigerent. γῆς quidem vix quisquam mutaret.

Τοῦ πρ. πολ. τ. ξυμμ. rel.] Durior continuatio casuum; τοῦ πολέμου est, ἐν τῷ πολέμῳ· τὴν ξυμμαχίαν int. κατὰ, vel pro περὶ τῆς ξυμμαχίας.

Ἐγεσταῖοι] Cl. passim Αἰγεσταῖοι. Strabo ex Apollodoro cum Cl. facit. Et, μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός. Contra Philo apud Stephanum Ἔγεστα, ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωός. Ibi tamen Αἰγέστου et Αἰγεσταῖος cum Mss. omnino rescribendum. Ita Dionys. Halic. Tzetz. ad Lycoph. Diodorus XII. p. 328. ubi Thucydidem exscribit, Polybius, Livius et alii. Recte ergo Cl. In numis Ἐγεσταίων et Σεγεσταίων. WASS.

Καὶ κεφάλ.] Scil. λέγοντες· quod esset caput rei: ut Ebr. 8. 1. κεφάλαιον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις· sc. ὅ ἐστιν, quod sit caput rei. Comm. ergo post κεφάλ. mutavi in colon, quia sequitur infra, κίνδυνον εἶναι· unde pendeant priora, ab εἰ suspensa.

Οὐ πολλὴν] Cum Valla facit Diodorus Sic. Lib. XII. pag. 328. ubi hunc locum Thucydidis descripsit: Ἐμβάλλοντες εἰς τὴν Ἀργείαν, καὶ πολλὴν τῆς χώρας δηώσαντες. D.

Ὀρνεαῖς] Cl. passim Ὀρναίαις. Aliter Noster Libr. V. et bis etiam Diodorus, semel

φυγάδας, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς παρακαταλιπόντες αὐτοῖς ὀλίγους. καὶ σπεισάμενοί τινα χρόνον, ὥστε μὴ ἀδικεῖν Ὀρνεάτας καὶ Ἀργείους τὴν ἀλλήλων, ἀπεχώρησαν τῷ στρατῷ ἐπ' οἴκου. ἐλθόντων δὲ Ἀθηναίων οὐ πολλῷ ὕστερον ναυσὶ τριάκοντα καὶ ἑξακοσίοις ὁπλίταις, οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Ἀθηναίων πανστρατιᾷ ἐξελθόντων, τοὺς μὲν ἐν Ὀρνεαῖς μίαν ἡμέραν ἐπολιόρκουν· ὑπὸ δὲ νύκτα, αὐλισαμένου τοῦ στρατεύματος ἄπωθεν, ἐκδιδράσκουσιν οἱ ἐκ τῶν Ὀρνεῶν. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ οἱ Ἀργεῖοι, ὡς ᾔσθοντο, κατασκάψαντες τὰς Ὀρνεὰς, ἀνεχώρησαν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὕστερον ταῖς ναυσὶν, ἐπ' οἴκου. καὶ ἐς Μεθώνην τὴν ὅμορον Μακεδονίᾳ ἱππέας κατὰ θάλασσαν κομίσαντες Ἀθηναῖοι, σφῶν τε αὐτῶν, καὶ Μακεδόνων τοὺς παρὰ σφίσι φυγάδας, ἐκακούργουν τὴν Περδίκκου. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πέμψαντες παρὰ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης, ἄγοντας πρὸς Ἀθηναίους δεχημέρους σπονδὰς, ξυμπολεμεῖν ἐκέλευον Περδίκκᾳ· οἱ δ' οὐκ ἤθελον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· καὶ ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

η΄. 8. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα ἦρι, οἱ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις ἧκον ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ οἱ Ἐγεσταῖοι μετ' αὐτῶν, ἄγοντες ἑξήκοντα τάλαντα ἀσήμου ἀργυρίου, ὡς ἐς ἑξήκοντα ναῦς μηνὸς μισθὸν, ἃς ἔμελλον δεήσεσθαι πέμπειν. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐκκλησίαν ποιήσαντες, καὶ ἀκούσαντες τῶν τε Ἐγεσταίων καὶ τῶν σφετέρων πρέσβεων τά τε ἄλλα ἐπαγωγὰ, καὶ οὐκ ἀληθῆ, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ὡς εἴη ἕτοιμα ἔν τε τοῖς ἱεροῖς πολλὰ καὶ ἐν τῷ κοινῷ, ἐψηφίσαντο ναῦς ἑξήκοντα πέμπειν ἐς Σικελίαν, καὶ στρατηγοὺς αὐτοκράτορας, Ἀλκιβιάδην τε τὸν Κλεινίου, καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου, καὶ

ubi Nostrum exscribit. Neque aliter Hesychius, aut Strabo. Nomen traxerunt Orneæ ἀπὸ Ὀρνέως τοῦ Ἐρεχθέως. vid. Pausan. II. 25. Wass.

Ὡς ἐς] Ἐς perperam abest a quibusdam Mss. Wass.

Ἐκκλησ. ποιήσαντες] Pro ποιησάμενοι· nempe *suam*, sui populi, suorum, in sua causa; et vero solutum e verbo uno, ἐκκλησιάζειν.

Καὶ οὐκ ἀληθῆ] Καὶ hic est pro ἀλλὰ, ὅμως, *at*.

Ἐν τῷ κοινῷ] Omnes Mss. ἐν τοῖς κοινοῖς. Eadem varietas et alibi occurrit. Nec tamen facile a recepta scriptura discesserim. Thucydides Cap. 6. Εἰ ὑπάρχει (χρήματα) ἐν τῷ κοινῷ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς. I. 81. Οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν (χρήματα) οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. ubi Scholiastes supplet ταμείῳ. Aristophanes Equitib. 771. Χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα ἐν τῷ κοινῷ: feci, ut quamplurimum pecuniæ esset in ærario. *Interpres* ibi non recte vertit. Duck. Probetur sane ἐν τοῖς κοινοῖς, quia de *plurium* civitatum ærariis sermo est; de *unis* tamen maxime Segestanis.

Λάμαχον τὸν Ξενοφάνους, βοηθοὺς μὲν Ἐγεσταίοις πρὸς Σελινουντίους, ξυγκατοικίσαι δὲ καὶ Λεοντίνους, ἤν τι περιγίγνηται αὐτοῖς τοῦ πολέμου, καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πρᾶξαι, ὅπῃ ἂν γιγνώσκωσιν ἄριστα Ἀθηναίοις. μετὰ δὲ τοῦτο ἡμέρᾳ πέμπτῃ ἐκκλησία αὖθις ἐγίγνετο, καθότι χρὴ τὴν παρασκευὴν ταῖς ναυσὶ τάχιστα γίγνεσθαι, καὶ τοῖς στρατηγοῖς, εἴ του προσδέοιντο, ψηφισθῆναι ἐς τὸν ἔκπλουν. καὶ ὁ Νικίας, ἀκούσας μὲν ᾑρημένος ἄρχειν, νομίζων δὲ τὴν πόλιν οὐκ ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι, ἀλλὰ προφάσει βραχείᾳ καὶ εὐπρεπεῖ, τῆς Σικελίας ἁπάσης, μεγάλου ἔργου, ἐφίεσθαι, παρελθὼν, ἀποτρέψαι ἐβούλετο, καὶ παρῄνει τοῖς Ἀθηναίοις τοιάδε.

Περιγίγν. αὐτ. τ. πολ.] Potest intelligi: si quid otii, *temporis*, facultatis, superesset ex (reliquo) bello; (et præcipuo;) sed et: si quid inde *commodi* nacti essent, si res prospere cessisset.

Καθότι] Lege aut intell. καθ' ὅ, τι, *qua ratione*.

Παρασκ. τ. ναυσὶ] i. e. τῶν νεῶν, ἐν τ. ναυσὶ, *qua* naves, de navibus.

Ἀκούσας μὲν ᾑρημένος ἄρχειν] Ἀκούσας non potest locum habere, nisi dicamus, Niciam concioni populi ante quintum diem habitæ, in qua ipse cum Alcibiade et Lamacho Dux hujus belli delectus erat, non interfuisse, idque deinde ei renunciatum esse. Sed hoc parum probabile est. Longe melior est, mea sententia, altera scriptura, ἀκούσιος, quæ et sex Msstorum auctoritate nititur, et ex ipso Thucydide confirmatur. Nam ita ipse Nicias infra Cap. 12. Εἴτε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν· quibus verbis indicat, se ἀκούσιον, Alcibiadem autem ἄσμενον, Ducem creatum esse. Et Hermocrates in Oratione ad Syracusanos Cap. 34. Ἄλλως τε καὶ τοῦ ἐμπειροτάτου τῶν στρατηγῶν, ὡς ἐγὼ ἀκούω, ἄκοντος ἡγουμένου. Vallam quoque legisse ἀκούσιος, ostendit ejus interpretatio horum verborum: Nicias, qui *invitus* fuerat delectus. Duck. Utroque trahunt Intt. pro ἀκούσιος alii pugnantes, pro ἀκούσας alii. In pari fere Libb. auctoritate, neque alterutri refragante usu loquendi, cum recte dicatur, ἀκούω ᾑρημένος pro, ἐμὲ ᾑρημένον vel ᾑρῆσθαι· utut durius per participia duo; sed asperiora magis etiam sunt Thucydidea; hoc ergo quasi condonato, quod tamen, ἀκούσας probari, vix patiatur, contextum et caussam ipsam audiri, fas sit, immo unum relinquatur. *Invitum* creatum Niciam, satis constat; idque cognitum ei, non erat, cur probabile minus audiret Dukero. Thucydides certe noverat, qui nunc etiam hic loquatur; et ante orationem utique habendam sciret Nicias ipse. *Disjunctionem* autem (per μὲν et δὲ,) quod minus procedere, putat Abresch. *invitus quidem* dux lectus, *sed tamen* inconsultum ratus bellum; Græcismus eum fugit, ex quo non *diversa* utique, aut opposita, sed *partitionem* sæpe et cumulationem conjunctorum, μὲν et δὲ notent: *et* invitus creatus, *et* vero consilium improbans belli suscepti; *cum* invitus lectus, *tum* improbans. Hæc satis interpretentur, ἀκούσιος mihi magis probari. Sane, de *oppositis* vel diversis intelligenti μὲν et δὲ, non dubium est, quin ἀκούσας probetur. *Eo* enim *invitus* dux fieret, *quia* inconsultum putaret, non, *etsi*. Sed, ut dixi, et constat satis; nil opus, sed *cum, tum* reddi licet: ut apud Xenoph. M. S. 3. 5.

Τοιάδε] Sic reposui e Mss. atque ita etiam frequentius, quod quidem veritatis studioso magis convenit. In Orationibus fere passim τοιάδε, in Fœderibus τάδε. Sed et in Orat. I. 85. ὧδε· at sequitur, τοιαῦτα λέξας. et postea τοσαῦτα in oratione brevi, ubi nihil fere Auctori permittitur. At in colloquio cum Meliensibus, ubi res nuda, missis Rhetorum coloribus, agebatur, ἔλεγον, inquit, τοιάδε, et postea, τοσαῦτα εἶπον. Hic ergo legendum τοιάδε, quia sequitur τοιαῦτα. Vel de Epistola usus τοιάδε VII. 10. sed in orationibus nusquam adhibet τάδε et ταῦτα, sed τοιαῦτα et τοσαῦτα semper. In Fœderibus contra, ut ad V. 46. observavimus. In brevioribus orat. τάδε fere, in longioribus etiam quandoque τοιάδε Herodotus, atque ita apud Hippocrat. de Victus Rat. III. 38. pro τοιαῦτα ex Feurei Codice reponendum, et paulo infra, οὐκ ἔτι δὴ τ. Wass. In eo, quod e Thucyd. II. 29. adnotatur, est error festinantis calami. Τοιάδε fere ubique in his dicit Thucydides; τάδε solo hoc loco, ni fallor, habent Editiones omnes, ceteris semper τοιάδε. Scripti nonnulli quidem I. 139. IV. 91. et

θ΄. 9. " Ἡ ΜῈΝ ἐκκλησία περὶ παρασκευῆς τῆς ἡμετέρας ἥδε ξυνελέγη, καθότι χρὴ ἐς Σικελίαν ἐκπλεῖν. ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ καὶ περὶ αὐτοῦ τούτου ἔτι χρῆναι σκέψασθαι, εἰ ἄμεινόν ἐστιν ἐκπέμπειν τὰς ναῦς, καὶ μὴ οὕτω βραχείᾳ βουλῇ, περὶ μεγάλων πραγμάτων, ἀνδράσιν ἀλλοφύλοις πειθομένους, πόλεμον οὐ προσήκοντα ἄρασθαι. καί τοι ἔγωγε καὶ τιμῶμαι ἐκ τοῦ τοιούτου, καὶ ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀῤῥωδῶ· (νομίζων, ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι, ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τι καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται· μάλιστα γὰρ ἂν ὁ τοιοῦ-

VII. 60. pro τοιάδε habent τάδε· sed illorum non est habenda ratio. Ad illa, quæ paullo post dicuntur, καθότι χρὴ ἐς Σικελίαν ἐκπλεῖν, videtur respexisse Phrynichus pag. 80. e Thucydide laudans, καθὸ δεῖ εἰς Σικελίαν πλεῖν. Duck. Tricatur vero Wass. in discrimine τάδε et τοιάδε. Nam et *talia* Latinis *hæc* notant, et ipsum τοιοῦτος Græcorum pro οὗτος· ut 1 Cor. 5. 5. 2 Cor. 10. 11. et pro Niciæ ipsis ipsius verbis illa ponit Thuc. Et vero permutantur subinde de orationibus, τάδε, τοιάδε, τοιαῦτα, quin et τοσαῦτα. Ovid. Met. 2. 597. post ipsa loquentis verba, prolixe satis apposita: *Talia dicenti;* neque aliter vs. 666. Apud Livium vero quoties, de directa oratione, et loquenti subjecta: *talem orationem habuit,* pro, *hanc,* et, *ita* disseruit, pro, *hæc.*

Ἡ μὲν ἐκκλ. — — ἥδε ξυνελ.] Synchysis hæc est, propter positum incommodiorem τοῦ ἥδε, quod subjiciatur insertis, περὶ παρασκευῆς τῆς ἡμετέρας. Cod. Msqu. ἤδη. An voluit δὴ, *sane, nempe?* Aut etiam leg. ἤδη, *jam,* i. e. tam cito, tam festinanter, tanquam unum *jam* reliquum quæratur, *quomodo* instruatur expeditio; cum alia prior quæstio prævertere debeat, *an* omnino suscipiatur. Nota et Vocab. ξυνελέγη, *collecta,* composita, consociata est concio: cui subjici debebat *e quibus* esset conflata; qui tamen jam essent certi, noti et constituti; est ergo hic pro ξυνεκλήθη.

Καὶ μὴ οὕτω βρ. β.] καὶ μὴ refertur ad Infinit. χρῆναι, non ad, εἰ ἄμεινον, ut videri possit, sed sensus repugnet. Mihi videtur, inquit Nicias, a) de ipsa expeditione consultandum: b) non ita brevi deliberatione habita, bellum suscipiendum. Ita recte Portus: qui tamen, ἔτι, malim, verterit, *etiam nunc, porro,* ut re nondum confecta. Obs. et Dativum: οὕτω βραχείᾳ βουλῇ — — πόλεμον ἄρασθαι, *post* brevem consultationem et festinatam, *ex* tam celeri consilio. Quod si tamen, ab ἄμεινον pendere, volueris: aut μὴ redundet, aut καὶ sit pro ἤ. Neutrum sat commodum præ illo simpliciori.

Καί τοι ἔγωγε κ. τιμ.] Quam hic Hypallagen constituit Abr. probante Gottl. τιμῶμαι, — ὀῤῥωδῶ, νομίζων, pro, τιμώμενος, ὀῤῥωδῶν, (i. e, *utut, etsi* mihi accedat honor, nec timeam;) νομίζω, *tamen* puto, nihilo secius censeo: eâ quidem, utut satis commode subtiliterque proposita, non utatur tamen, qui intellexerit, consequens ad καί τοι ἔγωγε τιμ. κ.—ὀῤῥ. esse, manifesto satis, in verbis, ὅμως δὲ, rel. quo nil sane apertius sit, nil simplicius. Et vero fefellit Abr. præcipue sententiæ ratio, ad quam, sibi propositam, tenderet Nicias: quæ nullo pacto esset in νομίζων, non tam, quia sit particip. quod tunc sit ex mente Abr., sed, quia ad caussam summamque nihil facit, tantum excusationem habens, correctionem et interpretationem τοῦ ὀῤῥωδῶ· ad propositum quidem, εἰ ἄμεινόν ἐστιν, ut dixi, nil facit. Unde et faciendum ego putavi, ut parentheseos signis circumscriberem verba inde a νομίζων ad ὀρθοῦσθαι· quod observanti nil sane obscuri haberet tenor et sensus.

Νομίζων — ὀρθοῦσθαι] Stobæus 245. ubi νομίζω, et καὶ σώματός τι, omisso articulo, et cum Marg. πρόνται et δι' αὐτόν. Wass. Non plane absurda est scriptura, quam Margo et Stobæus habent. Dixerat Nicias, se minimum omnium corpori suo timere. Iis verbis recte respondet hæc sententia: boni civis esse, partem aliquam corporis et facultatum suarum reipublicæ impendere, et pro ea amittere. Duck.

Ὁμοίως] *Cui* ergo? Nempe non ὀῤῥωδοῦντι, non metuenti, sibi non parcenti; æque, inquit, non minus, fuerit bonus civis, qui sibi quoque parcat et consulat, quam qui de hoc non laboret. Quid tamen, si ὅμως legeris, *nihilo secius, (gleichwohl,)* utut non metuam mihi; Gallice dixeris: *il ne laisse pas d' être bon citoien.*

Προνοῆται·] Πρόηται cur rejicerem, satisfeci in Edit. Or. Thuc. ad h. l. probante, ut video, Gottl. Sed et omnis tenor reclamat lectioni πρόηται, consiliumque Niciæ, curam

τος καὶ τὰ τῆς πόλεως δι' ἑαυτὸν βούλοιτο ὀρθοῦσθαι·) ὅμως δὲ οὔτε ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν, ἀλλὰ ᾗ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα, ἐρῶ. καὶ πρὸς μὲν τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους, ἀσθενὴς ἄν μου ὁ λόγος εἴη, εἰ τά τε ὑπάρχοντα σώζειν παραινοίην, καὶ μὴ τοῖς ἑτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. ὡς δὲ οὔτε ἐν καιρῷ σπεύδετε, οὔτε ῥᾴδιά ἐστι κατασχεῖν, ἐφ' ἃ ὥρμησθε, ταῦτα διδάξω.

ι'. 10. "Φημὶ γὰρ, ὑμᾶς, πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας, καὶ ἑτέρους, ἐπιθυμεῖν, ἐκεῖσε πλεύσαντας, δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. καὶ οἴεσθε ἴσως, τὰς γενομένας ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τὶ βέβαιον, αἳ, ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν, ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται· (οὕτω γὰρ ἐνθένδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτὰς,

excusantis (ὀῤῥωδῶ,) quam corporis quoque sui, vitæ reique, agere possit civis bonus, et ipse ergo Nicias. Dicit ergo: equidem non timeo corpori meo aut vitæ: *etsi*, licet hoc faciam, aut alius quis ita affectus sit animo, nihilo minus ideo (ὁμοίως, v. not. præced.) et hunc bonum civem esse, putem, vel esse posse, quin fore plane, qui et suæ rei vitæque aliquam certe (τὶ, non plane nullam,) rationem habeat. Quod si is (tantummodo, solus,) sit bonus civis, qui aliquid (cur *aliquid* tantum, τὶ, non omne omnino,) sui corporis reique πρόνηται, negligat, offerat; (*hingiebt, aufopfert, in die Schanze schlagt*;) jam bonus civis non sit Nicias, certe contra se judicet, qui, amoliendo a sese expeditionem, et velut suspectus timoris, quo moveri sese neget, committat tamen, cur meticulosior videatur. Aut νομίζων sit, *quia* censeo: sed enim quorsum tunc addatur ὁμοίως; quæ deinde ratio aut vis argumenti, ut, qui *sua* insuper habeat, corpus suum πρόνηται, negligat, et rem suam idem velit δι' ἑαυτὸν, *suamet* ipsius caussa, ut *ipse* sit salvus, rempublicam esse salvam? Immo hoc ipsum, *sua* caussa laborare, προνοουμένου fuerit, sibi consulentis, non *sua* προεμένου, libenter et facile amittententis. Ineptum ergo et absonum hic, non languidum modo, voc. πρόνηται, forte ex compendio ortum τοῦ προνοῆται.

Πρότερον] Ita haud paulo elegantius Mss. Itaque restitui pro προτέρῳ, quod ante legebatur. Noster IV. 38. Τῶν πρότερον ἀρχόντων. Sic πρίν. Wass. Aristophanes Equitib. 1352. Αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις. Hoc quoque non placuit sciolis quibusdam, qui e πρότερον fecerunt προτέραις· quemadmodum est apud Suidam in αἰσχύνομαι. Duck.

Ἑτοίμοις] Opp. τοῖς ἀφανέσι et μέλλουσι. Sunt ergo, a) certa, præsentia, non speranda demum, b) quæ jam habeatis, teneatis, non occupanda prius.

Ῥᾴδ. κατασχ.] Aut pro ῥᾴδιον, quod retuleris ad verbum κατασχεῖν, aut hoc pro passivo, κατέχεσθαι, facilia obtineri, quæ obtineantur.

Διδάξω] Marg. δηλώσω, quod etiam Scholiastes agnoscit. Infra Cap. 19. σημανῶ. Wass. Scholiastes Cass. varietatem scripturæ non adnotarat. Duck.

Φημὶ γὰρ] Γὰρ hic est *nempe, nimirum*, et orditur explicationem sententiæ propositæ, disputationemque universam. Ita Virgil. Æn. 6. 377. 378.

Sed cape dicta memor, duri solatia casus;
Nam tua finitimis — — ossa piabunt.

i. e. *Quippe*, nempe: hæc tibi sint solatia, quod piabunt.

Δεῦρο ἐπαγ.] Δεύτερον probare hic nequeo, quidquid notet; *ultro, insuper* notare non solet, ac vix potest; *iterum* ut notet, rei ipsi repugnet; quippe *nondum ante* Siculi oppugnarant Athenienses, in *ipsorum* quidem terra. Quid ergo sit δεῦρο, *huc?* Aptum quidem tenori, vel propter diversum, ἐκεῖσε πλεύσαντας, cui concinne satis opponatur: a) ἐκεῖσε, a) δεῦρο, b) πλεύσαντας, b) ἐπαγαγέσθαι. Sed enim res obstiterit; neque enim *in Atticam* utique venturi hostiliter Siculi viderentur. Quidni autem, *si* Athenienses illuc, et *sicut* Athenienses ad hos venirent? Quin ipse ait, C. 11. τάχα ἂν μετὰ τῶν ἐνθάδε ἐπιθοῖντο. Graves certe Atheniensibus et timendi forent. Neque est, ut δεῦρο utique notet, *huc*, ad nos, in terram nostram; sed, *nobis*, in nos, contra nos, esse potest: *Bir wollen uns neve Feinde auf den Hals ziehen.*

Οὕτω γ.—καὶ ἐκ τ. ἐναντ.] Parenthesis

καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων·) σφαλέντων που ἀξιόχρεῳ δυνάμει, ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσονται, οἷς πρῶτον μὲν διὰ ξυμφορῶν ἡ ξύμβασις, καὶ ἐκ τοῦ αἰσχίονος, ἢ ἡμῖν, κατ' ἀνάγκην ἐγένετο· ἔπειτα ἐν αὐτῇ ταύτῃ πολλὰ τὰ ἀμφισβητούμενα ἔχομεν. εἰσὶ δ', οἳ οὐδὲ ταύτην πω τὴν ὁμολογίαν ἐδέξαντο, καὶ οὐχ οἱ ἀθενέστατοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἄντικρυς πολεμοῦσιν, οἱ δὲ, καὶ διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἡσυχάζειν, δεχημέροις σπονδαῖς καὶ αὐτοὶ ἔτι κατέχονται. τάχα δ' ἂν ἴσως, εἰ δίχα ἡμῶν τὴν δύναμιν λάβοιεν, (ὅπερ νῦν σπεύδομεν,) καὶ πάνυ ἂν ξυνεπίθοιντο μετὰ Σικελιωτῶν, οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. ὥστε χρὴ σκοπεῖν τινα αὐτὰ, καὶ μὴ μετεώρῳ τε πόλει ἀξιοῦν κινδυνεύειν, καὶ ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν, ἣν ἔχομεν, βεβαιωσώμεθα, εἰ Χαλκιδεῖς γε οἱ ἐπὶ Θρᾴκης,

hæc est, circumscribenda e reliquo tenore, ne difficiliorem reddat, per se jam satis impeditum.

Ἔπραξαν αὐτὰς] Hoc non ita intelligendum est, quasi dicat, eos, qui primi hoc fœdus fecerunt, illud de industria ita fecisse, ut firmum esse non posset: nam Plistoanax Rex Lacedæmoniorum, et Nicias ipse, qui præcipui illius auctores fuerant, id omnino, quum faciebant, ratum esse cupiebant, ut docet Thucydides IV. 16. sed deinde alios variis artibus effecisse, ne firmum esset. Sic recte Scholiastes. Et hoc convenit significationi vocis πράσσειν, qua infinitis locis utitur Thucydides de his, qui quocumque dolo, arte ac fraude aliquid moliuntur ac machinantur. Etsi alioqui etiam ii, qui id agunt ac student, ut firma fiat pax et societas, recte possunt dici πράσσειν τὰς σπονδάς. Thucydides IV. 43. Ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου καὶ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδάς. Et III. 75. Ξύμβασίν τε ἔπρασσε, καὶ πείθει ξυγχωρῆσαι ἀλλήλοις. Quod autem ad diversitatem scripturæ adtinet, si putabimus, retinendum esse αὐτὰς, supplendum erit εἶναι· sin hoc minus placet, cum optimis et plurimis libris, me non invito, præferatur αὐτά. Οὕτω ἔπραξαν αὐτὰ, ita illa tractarunt, i. e. et e nostris et ex Lacedæmoniis quidam ea moliti sunt, et artibus quibusdam effecerunt, ut nomine tenus fœdus, re ipsa minime firmum esset. Duck.

Σφαλέντων που] Camerarius lectionem suam e Ms. dedit, non, quod suspicari aliquis possit, e Var. Lect. Hudsoni, e conjectura. Addit: quæ lectio non incommodum habet intellectum; alteram tamen Scholiastes sequutus fuit. Non video caussam, cur ea recipienda non sit, quum præterea a duobus aliis Mss. confirmetur. E vulgata, quidquid eam torqueat Scholiastes, nemo quidquam boni sensus eliciat; qui in hac apertus est, si illa, οὕτω γὰρ τῶν ἐναντίων, per parenthesin dicta, ut Thucydides, accipiamus. Duck. Primo haud dubie excidit δὲ post σφαλέντων, quod respondeat superiori, ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν· ita et hic, σφαλ. δὲ, scil. ὑμῶν. Quod si deinde pro που legeris οὐκ, σφαλ. οὐκ ἀξιόχρεῳ δυνάμει, si quid offenderitis, (usi quippe) minus firmo exercitu. Quid tamen, si ἀξιόχρ. δυν. retuleris ad ἐπιχείρησιν—ποιήσονται· sat firmo exercitu vos oppugnatum venient hostes? Tum vero recte habeat που, cui comma subjectum deleatur post δυνάμει, friget tamen additamentum hoc in altero; cum ad σφαλέντων, acute et pragmatice prorsus addatur, ut caussam additurum, cur facile possint σφαλῆναι, vinci, male rem gerere Athen. ut parum firmis copiis usi. Debebat sane Thuc. σφαλεῖσι (δὲ ταχ. ἡμῖν τ. ἐπιχ. ποιήσ.) nempe ἡμῖν σφαλεῖσι, victos aggredientur. Sed solet ita distracte loqui.

Δίχα λάβ.] Verti possit, si *solos*, segregatos a reliquis, (sociis) interceperint nostros. Nam δίχα τινὸς Græcis est, χωρὶς τινός. Et res patiatur, ob festinationem Atheniensium.

Εἴγε] *Pro* ὅτι· *Callim. H. in Dian. vs.* 28. Gottl.

Εἰ Χαλκιδεῖς γε] Hoc non sine ratione suspectum fuit Porto. Lectio Codicum, in quibus est οἱ Χαλκιδεῖς γὰρ, tollit difficultatem. Ei adquiesci potest, donec aliud melius inveniatur. Duck.

ἔτη τοσαῦτα ἀφεστῶτες ἡμῶν, ἔτι ἀχείρωτοί εἰσι, καὶ ἄλλοι τινὲς κατὰ τὰς ἠπείρους, ἐνδοιαστῶς ἀκροῶνται. ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ, οὖσι ξυμμάχοις, ὡς ἀδικουμένοις, ὀξέως βοηθοῦμεν· ὑφ᾽ ὧν δ᾽ αὐτῶν, πάλαι ἀφεστώτων, ἀδικούμεθα, ἔτι μέλλομεν ἀμύνεσθαι.

ιά. 11. "Καίτοι τοὺς μὲν, κατεργασάμενοι, κἂν κατάσχοιμεν· τῶν δ᾽ εἰ καὶ κρατήσαιμεν, διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων, χαλεπῶς ἂν ἄρχειν δυναίμεθα. ἀνόητον δ᾽, ἐπὶ τοιούτους ἰέναι, ὧν κρατήσας τε μὴ κατασχήσει τὶς, καὶ μὴ κατορθώσας, μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ πρὶν ἐπιχειρῆσαι ἔσται. Σικελιῶται δ᾽ ἄν μοι δοκοῦσιν, ὥς γε νῦν ἔχουσι, καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακούσιοι· ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι. νῦν μὲν γὰρ κἂν ἔλθοιεν ἴσως Λακεδαιμονίων ἕκαστοι χάριτι· ἐκείνως δ᾽, οὐκ εἰκὸς, ἀρχὴν ἐπὶ ἀρχὴν στρατεῦσαι. ᾧ γὰρ ἂν τρόπῳ τὴν ἡμετέραν μετὰ Πελοποννησίων ἀφέλωνται, εἰκὸς, ὑπὸ τῶν αὐτῶν καὶ τὴν σφετέραν διὰ τοῦ αὐτοῦ καθαιρεθῆναι. ἡμᾶς δ᾽ ἂν οἱ ἐκεῖ Ἕλληνες μάλιστα μὲν ἐκπεπληγμένοι εἶεν, εἰ μὴ ἀφικοίμεθα, ἔπειτα δὲ καὶ, εἰ, δείξαντες τὴν δύναμιν, δι᾽ ὀλίγου ἀπέλθοιμεν· εἰ δὲ σφαλείημέν τι, τάχιστ᾽ ἂν ὑπεριδόντες, μετὰ τῶν ἐνθάδε ἐπίθοιντο. τὰ γὰρ διὰ πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα, καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα τῆς δόξης δόντα. ὅπερ νῦν ὑμεῖς, ὦ

Ἀφεστ. ἔτη τοσ.] Minus perspicue vertitur: *qui tot annos jam defecerint.* Neque enim multorum annorum opus est defectio ipsa, sed unius momenti, nisi *repetita* subinde intelligatur. Sed Metonymia hæc est Antecedentis pro Consequ. *manent* in defectione, nondum ad officium rediere.

Καὶ ἄλλοι—ἀκροῶνται] Thomas Magister in ἐνδοιάζω, ubi omittit ἡμῶν, quod habet Gr. Wass.

Ἐγεστ. δὴ] Eleganter vero Msqu. δῆθεν, *scilicet*, ut volunt isti vos credere, si Deo placet.

Διὰ πολλοῦ γε] Διαστήματος supplet Scholiastes; de qua ellipsi Stephanus Append. ad Scripta de Dialect. Att. pag. 115. Duck.

Κατασχ. τὶς] i. e. ἡμεῖς κατασχήσομεν. Recte tamen et gnomice, *man, jemand.*

Ἐν τῷ ὁμ. καὶ πρ.] P. ὁμοίως, ῆ. ἐν inservit periphrasi Adjectivi vel Adverbii, ut ἐκ, Latinis quoque; et ἴσα καὶ ἱκέται, pro ὡς, 3. 14.

Ὅπερ—ἐκφ.] i. e. ὥπερ, καθ᾽ ὅπερ. Notum illud Homeri, (v. c. Il. 1. 201.) ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, pro, ἔπεσι πτερόεσσι. Noster 1. 6. λίπα ἠλείψαντο, p. λῖπι.

Διὰ τοῦ αὐτοῦ] Nempe τρόπου. Obs. 1) formam loquendi, διὰ τρόπου, pro Dat. (vel Ablat.) 2) Varietatem; supra, τῷ τρόπῳ. Aut διὰ τ. αὐτοῦ simpliciter accipe pro Adverb. ὁμοίως, ὡσαύτως, *itidem.*

Δείξαντες] Forte pro Medio (minus illo tamen usitato,) δειξάμενοι· *Nostras* nimirum ipsorum vires, *illis* tamen.

Δι᾽ ὀλίγου] Referri et ad δείξαντες liceat, ut sit, *ex propinquo*, cominus.

Ἐπίθοιντο] Scil. ἡμῖν, repet. ex ὑπεριδόντες, ubi intell. ἡμᾶς. Immo utrobique casus omissi; cum alioquin ex alio alium supplendum relinquat.

Τὰ γὰρ διὰ πλ. rel.] Neutr. ut solet, pro Masc.

Δόντα.] Sic etiam liber Camerarii, qui adnotat: quæ lectio, haud scio, an vera sit. Duck.

Ὅπ. νῦν—ἐφίεσθε.] Structuræ quî consu-

Ἀθηναῖοι, ἐς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πεπόνθατε, διὰ τὸ, παρὰ γνώμην αὐτῶν, πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε τοπρῶτον, περιγεγενῆσθαι, καταφρονήσαντες, ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. χρὴ δὲ μὴ πρὸς τὰς τύχας τῶν ἐναντίων ἐπαίρεσθαι, ἀλλὰ τὰς διανοίας κρατήσαντας θαῤῥεῖν· μηδὲ, Λακεδαιμονίους ἄλλο τι, ἡγήσασθαι, ἢ διὰ τὸ αἰσχρὸν σκοπεῖν, ὅτῳ τρόπῳ ἔτι καὶ νῦν, ἢν δύνωνται, σφήλαντες ἡμᾶς, τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσονται· ὅσῳ δὲ καὶ περὶ πλείστου, καὶ διὰ πλείστου, δόξαν ἀρετῆς μελετῶσιν. ὥστε οὐ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἐγεσταίων

leremus, jam monui in Edit. Oratt. Thuc. nec muto; probat et Gottleb. Sed res ipsa ac tenor disputationis labare videtur. Quippe propositæ sententiæ, "omnia e longinquo, utut nondum satis spectata, habere plurimum admirationis," jam velut exemplum nimirum et documentum subjicit cives suos: ὅπερ ὑμ.—πεπόνθατε, quod vobis nunc usu venit; nempe, ut major e longinquo sit admiratio vestri. Hoc quomodo probat? Quia vos præter opinionem (vestram ipsorum) vicistis, quæ timeretis. Ideo, immodici animo et audacia aucta, jam Siciliam affectatis. Hæc quî cohærent? Aut quam admirationem Atheniensium e longinquo probant? Equidem haud assequor; nisi Gnomen illam: τὰ γὰρ διὰ πλ. — —ad δόξ. δόντα, Parenthesi incluseris: ut, ὅπερ ὑμ.—πεπόνθ. referatur ad superiora: ὑπεριδόντες (quod hic est καταφρονήσαντες,)—ἐπίθοιντο· (quod hic est ἐφίεσθε). Satis manifesto ista sese respiciunt; et rei ratio tunc constiterit: Longinqua sunt admirationi, quæ ex propinquo, devicta, jam spernantur. Hoc idem vobis usu venit, qui Lacedæmonios eorumque socios, quos admirati et horrentes eminus, nondum congressos, ubi, cominus congressi, præter spem devicistis, jam ita contemnatis, ita elato animo gestiatis, ut, quodvis audere parati, et successurum vobis confisi, externa quoque et remota, Siciliam appetatis: cavete, ne ex propinquo vos quoque infirmiores reperti, illorum deinde insultibus pateatis: rectius, (ex illa sententia, quam ita per Parenthesin interponat,) e longinquo vos integros servaturi admirandosque et metuendos præbituri. Ita in καταφρονήσαντες intellexeris αὐτῶν, nempe τῶν Λακεδ. καὶ τῶν ξυμμάχων. Ita vos jam contemnitis illos, ut, securi eorum, velut nullos a tergo hostes, aut victos et nil ausuros, relicturi, Siciliam, velut vacui hic in Græcia, prospectetis.

Ἀλλὰ τ. διαν.] Schol. supplet, τῶν πολεμίων· nempe consilia et insidias Peloponnesiorum, imminentium vestræ abscessioni et insidiantium, ut nudatos et parum firmos a tergo invadant. Sed quid est, κρατεῖν τὰς διανοίας; Primo κρατεῖν cum Accusat. pro Genit. quod tamen sæpius notatum dederit Ind. ut δέομαι c. Accus. 1. 32. init. Sensus autem fuerit: 1) observare, tenere, non negligere, semper animo præsentes habere et observare, τηρεῖν· 2) ita *te* parare, ut vitare illa consilia et irrita dare possis. At Portus, vertens, *animos cohibendo*, intellexit nimirum *ipsorum* Atheniens. ut semet cohiberent, audaciam gestientem reprimerent, modesti cautique agerent. Ita διάνοιαι sint *cupiditates*, quos et λογισμοὺς alibi vocat Thuc. Vix a me impetro, quin, ob tenorem totius Cap. Scholiastæ assentiar magis.

Ὅσῳ δὲ καὶ, rel.] Duo notanda: 1) Superlat. pro Compar. quorum hic sequi debeat soleatque partic. ὅσῳ, *quanto*; quæ hic pro ὅτι posita dici queat; 2) *abruptam* orationem; quæ vel ante ὅσῳ, vel post illud, requirat tale enuntiatum: τοσούτῳ μᾶλλον ποιήσουσι, tanto magis, (certius, promtius, facilius,) hoc fecerint; vel, τοσούτῳ μᾶλλον εἰκὸς, tanto credibilius est, tanto magis convenit, hoc facturos. Quod quidem manifestius deest, supplendumque necessario est, ob partic. δὲ et καὶ, quibus non positis, nil eguerimus supplemento. δὲ certe abesset; aut est, ut solet, pro καί. καὶ ὅσῳ καὶ περὶ πλ. rel. *idque*, quo *et* plus, *et* diutius, cet. καὶ abest non uni libro; non, quo non sit a Thuc. sed, quod incommodum videretur cum sensu describentibus textum. Nam Thucydide satis dignum est.

Περὶ πλ. κ. διὰ πλ.] Περὶ πλ. est, *ut* rem summam, quam maximi faciant; qs. ὡς περὶ πλ. (ποιούμενοι.) διὰ πλ. intell. χρόνου. Omnia breviter complexus exhausit Thuc. et *amorem* rei, et *usum* longum.

Δόξ. ἀρ. μελ.] i. e. 1) animo volvunt, quærunt, cogitant; 2) omnia faciunt, per quæ illam assequantur: *sie gehen damit (darauf) um.* Ita Cic. p. Mur. c. 21. *illum accu-*

ἡμῖν, ἀνδρῶν βαρβάρων, ὁ ἀγὼν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλ', ὅπως πόλιν δι' ὀλιγαρχίας ἐπιβουλεύουσαν ὀξέως φυλαξώμεθα.

ιβ'. 12. "Καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς, ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι· καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε [εἶναι] ἀναλοῦν, καὶ μὴ ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων τῶνδε, ἐπικουρίας δεομένων, οἷς τό τε ψεύσασθαι καλῶς, χρήσιμον, καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ, αὐτοὺς λόγους μόνον παρασχομένους, ἢ κατορθώσαντας, χάριν μὴ ἀξίαν εἰδέναι, ἢ πταίσαντάς που, τοὺς φίλους ξυναπολέσθαι. εἴτε τις, ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς, παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε, καὶ νεώτερος ὢν [ἔτι] ἐς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν, καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς· μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε, τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι. νομίσατε δὲ, τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, διὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν· καὶ

sationem cogitare. Ita *prœlia, pugnas, meditari* tauri dicuntur poëtis.

Ἀγὼν] Scil. ἐστί· sed metonymice, quia suggeritur, *siquidem sapimus;* sign. ergo, esse, *videri, debet;* putemus, non de Sicilia nos certare, sed, rel.

Ἐπιβ. ὀξ. φυλ.] Omisi comma; liberum cuique facturus, post ἐπιβουλ. an post ὀξέως ponere ipse mallet. Recte enim utrumque dicatur; ad φυλάξασθαι tamen relatum ὀξέως malim; languet enim et molestius hæret (*es schleppt,*) ad ἐπιβ. relatum. Quare cum Heilm. facio: ut tamen neque alterum improbem; cum præsertim ὀξέως sit, *acriter, strenue,* impigre; ita utrilibet congruerit.

Λόγ. παρασχ.] Dictum, ut 5. 89. Gottl. Verba ibi sunt: λόγων μῆκος ἄπιστον παρέξομεν. Dissimilia sunt hæc: ibi enim sign. *longam* disputationem texere, hic, verba pro rebus et *promissa* vana afferre; nisi quod et ibi add. ἄπιστον. *Vera* tamen ibi per se erant, quæ prolixe jactare possent Athen. et *alia* deinde oratione utuntur; ut *verbis* verba opponantur; at hic rebus. Ceterum ad h. v. adscr. idem Gottl. " de luxu Alcibiadis vide Athen. 12. (p.) 534." (voluit notare haud dubie ad C. 12. init. et ad πολυτέλειαν. Sed. v. n. ad uv. διὰ δὲ τ. πολ.)

Εἴτε] Schol. Aristoph. Εἰ. 449. εἴτε, non, ut Gr. δὲ, et, ordine meliore, ἐκπλεῖν ὑμῖν, pro τὸ ἑαυτοῦ, male, τοῦτο. Idem agnoscit ἔτι, omisso τι, proque ἰδίᾳ exhibet, διὰ τὸ ἐλλαμπρύνασθαι, minus sincere. Wass.

Διὰ δὲ πολυτ.] Duo hic notaveris: 1) ἱπποτροφίαν illam et πολυτέλειαν Alcibiadis non ad *luxum* ejus referri, quem supra ex Athen. notavit Gottl. (frustra quidem, ad caussam;) sed ad *bellum,* ad rei militaris usum, cui equis præbendis, inclarescere gestiret; equos enim ut per se aleret, nec bello, neque, imperator ut legeretur, opus esset. (Abstinendum ergo mera lectionis copia effundenda, ubi caussam nil juvet, sed ultro obscuret!) 2) διὰ —— πολυτέλειαν pendere posse et a θαυμασθῇ, more Nostri variata structura, pro ἀπό· ubi tamen δὲ sit pro τε, non sane, hic quidem, ex usu linguæ, non subjecto verbo; dixeris enim Græce Σωκράτης, ὅ, τε Πλάτων, Socrates et Plato, at non, Σωκρ. ὁ δὲ Πλ. ubi non sequatur verbum priori responsurum; magis ergo ad ὠφεληθῇ, quo et Portus retulit, ut καὶ ὠφελ. sit *insuper, auch mohl noch darzu:* ut non suspiciatur modo, (θαυμασθῇ,) sed et juvetur, (ὠφελ.) equorum sumtu levato. Sed ita intelligenti comma delendum post πολυτέλειαν. Quid, si *utrumque* sensum junxisse voluit Thuc. tali interjectu, veluti bis intelligendo, et ad θαυμ. et ad ὠφελ. ?

Ἐμπαράσχ.] Sane pro simplici; non sine notione tamen *mollitiæ* et timoris, quam τῷ ἐν addere moneat verbum ἐνδοῦναι, nunquam fere illa carens.

Ἀπαρτήσ.] Schol. ad h. v. ita leg. in Aug. ἀπαρτηθέντες, (quod tamen a correct. refictum videtur ex ἀπαρτισθ.) ἀπελθόντες, καὶ, rel. Male, haud dubie h. l. ἀπαρτισθέντες, quod aliud longe notet.

Ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ] Quidam Codd. ἐξ ἧς οὐδὲ μηνῶν, positura insuaviore. Wass.

Χειμεριν.] Quibus scil. impeditior cursus, eoque longior. At æstate tamen brevior! Sed nimirum et hyemis ratio haberetur, ejusque vel maxime, quia perficere opus et redire per æstatem non possent, certe ita se parare deberent, ut hyematuri; unde tunc auxilia illis? Unde commeatus? Quos per æstatem tamen promtius ex agris ablatos.

Ἥν τινα] Potest etiam esse Neutr. Plur. *Gottleb.* Hic non crediderim, propter Verba, Neutri haud congrua. Magis notaveris, esse pro τινάς.

Καὶ πολὺ] Καὶ hic est, *utique,* præsertim, *ja recht weit, ganz besonders.* Ita et c. 24. init. ἀσφάλεια νῦν δὴ καὶ πολλὴ ἔσεσθαι.

Περιεῖναι] i. e. facere, ita rem instituere, ut multo plures habeamus naves. Effectus pro caussa.

Τ. δὲ κ. αὐτ. σῖτ.] Transposite, pro, καὶ τ. σῖτον δὲ αὐτ. Nam, ut posita sunt verba, debebat τῷ αὐτόθεν σίτῳ opponi *aliud* frumentum, quod *non* esset αὐτόθεν· quod non reddatur tamen. Partitionem affert καί· καὶ σῖτον, καὶ σιτοποιούς. Alioqui redundet καὶ prius. Neque ad σῖτον refertur αὐτόθεν, sed ad verbum ἄγειν, αὐτόθ. ἄγειν. Dictum, ut οἱ ἐκ τῆς Πύλου Λακεδαιμόνιοι συνέβησαν, i. e. οἱ ἐν τῇ Πύλῳ——συνέβησαν ἐξ αὐτῆς.

Σιτοποιοὺς] Sic III. 78. γυναῖκες σιτοποιοί. Infra Cap. 44. Et Theophrastus Charact. Cap. V. Τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν. Alia exempla ex Atticis Scriptoribus prostant in Lexicis. Thom. Magister tamen ἀρτοπόπος κάλλιον esse pronunciat. Sed Grammaticorum dictata non sunt oracula. Quid sit πρὸς μέρος, non satis adsequor. Valla vertit, *quorum pars,* molere cogatur. Acacius, pistoribus *aliis* coactis, *aliis* mercede conductis. Hæc mihi non magis satisfaciunt, quam interpretatio Porti, quod nusquam πρὸς μέρος ea significatione, qua illi hoc accipi putarunt, usurpatum invenio. Alibi, *pro rata parte, pro portione,* verti, video. An ergo hic quoque πρὸς μέρος erit, pro numero ac multitudine hominum, quos navibus imponemus? Videbunt alii. Stephanus aliquid adnotare voluerat ad interpretationem Vallæ: sed id non exstat. Duck.

Πρὸς μέρος] *Pro rata portione;* nempe τοῦ σίτου. Sed et *partim* verti potest. Ad σιτοπ. ἐκ. τ. μυλ. comparat Abresch. Suet. Calig. c. 39. *Comprehensa ad deportandum*

κασμένους ἐμμίσθους, ἵνα, ἤν που ὑπὸ ἀπλοίας ἀπολαμβανώμεθα, ἔχῃ ἡ στρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια. πολλὴ γὰρ οὖσα, οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι· τά τε ἄλλα, ὅσον δυνατὸν, ἑτοιμάσασθαι, καὶ μὴ ἐπὶ ἑτέροις γίγνεσθαι· μάλιστα δὲ χρήματα αὐτόθεν ὡς πλεῖστα ἔχειν. τὰ δὲ παρ᾽ Ἐγεσταίων, ἃ λέγεται ἐκεῖ ἕτοιμα, νομίσατε καὶ λόγῳ ἂν μάλιστα ἕτοιμα εἶναι.

κγ΄. 23. "Ἢν γὰρ αὐτοὶ ἔλθωμεν ἐνθένδε μὴ ἀντίπαλον μόνον παρασκευασάμενοι, πλήν γε πρὸς τὸ μάχιμον αὐτῶν τὸ ὁπλιτικὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι, μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα τῶν μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ καὶ διασῶσαι. πόλιν τε νομίσαι χρὴ ἐν ἀλλοφύλοις καὶ πολεμίοις

pistrinensia jumenta. Gottleb. Si πρὸς μέρος est, *pro rata parte*, nempe frumenti: primo non ita simpliciter dicitur μέρος· deinde quid sit, pro *parte* rata *frumenti?* *Quo* retuleris illam *partem*, ubi *summa* omnino et vis frumenti simpliciter memoretur? *Partim* si verteris: aliud profecto *partim* sequatur, oportet; quod non adsit tamen. *Reliquos* ergo qui ducerent, qui non essent mercede conducti inviti. Mihi vero ἄτοπον est manetque, *cogi mercede, für, urn Bezahlung zwingen*; hanc vero volentes caperent; Necdum video meliora probove, altata a me conjectura, excidisse πρὸς μέρος ante ἐμμίσθους. *partim* coactos, *zur Fröhne, partim* mercede conductos, voluntarios ergo. Quam simplex, et rei aptum! Quam facile omiserint repetere alterum πρ. μέρος!

Πολλὴ γ. οὖσα] Antiptosin effugisse hic nullo pacto detur, seu pro Accusat. acceperis cum Abr. ad ὑποδέξασθαι, seu, quod malim, ut mollius et frequentius, pro Genitt. simpliciter positis, ut in ὑποδέξ. intelligas, more Nostri, αὐτήν· quod ipsum supplenti ipse Nominat. retinuerit suam proprietatem, intellecto ὥστε, vel, οἵαν· multus cum sit exercitus, non erit cujusvis urbis, i. e. cuivis commodus, Germ. *teine Gache für ieden Ort* (ὥστε) ὑποδ. ut eum recipiat: ac si sit: πολλὴ οὖσα, οὐ δεκτὴ, οὐχ ὑποδεκτέα ἔσται πάσῃ τῇ πόλει· vel, τοιάδε, οἵαν, vel ὥστε, ὑποδ. Solet enim Noster Participiis cum alio casu subjicere verbum, cui alius casus suppleatur vel reddatur ex illo: ut 1. 6. ἐντυχόντες τῷ Ἱππίᾳ, ἀπέκτειναν, scil. αὐτόν· et quæ innumera talia jam notavimus passim.

Νομίσ—ἕτ.] Verba inde a νομίσ. ad ἕτοιμα abs. Msqu. more librariorum, quia infra repetitur ἕτ. εἶναι· eo ad alterum delapsus, interjecta post ἕτοιμα omisit.

Καὶ λόγῳ] Καὶ hic est *sane*, forte, *ja wohl etwa, frenlich*, nimirum.

Πλήν γε πρ. τὸ μάχ.] Obscure vero insertum hoc πλήν γε, vehementer turbat; nisi vertere detur, *certe*, γοῦν, *saltem, duntaxat*; tum quidem commodum satis processerit. Quod si (vel maxime) ipsi (i. e. soli) eo venerimus, (male Interpr. *discedamus,*) non modo pari apparatu, (ἀντίπαλον pro Adverb. ἀντιπάλως, vel ὥστε εἶναι ἀντίπαλοι,) saltem adversus gravis armaturæ copias, verum etiam omni alio apparatu superiores; rel. Scholiastæ non multum offecisse videtur illud πλὴν, verborum, opinor, securiori, quam sententiæ; quam quidem, commode satis ab eo expeditam, sequenti ac retinenti, sensus ac structura talis emerserit: quod si non eo modo apparatu illuc abierimus, qui per omnia, præterquam gravi armaturæ, par sit hostibus, *non solide* ergo par; verum etiam eo paratu, quo *per omnia* illos antecellamus; rel. Ita sensus constiterit suus τῷ πλήν γε. Eo tamen redierit res, infirmioremne dicat Nicias Atheniensium gravem armaturam Sicula, an potiorem? Si illud: sensus fuerit per breviloquentiam: quod si eo venerimus non pari modo apparatu, (quo scil. valeamus,) nisi (qui tamen non par sit) gravi illorum armaturæ, verum multo majori, rel. Sin hoc; ita fere expediveris: quod si ita parati illuc venerimus, ut non pares modo simus, gravi *certe*, (tum, ut dixi, hoc significet πλήν γε,) illorum armaturæ, sed et, rel.

Τὰ δὲ καὶ διασ.] Aut redundat καὶ, quod solet in distributione, aut sign. *vel*, saltem, *auch nur, za auch nur wenigstens.*

Πόλιν τε νομ.] Primo τε est pro δὲ, i. e. ἀλλά· deinde verteris: *Sic vero, nunc* vero, *sed* nimirum; *so aber müsset ihr euch vorstellen, als ob ihr*, rel. Msqu. addit καὶ post

οἰκειοῦντας ἰέναι, οὓς, πρέπει, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν κατάσχωσιν, εὐθὺς κρατεῖν τῆς γῆς· ἢ εἰδέναι, ὅτι, ἢν σφάλωνται, πάντα πολέμια ἕξουσιν. ὅπερ ἐγὼ φοβούμενος, καὶ εἰδὼς, πολλὰ μὲν ἡμᾶς δέον εὖ βουλεύσασθαι, ἔτι δὲ πλείω εὐτυχῆσαι, (χαλεπὸν δὲ, ἀνθρώπους ὄντας,) ὁτιελάχιστα τῇ τύχῃ παραδοὺς ἐμαυτὸν βούλομαι ἐκπλεῖν, παρασκευῇ δὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἀσφαλὴς ἐκπλεῦσαι. ταῦτα γὰρ τῇ τε ξυμπάσῃ πόλει βεβαιότατα ἡγοῦμαι, καὶ ἡμῖν τοῖς στρατευσομένοις σωτήρια. εἰ δέ τῳ ἄλλως δοκεῖ, παρίημι αὐτῷ τὴν ἀρχήν."

κδ΄. 24. Ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα εἶπε, νομίζων, τοὺς Ἀθηναίους τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ἢ ἀποτρέψειν, ἢ, εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι. οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς, πολὺ δὲ μᾶλλον ὥρμηντο. καὶ τοὐναντίον περιέστη αὐτῷ· εὖ τε γὰρ παραινέσαι ἔδοξε, καὶ ἀσφάλεια νῦν δὴ καὶ πολλὴ ἔσεσθαι. καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις, ὡς ἢ

χρὴ, egregio vero sensu: putare vos oportet, vos ire *urbem* condituros, καὶ (ταύτην, vel τοῦτο,) *eamque* (*und zwar*) in alieno agro: ut duo meminisse jubeat Nicias: 1) quasi urbem condituros ire, *movam*, molitionis magnæ, omnibus instruendam rebus; 2) in *alieno* solo, non ipsorum juris, in hostico, nulla ibi re juvandos, sed omnibus carituros, nisi per se ac suis viribus sustinuerint ibi se ac constituerint.

Οὓς πρέπει.] Commate interpunxi post οὓς, quia non pendet a πρέπει, cui Dativus addatur, sed ad κρατεῖν refertur; οὓς κρατεῖν, qui *ut* teneant, *opus sit*. Ita verterim h. l. πρέπει, ut sit pro δεῖ, χρή· ac forte scribere *poterat* Thuc. οὕσπερ δεῖ· ne dicam, *scripsisse* vel dedisse potest; certe illud hic notat πρέπει, ubi non *decoris* ratio habeatur, sed necessitatis plane: sane tamen et decori, ubi *turpe* futurum sit, tantum molitos, abigi re infecta. At tali conditione *salus* ipsa laboraret.

Ἀνθρώπους ὄντ.] Opponitur τῷ θεῷ, et ἀθανασίᾳ. *Gottleb.* (ex Abr.) At ubi hæc memorantur h. l. Aut ἀθανασίας quæ ratio hic? Aptius notaret, ἀνθρ. ὄντας esse pro ἀνθρώποις οὖσιν, ad χαλεπόν.

Ἀπὸ τῶν εἰκότ.] Refer ad ἀσφαλὴς, pro εἰκότως, *recte* securus, non temere, qs. *ex credibili* tutus, quantum per apparatum, conjici sperarique possit, *nach Möglichkeit, nach aller menschlichen Wahrscheinlichkeit, mit Grunde.*

Τῷ πλήθει] Aut Dilogiam habet hicce Dat. (immo Ablat.) ut, ad ἀποτρέψειν, sit, quod solet *magnitudine, per* magnitudinem, ad ἐκπλεῦσαι, notet aut, σὺν τῷ πλήθει, aut διὰ τὸ πλῆθος· utrumque ex usu linguæ; et Nostri; *Dilogiam* dico; alioqui *Syllepsis* fuerit; aut *trajecta* intellige verba, id quoque ex more Nostri; ac si sit: νομίζων, ἢ ἀποτρ. τ. Ἀθ. τῷ πλ.—ἢ—ἀσφαλῶς ἐκπλ. nempe, ut τῷ πλήθει referatur tantum ad ἀποτρέψειν.

Τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν—παρασκευῆς] Dionys. Halic. p. 134. τὸ μὲν βουλόμενον, librariorum incuria, vel memoriæ defectu, legit. Wass. Omittit etiam τοῦ πλοῦ, et pro ἐξῃρέθησαν habet ἀφῃρέθησαν. Duck. Primo τὸ ἐπιθυμοῦν est pro, τὴν ἐπιθυμίαν, more Nostri; deinde Hypallage est, ἐξῃρ. τὸ ἐπιθ. pro, ἐξῃρέθη αὐτοῖς (vel αὐτῶν,) ἡ ἐπιθυμία· notior ista et frequentior in ἀφαιρεῖν et περιαιρεῖν, eorumque analogiæ scilicet data.

Ὀχλώδους] Vertitur, *difficultas*; malim, a) *festinatio* tumultuaria, b) perturbatio impedita; *trepidatio* denique quod utrumque complectatur.

Περιέστη] Schol. abest Aug. quo et facile carueris; utilius explicaturo ipsum voc. per συνέβη.

Παραινέσαι] Nempe *instruenda* expeditione, non antea de non suscipienda.

Καὶ πολλὴ] *Vel* summa, *nun erst recht.*

καταστρεψομένοις, ἐφ᾽ ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν· τοῖς δ᾽ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι· ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος, καὶ στρατιώτης, ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν, καὶ προσκτήσασθαι δύναμιν, ὅθεν ἀΐδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν. ὥστε, διὰ τὴν ἄγαν τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαν, εἴτῳ ἄρα καὶ μὴ ἤρεσκε, δεδιὼς, μὴ, ἀντιχειροτονῶν, κακόνους δόξειεν εἶναι τῇ πόλει, ἡσυχίαν ἦγε.

κέ. 25. Καὶ τέλος παρελθών τις τῶν Ἀθηναίων καὶ παρακαλέσας τὸν Νικίαν, οὐκ ἔφη χρῆναι προφασίζεσθαι, οὐδὲ διαμέλλειν, ἀλλ᾽ ἐναντίον ἁπάντων ἤδη λέγειν, ἥν τινα αὐτῷ παρασκευὴν Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται. ὁ δὲ, ἄκων μὲν, εἶπεν· ὅτι καὶ μετὰ τῶν ξυναρχόντων καθ᾽ ἡσυχίαν μᾶλλον βουλεύ-

Ἐφ᾽ ἃ ἔπλεον] i. e. ἔμελλον πλεῖν. *Gottleb.* Frequentissima vero permutatio, vel Grammatica, Præs. pro Fut. ut Minerva apud Homerum: τόνδε φέρω Διῒ μῦθον· aut Logica, vel Rhetorica, conatus et voluntatis pro re; præsertim, ut hic, tam fixa et prope imminente.

Ἐν τῇ ἡλικ.] Emphasin hic habet ἡλικία, *juvenilem* ætatem et militarem proprie notatura.

Τ. τε ἀπούσ.] *Peregrinæ* terræ. *Gottleb.* Immo, *longinquæ*, subintell. πολὺ, remotæ; vel ignotæ, nondum visæ. Per Hypall. olim explicabam, ἀπούσης ὄψεως, spectandæ *rei* longinquæ et incognitæ; comparato Rom. 8. 24. ἐλπὶς βλεπομένη, i. e. ἐλπ. πράγματος βλεπομένου, spes rei præsentis, certæ. Vix tamen opus, intelligenti γῆς, χώρας, ut Genit. pendeat alter ab altero, ἀπούσης ab ὄψεως. Sed et illud tenueris.

Εὐέλπιδ. ὄντ.] Pro εὐέλπισιν οὖσιν, ad ἐνέπεσε. Recte tamen dici illum Dat. recte negat Abr. Sunt Nominativi simpliciter positi; aut, immemor Thuc. quî cœpisset, alium casum reddidit; quasi scripsisset, ἔρωτι ἐλήφθησαν οἱ πρεσβ. — οἱ δ᾽ ἐν ἡλικ. Simillimus locus Act. 15. 22. 23. ἔδοξε τοῖς — γράψαντες, pro γράψασι. V. Phil. Thuc. P. p. 18. 19. Sed alia asperitas fugit Intt. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις· quid illi γὰρ suggeritur? Aut redundat, aut sign. *nempe*, repetito, ἔρως ἐνέπεσεν, aut per anacoluthon verbum omissum, cui aptum γὰρ vellet Thuc. Duplex ergo Anacoluthon, et in γὰρ, et in Nominat. εὐέλπιδες. Tertium pæne addiderim: οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγ. δύναμιν, sc. ἐπανελθεῖν, aut tale quid; sed nimirum est pro σφαλῆναι. Quot aspera uno loco! Quid, quod jam antea suggerit Nominat. ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης, cum incepisset, τοῖς πρεσβυτέροις, et perrexisset, τοῖς ἐν ἡλικίᾳ;

Προσκτήσασθαι] Aoristum futuro jungi, subinde occurrit. *Gottl.* Hic tamen, inter duo futura, et variantibus Libris, pæne prætulerim προσκτήσεσθαι. Ceterum pendet, cum reliquis Infinitivis, cum οἴσειν certe, ab εὐέλπιδες ὄντες· quod repetiveris in ὅμιλος et στρατιώτης.

Ἄκων] Cur *invitus* autem, cum, *malle* sese, ostenderet, extra concionem cum collegis consultare, et ita invidiam subterfugeret magis, aut idem probantibus reliquis, augentibus forte etiam, aut, si minus poscerent, ipsum culpa liberaturis, qui plura petisset, quibus remissis infelicius res cessisset? Nempe aut corruptum est voc. ἄκων, f. ex ἀπὼν, tali ordine ac sensu: ὁ δὲ εἶπεν, Nicias dixit, ὅτι μᾶλλον μὲν κ. ἡσ. βουλ. se otiosius consultaturum, ἀπὼν (μὲν) καὶ μετὰ τ. ξυναρχ. absentem, (nempe ex concione, dimissum, non coram omnibus, sed domi,) cum collegis, (ita ἀπὼν haud retuleris ad εἶπεν, verum ad βουλεύσοιτο· aut *invitus* dixit, vel, quod exsolvi omnino mallet ac supersedere tanti discriminis et invidiæ negotio, immo ipsos Athenienses illo abstinere; vel, quod cogi sibi videretur ista provocatione et percunctatione hominis, remittere aliquid ex sua postulatione. Nec tamen invitus dixit, quæ diceret, ut temporis usuram latura, nec multum dissimilia illis, quæ jam dixisset; ut, si vera sit lectio ἄκων, notet hic, simpliciter positum, ἀχθεσθεὶς, vel, quod Homerus amat, μέγ᾽ ὀχθήσας, *conturbatus*, cunctabundus, *unwillig, mit Berlegenheit.* At ita non ponitur ἄκων, et plane displicet. Cete-

σοιτο· ὅσα μέντοι ἤδη δοκεῖν αὐτῷ, τριήρεσι μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑκατὸν πλευστέα εἶναι. αὐτῶν δ' Ἀθηναίων ἔσεσθαι ὁπλιταγωγοὺς ὅσαι ἂν δοκῶσι, καὶ ἄλλας ἐκ τῶν ξυμμάχων μεταπεμπτέας εἶναι. ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, πεντακισχιλίων μὲν οὐκ ἐλάσσοσιν, ἢν δέ τι δύνωνται, καὶ πλείοσι. τὴν δὲ ἄλλην παρασκευὴν ὡς κατὰ λόγον, καὶ τοξοτῶν τῶν αὐτόθεν, καὶ ἐκ Κρήτης, καὶ σφενδονητῶν, καὶ ἤν τι ἄλλο πρέπον δοκῇ εἶναι, ἑτοιμασάμενοι ἄξειν.

κστ'. 26. Ἀκούσαντες δ' οἱ Ἀθηναῖοι, ἐψηφίσαντο εὐθὺς, αὐτοκράτορας εἶναι, καὶ περὶ στρατιᾶς πλήθους καὶ περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τοὺς στρατηγοὺς πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι Ἀθηναίοις. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ παρασκευὴ ἐγίγνετο· καὶ ἔς τε τοὺς ξυμμάχους ἔπεμπον, καὶ αὐτόθεν καταλόγους ἐποιοῦντο. ἄρτι δ' ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου καὶ τοῦ ξυνεχοῦς πολέμου, ἔς τε ἡλικίας πλῆθος ἐπιγεγενημένης, καὶ ἐς χρημάτων ἄθροισιν, διὰ τὴν ἐκεχειρίαν. ὥστε ῥᾷον πάντα ἐπορίζετο. καὶ οἱ μὲν ἐν παρασκευῇ ἦσαν.

κζ'. 27. Ἐν δὲ τούτῳ, ὅσοι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων, (εἰσὶ δὲ, κατὰ τὸ ἐπιχώριον, ἡ τετράγωνος ἐργασία, πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις, καὶ ἐν ἱεροῖς·) μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα. καὶ τοὺς δρά-

rum in hac lect. καὶ ante μετὰ, ut supra, est, *sane*, (*wohl.*)

Ὅσα — δοκεῖν] Obliqua oratio est, suspensa ab εἶπεν, ut supra paullo, C. 24. extr. ὅθεν — ὑπάρξειν· nec verteretur Porto : *quantum — poterat*, sed, qu. *posset*. Neque enim Thucydidis verba sunt, sed Niciæ, loqui pergentis.

Ἢν δέ τι] Abr. malit, ἢν δ' ἔτι. Nihil opus. Redundat τὶ Græce ; Latine quoque : si *qua re* possent, int. κατά. Formula enim, quam affert, εἴ τι δύνασαι, huc nihil facit.

Ἡ τετράγωνος ἐργασία] Themistius Orat. XXVI. pag. 316. Πρὸ μὲν Δαιδάλου τετράγωνος ἦν οὐ μόνον ἡ τῶν Ἑρμῶν ἐργασία, ἀλλὰ καὶ τῶν λοίπων ἀνδριάντων. Vid. ibi *Petavium*, et *Menagium* ad hæc *Diogenis Laërt.* V. 82. Ἰδοῦ τετράγωνος Ἑρμῆς, ἔχων σύρμα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα. Ἐργασία, et ἐργάσασθαι θεὸν apud Pollucem I. 11. et 15. sunt inter vocabula propria de his, qui statuas Deorum faciunt. Cur in προθύροις ædium positi fuerint, exponit Heraldus II. Adversar. I. Duck.

Incommode vero insertum maxime per artic. ἡ, quo sublato, mollius processerit, aut trajecto etiam, ceu per Parenthesin : τετράγ. (sc. ἐστὶν) ἡ ἐργασ. Alioquin habuerim pro emblemate legentis olim Thuc. et aliunde notantis.

Περιεκόπησαν τὰ πρόσ.] Adde ex historia καὶ τὰ αἰδοῖα, ad quod alludit Aristoph. in Lysistr. 1095.

Εἰ σωφρονεῖτε, θοἰμάτια λήψεσθ', ὅπως
Τῶν ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Erant enim Mercurii illa simulacra subturpia, ὀρθὸν αἰδοῖον ἔχοντα ἐπὶ τοῦ βάθρου. Vide Ciceronem de natura Deorum, l. 3. vide et Herodotum, l. 2. Sect. 51. *Palmerius* in Exercitation. p. 53. Huds. Diodorus Sicul. Lib. XIII. pag. 332. nihil aliud, quam, τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναι, dicit. Plutarch. in Alcib. itidem, ut Thucydides, τὰ πρόσωπα περικοπῆναι. De αἰδοίοις, ex Historicis, quod sciam, non constat. Sed e Pausania Grammatico apud Scholiasten, et ex Aristoph. Lysistr. intelligitur. Duck.

σαντας ᾔδει οὐδείς· ἀλλὰ μεγάλοις μηνύτροις δημοσίᾳ οὗτοί τε ἐζητοῦντο, καὶ προσέτι ἐψηφίσαντο, καὶ εἴτις ἄλλο τι οἶδεν ἀσέβημα γεγενημένον, μηνύειν ἀδεῶς τὸν βουλόμενον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων καὶ δούλων. καὶ τὸ πρᾶγμα μειζόνως ἐλάμβανον. τοῦ τε γὰρ ἔκπλου οἰωνὸς ἐδόκει εἶναι, καὶ ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων καὶ δήμου καταλύσεως γεγενῆσθαι.

κή. 28. Μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων, περὶ μὲν τῶν Ἑρμῶν, οὐδὲν, ἄλλων δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι, καὶ, τὰ μυστήρια ἅμα ὡς ποιῆται ἐν οἰκίαις ἐφ᾽ ὕβρει. ὧν καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπῃτιῶντο, καὶ αὐτὰ ὑπολαμβάνοντες οἱ μάλιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἀχθόμενοι, ἐμποδὼν ὄντι σφίσιν αὐτοῖς μὴ τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι, καὶ νομίσαντες, εἰ αὐτὸν ἐξελάσειαν, πρῶτοι ἂν εἶναι, ἐμεγάλυνον, καὶ ἐβόων, ὡς ἐπὶ δήμου καταλύσει τά τε μυστικὰ καὶ ἡ τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ γένοιτο· καὶ οὐδὲν εἴη αὐτῶν, ὅ, τι οὐ μετ᾽ ἐκείνου

Μεγάλοις—ἐζητοῦντο] Thom. Magister in μήνυτρα. Wass. Add. Pollucem VI. 187. Duck. Brevitatem nota, vel Ablat. quærebantur *ita, ut* præmia *simul* proponerentur; præmiis *propositis*. Deest ἐπὶ, quod addi solet hoc sensu.

Οἶδεν] Non congruit huic structuræ Indicat. Præter. debebat, εἰδείη, ᾔδει certe, aut εἶδεν, quod est in Var. L.

Μειζόνως] i. e. gravius *justo*, indignius, quam pro re: ut quæ juvenilis forte, immo haud dubie, petulantia esset. Non bene vertitur: *hoc autem facinus atrocius esse existimabant*; tanquam a *reliquis* distinguatur *hoc* factum, ubi de *omnibus* proxime sermo sit; et vero debebat, *hoc* si vellet, τοῦτο δὲ τὸ πρᾶγμα. Immo πρᾶγμα hic sign. rem totam, omnem, universam: *Gie nahmen die Gache hoch auf.*

Ἐπὶ ξυνωμοσ.——γεν.] Obs. 1) Dilogiam ἐπὶ, quod, in ξυνωμοσίᾳ, sign. *per* conjurationem, ex conjuratione, *zufolge*; in καταλύσει notet *ad*, consilium, pro ἐπί· 2) Genitivi usum, ξυνωμοσ. νεωτέρ. πραγμ. conjurationem *ad* res novas. V. usum Genit. in Philol. Thuc. P. p. 36. (lit. δ.) sequ. 3) ipsa νώτερα πράγματα, non frequenter adeo sic dicta; νεωτερισμὸς in usu magis. 4) δήμου pro δημοκρατίας.

Ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων περὶ μὲν τῶν Ἑρμῶν οὐδὲν] Plutarchus in Alcib. scribit, ante profectionem Alcibiadis etiam de mutilatis Hermis indicium delatum fuisse. Andocides, loco a Cl. Wasse indicato, primum ab Alcibiadis et Phereclei servis de mysteriorum imitatione, deinde a Teucro inquilino de Hermis truncatis, et sacris pollutis, ac denique a Dioclide de Hermis indicium factum. Horum igitur indicia, secundum Thucydidem, posteriora fuerunt discessu Alcibiadis in Siciliam. Servos illos ἀκολούθους vocat Thucydides, i. e. pedissequos, qui, dominos sectati, testes et fortassis adjutores eorum petulantiæ ac lasciviæ fuerant. Nam ἀκόλουθοι proprie dicuntur servi, qui dominos sectantur. Vid. Casaub. et Duport. ad Theophrasti Charact. C. XI. Duport. ibid. ad Cap. IX. et Periz. ad Ælian. XIV. V. H. 14. Gloss. ἀκόλουθος, secutor, pedissequus. Duck.

Μετὰ παιδιᾶς κ. οἴνου] Rursus dilogia est in μετὰ, ad παιδιᾶς notante, *per* lusum, ad οἴνου, *ex* vino, *post* potum; aut οἶνος hic est *temulentia*, οἰνοποσία, οἰνοφλυγία, ut sit, *per* temulentiam, *aus Zrunfenheit, im Rausche.*

Ὡς ποιῆται] Manifesto legendum ποιεῖται.

Ἐπῃτιῶντο] Accusatorum nomina prodit apud Plutarchum p. 201. Phrynichus: παράσχης διαβολὴν Ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ· dein, Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι Μήνυτρα δοῦναι, τῷ παλαμναίῳ ξένῳ. ubi legend. προσήκειν. Adde huc sis Andocidem I. p. 175. Ursini imag. II. 13. Apud Euripidem Ion. 186. Phœbum, non Mercurium tantum, fuisse platearum dominum probare satagit Barnesius.

ἐπράχθη· ἐπιλέγοντες τεκμήρια, τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἐς τὰ ἐπιτηδεύματα οὐ δημοτικὴν παρανομίαν.

κθʹ. 29. Ὁ δὲ ἔν τε τῷ παρόντι πρὸς τὰ μηνύματα ἀπελογεῖτο, καὶ ἕτοιμος ἦν, πρὶν ἐκπλεῖν, κρίνεσθαι, εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν. (ἤδη γὰρ καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἐπεπόριστο·) καὶ, εἰ μὲν τούτων τὶ εἴργαστο, δίκην δοῦναι· εἰ δ' ἀπολυθείη, ἄρχειν. καὶ ἐπεμαρτύρετο, μὴ ἀπόντος περὶ αὐτοῦ διαβολὰς ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἤδη ἀποκτείνειν, εἰ ἀδικεῖ· καὶ, ὅτι σωφρονέστερον εἴη, μὴ μετὰ τοιαύτης αἰτίας, πρὶν διαγνῶσι, πέμπειν αὐτὸν ἐπὶ τοσούτῳ στρατεύματι. οἱ δ' ἐχθροὶ, δεδιότες, τό, τε στράτευμα μὴ εὔνουν ἔχῃ, ἢν ἤδη ἀγωνίζηται, ὅ, τε δῆμος μὴ μαλακίζηται, θεραπεύων, ὅτι δι' ἐκεῖνον οἵ τ' Ἀργεῖοι ξυνεστράτευον καὶ τῶν Μαντινέων τινὲς, ἀπέτρεπον καὶ ἀπέσπευδον, ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον, νῦν μὲν πλεῖν αὐτὸν, καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀναγωγὴν, ἐλθόντα δὲ, κρίνεσθαι ἐν ἡμέραις ῥηταῖς· βουλόμενοι ἐκ μείζονος διαβολῆς, ἣν ἔμελλον ῥᾷον αὐτοῦ ἀπόντος ποριεῖν, μετάπεμπτον κομισθέντα αὐτὸν ἀγωνίσασθαι. καὶ ἔδοξε, πλεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην.

At versum, quem adducit ex Phœniss. ita censeo distinguendum: Καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ, Αγυιεῦ, καὶ μέλαθρα. χαίρετε. Wass.

Ἐπεμαρτύρετο] Dilogia et hæc est: ad Infinitt. subjectos notat, *obsecrabat*, obtestatus est: Ebraismo affine, ex הֵעִיד; ut Act. 2. 40. διεμαρτύρετο est Synonymum, aut affine et conjunctum, τῷ παρεκάλει· ad ὅτι σωφρ. sign. *affirmabat*, demonstrabat, *stellte* (*ihnen*) *vor*.

Μὴ εὔνουν ἔχῃ] Scholiastes legit, ὡς οὐκ εὔνουν αὐτοῖς. Wass. Vel, μὴ οὐκ εὔνουν ἔχωσι. Sed nusquam vestigium ullum variantis scripturæ inveni. Plutarchus Alcib. Αἰσθόμενοι δὲ (οἱ περὶ τὸν Ἀλκιβιάδην) τούς τε ναύτας, ὅσοι πλεῖν ἔμελλον εἰς Σικελίαν, εὔνους ὄντας αὐτοῖς. Duck.

Ὅ τε δῆμος μὴ μαλακίζηται] Plutarchus: Ὥστε τοὺς ἐχθροὺς φοβεῖσθαι, μὴ περὶ τὴν κρίσιν ὁ δῆμος ἀμβλύτερος αὐτῷ γένηται διὰ τὴν χρείαν. Eadem, qua hic, significatione verbo μαλακίζεσθαι utitur Thucydides III. 40. ubi vid. Schol. Duck. Aristoph. Pluto: μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν· ubi tamen sign. *segne*, timidum; hic, *parcere*; non sine *timore* tamen obnoxio, propter vim Alcibiadis.

Θεραπεύων] Intellexeris αὐτὸν, *colens illum*, observans. Ego tamen conjunxerim cum ὅτι· θεραπ. ὅτι δι' ἐκ. —— συνεστράτευον· *magni* (hoc) *faciens*, observans, reputans, gratum habens.

Ἀπέσπ.] Male vert. *deterrebant*; neque enim dixeris, σπεύδειν τινὰ, qs. pro *instigare*; immo sign. *properabant*, i. e. studebant, ἐσπούδαζον, rem (interim) *avertere*, abolere, impedire, *niederzuschlagen*, *suspendere* certe.

Ἔλεγον] i. e. ἐκέλευον, *suadebant*, εἰσήνεγκαν. πλεῖν verteris: liceret illum nunc exire. Ita c. 30. init. εἴρητο est, imperatum erat, jussum erat; et alibi: τά τε ἔξω, ἔλεγον αὐτοῖς, μὴ ἀδικεῖν.

Μὴ κατασχ.] Ad Alcibiadem sane retuleris: ne, in judicium adductus, moram injiceret navigandi. Ipse sane rem non moraretur; sed, qui reum illum facerent; materia tamen illa erat, de qua, ut efficiente caussa, loqui soleant Scriptores, nota sane Metonymia et frequenti, (v. Philol. Thuc. P. p. 238. et Gloss. de Activo; qua et Liv. aliquo loco: *Complorati omnes, vivi pariter mortuique, urbem lamentis implevere*, i. e. occasionem dedere, ut urbs — impleretur. Sed Thucydideæ varietati consonum magis, in κατασχεῖν intelligi αὐτοὺς, Athenienses: neve ipsi morarentur navigationem. καὶ etiam intellexeris pro ὥστε· *ut ne* morarentur expeditionem. Ita καὶ μὴ et μηδὲ adhibitum, jam supra notavi, 1 Tim. 5. 16. 22.

λ΄. 30. Μετὰ δὲ ταῦτα, θέρους μεσοῦντος ἤδη, ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο ἐς τὴν Σικελίαν. τῶν μὲν οὖν ξυμμάχων τοῖς πλείστοις, καὶ ταῖς σιταγωγοῖς ὁλκάσι, καὶ τοῖς πλοίοις, καὶ ὅση ἄλλη παρασκευὴ ξυνείπετο, πρότερον εἴρητο ἐς Κέρκυραν ξυλλέγεσθαι, ὡς ἐκεῖθεν ἀθρόοις ἐπὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν. αὐτοὶ δ᾽ Ἀθηναῖοι, καὶ εἴ τινες τῶν ξυμμάχων παρῆσαν, ἐς τὸν Πειραιᾶ καταβάντες, ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ ἐπλήρουν τὰς ναῦς, ὡς ἀναξόμενοι. ξυγκατέβη δὲ καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἅπας, ὡς εἰπεῖν, ὁ ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀστῶν καὶ ξένων· οἱ μὲν ἐπιχώριοι, τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἕκαστοι προπέμποντες, οἱ μὲν, ἑταίρους, οἱ δὲ, ξυγγενεῖς, οἱ δὲ, υἱεῖς· καὶ μετ᾽ ἐλπίδος τε ἅμα ἰόντες καὶ ὀλοφυρμῶν, τὰ μὲν ὡς κτήσοιντο, τοὺς δ᾽ εἴ ποτε ὄψοιντο· ἐνθυμούμενοι, ὅσον πλοῦν ἐκ τῆς σφετέρας ἀπεστέλλοντο.

λα΄. 31. Καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν, μᾶλλον αὐτοὺς ἐσῄει τὰ δεινὰ, ἢ ὅτε ἐψηφίζοντο πλεῖν. ὅμως δὲ τῇ παρούσῃ ῥώμῃ, διὰ τὸ πλῆθος ἑκάστων, ὧν ἑώρων, τῇ ὄψει ἀνεθάρσουν. οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ ἄλλος ὄχλος κατὰ θέαν ἧκεν, ὡς ἐπὶ ἀξιόχρεων καὶ ἄπιστον διάνοιαν. παρασκευὴ γὰρ αὕτη πρώτη ἐκπλεύσασα μιᾶς πόλεως δυνάμει Ἑλληνικῇ, πολυτελεστάτη δὴ καὶ εὐπρε-

Τοῖς πλοίοις] Scholiastes μικροῖς, quæ alibi λεπτὰ dixit. Vid. ad IV. 116. Duck.

Ἐπὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν] Thucydides infra Cap. 33. rursus sine articulo, ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν. Cap. 44. πρός τε ἄκραν Ἰαπυγίαν. VII. 33. ἐπ᾽ ἄκραν Ἰαπυγίαν. Dionysius Halic. quoque I. 11. ὑπὲρ ἄκρας Ἰαπυγίας, et ibid. Cap. 51. πρὸς ἄκραν Ἰαπυγίαν. Scylax p. 26. μέχρι ἄκρας Ἰαπυγιας. Agathemerus Cap. III. ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας. Et Arrianus de Expedit. Alex. VII. 1. ἐς Σικελίαν τε καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν. Itaque et hic sequendi sunt libri scripti. Cl. Wasse etiam τὴν uncinulis incluserat, et mox, ubi in Stephani 2. et Porti Edd. legebatur, αὐτοὶ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, οἱ ex auctoritate Mss. et Vett. Edd. expunxerat. Duck. Abesse artic. τὴν potest, ut paullo post, αὐτοὶ δ᾽ Ἀθηναῖοι, et c. 31. ἐς Ποτίδαιαν, et supra, ἐς Κέρκυραν. Promiscue hoc sit in Nominibus propriis, qua urbium, ut Μυκῆναι 1. 10. init. C. 20. init. Ἀθηναίων γ. τὸ πλῆθος· ita, γλαῦκ᾽ ἐς Ἀθήνας, rel. qua hominum; quin et in Appellativis. V. Phil. Th. P. p. 16. 167.

Παρῆσαν, ἐς τὸν Πειραῖα καταβάντες, ἐν ἡμ.] Ita hæc distingui volebat Cl. Wasse. Antea perperam, παρῆσαν ἐς τὸν Πειραιᾶ, καταβάντες ἐς ἡμ. Posset etiam distinctio rejici post ῥητῇ, et scribi, ἐς τὸν Πειραιᾶ καταβάντες ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ, ἅμα ἕ. ἐ. τ. ν. Duck.

Ὀλοφυρμῶν] De Metone Astronomo ejusque præsagiis, et insania ficta, qua se ex militum catalogo expungeret, mira narrat Ælianus XIII. 12. Wass.

Τῇ ὄψει] Liberum sane, vel ita ordinasse: ἀνεθ. τῇ ὄψει ἑκ. ὧν ἑώρων, διὰ τὸ πλῆθος· vel sic: ἀνεθ. διὰ τὸ πλ. τῇ ὄψει ἑκ. ὧν ἑώρων. τῇ ὄψει est pro διὰ τὴν ὄψιν, aut ἀνεθάρσουν, more Nostri, Neutrum pro Passivo: *confirmabantur* adspectu.

Πολυτελεστ.] Si, εἰς ἐκ. τ. χρόνον est, *ad* illud tempus, i. e. *antea, exclusa* hac expeditione et ex illo tempore circumscripta: Superlat. est pro Comparativo; ut, 1. 1. μεγίστη τῶν πρὸ αὐτῆς, i. e. μείζων, *major* prioribus. *Computata* autem hac expeditione et comprehensa, constiterit vis sua superlat. *omnium* hucusque (*cum* ipsa,) sumtuosissima.

πεστάτη τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο. ἀριθμῷ δὲ νεῶν καὶ ὁπλιτῶν, καὶ ἡ ἐς Ἐπίδαυρον μετὰ Περικλέους, καὶ ἡ αὐτὴ ἐς Ποτίδαιαν μετὰ Ἅγνωνος, οὐκ ἐλάσσων ἦν. τετράκις γὰρ χίλιοι ὁπλῖται αὐτῶν Ἀθηναίων, καὶ τριακόσιοι ἱππεῖς, καὶ τριήρεις ἑκατὸν, καὶ Λεσβίων καὶ Χίων πεντήκοντα, καὶ ξύμμαχοι ἔτι πολλοὶ, ξυνέπλευσαν. ἀλλὰ ἐπί τε βραχεῖ πλῷ ὡρμήθησαν, καὶ παρασκευῇ φαύλῃ. οὗτος δὲ ὁ στόλος, ὡς χρόνιός τε ἐσόμενος, καὶ κατ' ἀμφότερα, οὗ ἂν δέῃ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα, ἐξαρτυθεὶς, τὸ μὲν ναυτικὸν μεγάλαις δαπάναις τῶν τε τριηράρχων καὶ τῆς πόλεως ἐκπονηθὲν, τοῦ μὲν δημοσίου δραχμὴν τῆς ἡμέρας τῷ ναύτῃ ἑκάστῳ διδόντος, καὶ ναῦς παρασχόντος κενὰς, ἑξήκοντα μὲν ταχείας, τεσσαράκοντα δὲ ὁπλιταγωγοὺς, καὶ ὑπηρεσίας ταύταις τὰς κρατίστας τῶν τριηράρχων, ἐπιφοράς τε, πρὸς τῷ ἐκ δημοσίου μισθῷ, διδόντων τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν καὶ ταῖς ὑπηρεσίαις, καὶ τἄλλα σημείοις καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένων, καὶ

Ἀλλ' ἐπί] Duplici, sensu accip. ἐπί· in πλῷ sign. *ob*, χάριν, ἕνεκα· (*consilium* denique, *Bestimmung*;) in παρασκευῇ notat σὺν, *cum*; (*modum*.) *Gottl.* (ex Abr.) Recte quidem; etsi in priori, πλῷ, *modum* notare possit, et παρασκευῇ simpliciter, sine præpositione, positum habere liceat.

Φαύλῃ] Tamen supra dixerat, οὐκ ἐλάσσων ἦν. Nempe ἀριθμῷ, hominum numero, qs. *quantitate*; at non *qualitate*, πολυτελείᾳ sumtibus, εὐπρεπείᾳ, decore, cultu, stipendio, viaticis. φαύλη hic est εὐτελὴς, *vilis*, neglectior.

Τριηράρχων] De trierarchis et trierarchiis apud Athenienses multa habent Petitus ad leges Attic. pag. 270. et Schefferus II. de Milit. Nav. 4. quædam etiam Casaubonus ad Theophr. Charact. Cap. XXII. Duck.

Ὑπηρεσίας] Has etiam memorat I. 143. Κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας, καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν πλείους καὶ ἀμείνους, ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς. Budæus apud Stephanum scribit: in Thucydide ὑπηρεσίας esse naves administras earum, quæ armatos portant, aut etiam servitia earum, sed Arrianum videri accipere pro remigibus. Naves ὑπηρετικὰς dicunt etiam Appianus et Xenophon ad Schefferum II. de Milit. Nav. 2. pag. 79. Diodorus Sicul. XIV. pag. 429. XX. 759. et 775. et Dio L. p. 438. Sed in his locis Thucydidis potius homines videntur designari, quam naves. Pro remigibus est in Arriano VI. 1. Αἱ δ' ὑπηρεσίαι αὐτῷ ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν ἐκ τῶν ξυνεπομένων τῇ στρατιᾷ Φοινίκων, καὶ Κυπρίων, καὶ Καρῶν, καὶ Αἰγυπτίων. Et ita hic accepit Acacius. Sed non recte Idem verba καὶ ὑπηρεσίας ταύταις τὰς κρατίστας a sequentibus avulsa cum superioribus jungit, quasi Respublica non solum naves, sed etiam remigium dederit. Nam hoc non patitur copula, τε, in his, ἐπιφοράς τε. Duck. ὑπειρεσίας malit D'Orvill. ad Charit. p. 102. *Gottleb.* Tamen et ὑπηρέτης est ab ἐρέσσω· et nos hodie, *die Artillerie ist gut bedient.* Et infra paullo ὑπηρεσίαις est qs. oppositum τ. θρανιτῶν, quorum ministri essent remiges, vel alii quoque ministri, *Unterbootsleute, Maaten.*

Ἐπιφοράς] Explicat Pollux III. 94. Ἐπιφορήματα pro τραγήματα Herodotus, unde Noster. Wass.

Τοῖς θρανίταις] Vide ad IV. 32. Duck.

Σημείοις] Sententiam Interpretum, qui hoc apud Scholiasten de picturis navium exponebat, confirmat Lucianus. Nam hic quoque in Navig. pag. 494. inter reliquum κόσμον navium recenset γραφάς. Sed potest etiam cogitari de παρασήμοις, et tutelis navium. Duck. De *pictura* nunquam dicitur. Intell. parasema et aplustria, Deorum tutelarium imagines, in puppi, et figuras, in prora, a quibus dicerentur, ut notum ex Virgil. Æn. 5. 116—123. et Ovidii versu in Tristib. — *Est mihi—tutela Minervæ Navis, et a picta Casside nomen habet.*

Χρησαμένων] Χρησομένων Basil. non male; *usuris*; necdum enim utebantur. Aut χρῆσθαι hic est, *assumere*, addere, *anbringen.*

ἐς τὰ μακρότατα προθυμηθέντος ἑνὸς ἑκάστου, ὅπως αὐτῷ τινι εὐπρεπείᾳ τε ἡ ναῦς μάλιστα προέξει, καὶ τῷ ταχυναυτεῖν. τὸ δὲ πεζὸν καταλόγοις τε χρηστοῖς ἐκκριθὲν, καὶ ὅπλων καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα σκευῶν μεγάλῃ σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους ἁμιλληθέν. ξυνέβη δὲ, πρός τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα ἔριν γενέσθαι, ᾧ τις ἕκαστος προσετάχθη, καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπίδειξιν μᾶλλον εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας, ἢ ἐπὶ πολεμίους παρασκευήν. εἰ γάρ τις ἐλογίσατο τήν τε τῆς πόλεως ἀνάλωσιν δημοσίαν, καὶ τῶν στρατευομένων τὴν ἰδίαν, τῆς μὲν πόλεως, ὅσα τε ἤδη προσετετελέκει, καὶ ἃ ἔχοντας τοὺς στρατηγοὺς ἀπέστελλε· τῶν δὲ ἰδιωτῶν, ἅ, τε περὶ τὸ σῶμά τις

Veniebat in mentem; *χρισαμένων*, *anstreichen*, inducentibus, linentibus. Sed damnavi; ut silere tamen nollem.

Ἐς τὰ μακρότ.] Retulerim ad προέξει. *longe* superaret, non ad προθυμηθέντος, ad quod diceret, ἐς τὰ μάλιστα.

Καταλ. τε χρηστ.] In Schol. dubium est. intelliganturne κατάλογοι *delectus* ipse, opus scribendorum militum, *Werbung*, an *indices* et commentarii, *Listen*, *Rollen?* His quidem magis congruerit ἀληθέσι, *veris*, i. e. ubi et omnis militaris ætas esset conscripta, neque utiles bello omissi, neque inutiles pro iis suggesti; quin et βεβασανισμ. *exploratis*, diligenter confectis, *genau*; pæne ut Indices magis, *Militairlisten*, videatur intellexisse. Tamen et delectus ipse possit esse *verus*, ut nemo utilis transmittatur, neu inutilis intrudatur; et multo magis dicatur *exploratus*. Et vero utrumque notet κατάλογος· Indices tamen magis; ut νεῶν κατάλογος, Homeri Lib. 2. Certe vocab. χρηστοῖς aptius fuerit Indicibus, quam delectibus. Hoc sensu Ablat. notaverit, *ex* Indicibus, κατὰ *secundum*, *ad* Indices probos, accuratos, fidos, *zuverlükig*. ἐκκριθὲν quoque faverit Indícum notioni vel commentariorum: *nach guten (brauchbaren) Listen ausgehoben.*

Ἁμιλληθὲν] Δι' ἁμίλλης παρασκευασθὲν expl. Abresch., probante Gottl. Non video, cum Medium sit ἁμιλλᾶσθαι, sicut ἀγωνίζεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι, quæ et ipsa huc conveniant, alterum maxime, quidni intelligas: qui inter se concertassent æmulatione ac studiis vincendi cultu et paratu.

Ξυνέβη] C. 11. confert Abr. δείξαντες τὴν δύναμιν ἀπελθεῖν. Alienum plane. Ibi sign. *exercitu* (eum ibi notat δύναμις) *admoto* mox redire, tentata expeditione, non perfecta. Quid simile huic loco, ubi de ἐπιδείξει, ostentatione, sermo sit? Compilantis verba hoc est, non illustrantis sensum.

Ἐς τ. ἄλλ. Ἑλλ.——εἰκασθ.] Ἐς hic est *apud*, vel pro Dativo, τοῖς Ἕλλησι εἰκασθῆναι autem sign. δοκεῖν, νομισθῆναι· aut, per Hypallagen, cum ἐπίδειξιν, est pro, ἐπιδείξει εἰκασθ. *assimulari*, comparari cum ostentatione. Hoc placet, non altero tamen adspernato.

Ἐξουσίας] Vix est, ut aliud notet, nisi περιουσίαν. Ac sic forte explices etiam 1. 38. ἐξουσίᾳ πλούτου· quod ego interpretatus, licentiam, quam largiantur illis divitiæ, nunc facile patiar, *abundantiam*, copiam divitiarum, intelligi. Apertius 4. 49. ἐνδεεστέρως, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν, parcius, quam pro *copia*.

Ὅσα τε ἤδη] Per appositionem additur ad παρασκευὴν, qs. intellecto, τοῦτ' ἔστι, vel, καὶ, quod ipsum tamen explicantis vim habeat, non jungentis.

Προσετετελέκει] Ita quidem omnes libri: sed tamen nonnihil suspectum est. Nam προστελεῖν nihil aliud esse potest, quam *ad* et *præter alia aliquid impendere*, aut *præstare*. Ignorant hoc verbum Lexica, sed habet Xenophon VII. Ἀναβάσ. p. 416. Εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προσετέλει. Sed id huic loco non optime convenit. Stephanus, Acacius, et eos sequutus Portus vertunt: quæ *ante erogaverat*. Hoc autem est προτελεῖν; quo verbo hac significatione uti Xenophontem VII. Ἀναβ. 421. Ἀναμνήσθητι δὲ καὶ σὺ, τί προτελέσας ἡμῖν συμμάχους ἡμᾶς ἔλαβες, ostendit Budæus in Commentar. Ling. Gr. pag. 627. Et rursus Xenophon in Lib. de Agesilao, pag. 654. Ὥστ' οὐδὲν προτελέσαντες οἱ φίλοι αὐτοῦ. Duck. Pro simplici, neglecto πρὸς, acceptum omnes Intt. curas eluserit. Quid enim *admonere*, *addiscere*, aut Græcum προσδεῖσθαι, προσαιτεῖν, plus notat simplici? Luc. 10. 35. ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, (simillimum huic προστελεῖν,) i. e. δαπανήσῃς. Quippe nildum erogaverat ibi deversitor.

καὶ τριήραρχος ἐς τὴν ναῦν ἀναλώκει, καὶ ὅσα ἔτι ἔμελλεν ἀναλώσειν· χωρὶς δ᾽, ἃ εἰκὸς ἦν, καὶ ἄνευ τοῦ ἐκ δημοσίου μισθοῦ, πάντα τινὰ παρασκευάσασθαι ἐφόδιον, ὡς ἐπὶ χρόνιον στρατείαν· καὶ ὅσα ἐπὶ μεταβολῇ τις ἢ στρατιώτης ἢ ἔμπορος ἔχων ἔπλει· πολλὰ ἂν τάλαντα εὑρέθη ἐκ τῆς πόλεως τὰ πάντα ἐξαγόμενα. καὶ ὁ στόλος οὐχ ἧσσον τόλμης τε θάμβει καὶ ὄψεως λαμπρότητι περιβόητος ἐγένετο, ἢ στρατιᾶς, πρὸς οὓς ἐπῄεσαν, ὑπερβολῇ, καὶ ὅτι μέγιστος ἤδη διάπλους ἀπὸ τῆς οἰκείας, καὶ ἐπὶ μεγίστῃ ἐλπίδι τῶν μελλόντων, πρὸς τὰ ὑπάρχοντα, ἐπεχειρήθη.

λβʹ. 32. Ἐπειδὴ δὲ αἱ νῆες πλήρεις ἦσαν, καὶ ἐσέκειτο πάντα ἤδη, ὅσα ἔχοντες ἔμελλον ἀνάξεσθαι, τῇ μὲν σάλπιγγι σιωπὴ ὑπεσημάνθη, εὐχὰς δὲ τὰς νομιζομένας πρὸ τῆς

Ἀναλώκει] Corrector Cod. Gr. ἀνηλώκει. Potuerat continere manum a corrigendo. Nam alterum est Atticum. Thom. Magister in ἀνάλωσα, Stephanus Append. ad Scripta de Dial. p. 147. et Kuhnius ad Polluc. VIII. 130. Neque tamen ἀνήλωκα ita κοινὸν est, ut eo non utantur Attici, quod dictat Thomas. Duck.

Εὑρέθη] Non contemnenda est scriptura Cod. Reg. εὑρεθῇ. Pendet ab illis, quæ aliquot versibus ante dicit, εἰ γάρ τις ἐλογίσατο. Duck.

Πρὸς οὓς ἐπῄεσ.] Minus promtum, quo referas ista verba, aut quî suppleas. Portus addidit, *apud eos;* minus aptum ὑπερβολῇ, quæ non esset apud Siculos, sed in ipsorum Athen. exercitu. Equidem simplicius intellexerim ἐκείνων· magnitudine exercitus *eorum,* quos aggrederentur. Quippe omnis Sicilia in armis erat contra Athenienses: quorum tenuiores copias, quam pro hostium viribus, satis supra sit questus Nicias.

Ἤδη] Ἢ δὴ malit Abresch. probante Gottl. At quid ἢ in media oratione, quod semper incipiat? Alienum vero ab usu Græco! δὴ solum probarim. Sed ἤδη, notat *jam, nunmehr jest,* cum antea tam longe non abiissent, quam *nunc jam* auderent. Sic Paullus adhibet ἤδη, Rom. 13. 11. ὥρα (ἐστὶν) ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, tempus est *jam* (nunc, *nunmehr*) surgendi, somni relinquendi, ubi τῷ ἤδη, suggerat, νῦν γὰρ, *nunc* enim; Forte et 1 Cor. 4. 8. ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε, ubi minus tamen urgeam; at manifestius apud Theophr. Char. Eth. Præf. n. 6. τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον, *nunc* vero convertar ad disputationem, ad rem accedam; Xen. Mem. 2. 9. 17. ἐπεὶ ἤδη διεπράξατο, cum *jam* perfecisset, *da er es nunmehr zu Stande (gebracht) hatte.* Virg. Ecl. 10. 62.

Jam neque Hamadryades rursum, nec carmina nobis
Ulla placent;

i. e. *nunc, jest;* quin et Noster mox, 32. init. ἐσέκειτο ἤδη, *da nunmehr alles eingeschifft war.* Liv. 3. 35. *Demissa jam in discrimen dignitas,* c. 36. init. *suo jam inde vivere ingenio cœpit.* 2. 1. init. *Liberi jam hinc pop. R. res;* 7. 29. init. *Majora jam hinc bella.* Parcamus ergo corrigere, ubi interpretari detur! *Poëticum* etiam fere est ἢ.

Πρὸς τὰ ὑπάρχοντα] Omnes Interpretes probarunt sententiam Scholiastæ. Sed nulla ratio est, cur superlativus μεγίστῃ hic pro comparativo positus esse dicatur. Puto, πρὸς τὰ ὑπάρχοντα esse πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν, *pro præsentibus viribus,* et Thucydidem hoc dicere, cum maxima spe in futurum, quam ex præsenti magnitudine adparatus et virium conceperant. Ita utitur præpositione πρὸς V. 9. Καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται, *pro viribus suis.* Et IV. 39. Ἐνδεεστέρως ἑκάστῳ παρεῖχεν, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν, *quam pro copia.* Et eadem significatione τὰ ὑπάρχοντα dicit paullo post hoc Cap. Ὁρᾶτε, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς. Duck. *In Bergleichung mit den jesigen Umständen.* *Gottleb.* Haud commodo sensu; μείζονι si sit, audiam. Mihi simpliciter est, *ad* præsentia, pro viribus, quoad tum possent, pro præsenti copia; et retulerim ad ἐπεχειρήθη· ut Liv. 1. 9. *Quanto maximo apparatu tum poterant.*

Ἐσέκειτο] Gr. ἐπέκειτο. Scholiastes cum vulgata. Wass. Melius, ἐσέκειτο de *navi;* ἐπέκειτο, de *jumentis.*

ἀναγωγῆς, οὐ κατὰ ναῦν ἑκάστην, ξύμπαντες δὲ ὑπὸ κήρυκος, ἐποιοῦντο, κρατῆράς τε κεράσαντες παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα, καὶ ἐκπώμασι χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς οἵ τε ἐπιβάται καὶ οἱ ἄρχοντες σπένδοντες. ξυνεπεύχοντο δὲ καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ τῆς γῆς, τῶν τε πολιτῶν, καὶ εἴ τις ἄλλος εὔνους παρῆν σφίσι. παιωνίσαντες δὲ, καὶ τελεώσαντες τὰς σπονδὰς, ἀνήγοντο. καὶ ἐπὶ κέρως τοπρῶτον ἐκπλεύσαντες, ἅμιλλαν ἤδη μέχρι Αἰγίνης ἐποιοῦντο· καὶ οἱ μὲν, ἐς τὴν Κέρκυραν, ἔνθα περ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα τῶν ξυμμάχων ξυνελέγετο, ἠπείγοντο ἀφικέσθαι. ἐς δὲ τὰς Συρακούσας ἠγγέλλετο μὲν πολλαχόθεν τὰ περὶ τοῦ ἐπίπλου, οὐ μέντοι ἐπιστεύετο ἐπὶ πολὺν χρόνον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ γενομένης ἐκκλησίας, ἐλέχθησαν τοιοίδε λόγοι ἀπό τε ἄλλων, τῶν μὲν, πιστευόντων τὰ περὶ τῆς στρατείας τῆς τῶν Ἀθηναίων, τῶν δὲ, τὰ ἐναντία λεγόντων· καὶ Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος παρελθὼν, αὐτοῖς, ὡς σαφῶς οἰόμενος εἰδέναι τὰ περὶ αὐτῶν, ἔλεγε, καὶ παρῄνει τοιάδε.

λγ'. 33. "ἌΠΙΣΤΑ μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, δόξω ὑμῖν περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας λέγειν. καὶ γιγνώσκω, ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ἢ λέγοντες, ἢ ἀπαγγέλλοντες, οὐ μόνον οὐ πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι· ὅμως δὲ οὐ καταφοβηθεὶς ἐπισχήσω, κινδυνευούσης τῆς πόλεως· πείθων γε ἐμαυτὸν, σαφέστερόν τι ἑτέρου εἰδὼς, λέγειν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς (ὃ πάνυ θαυμάζετε,) πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται

Κρατῆράς τε κεράσαντες—καὶ σπένδοντες] Inlustrarunt hunc morem veterum Muretus XIV. Var. Lect. 2. et Cerda ad Virgil III. Æneid. 776. Add. Arrian. de Exped. Alex. VI. 3. Καὶ ἐπιβὰς τῆς νεὼς, ἀπὸ τῆς πρώρας ἐκ χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, τόν τ' Ἀκεσίνην ξυνεπικαλούμενος τῷ Ὑδάσπῃ. Et, Ἐπεὶ δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ προπάτορι σπείσας, καὶ Ἄμμωνι, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ὅσοις αὐτῷ νόμος, σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει τῇ σάλπιγγι. D.

Ἐπὶ κέρως] In Cod. *aliis* ἐπικαίρως. Sed licet vox ἐπικαίρως videatur habere sensum non incommodum, ἐπὶ κέρως legendum esse constat, tum ex L. 2. c. 90. tum, quod vox militaris est, apprime commoda huic loco, quæ opponitur τῷ εἰς μέτωπον. nam ἐπὶ κέρως est, quod dicimus verbo militari *à la file*, μέτωπον vero dicimus, *de front*. Quod non intelligentes exscriptores, ἐπὶ κέρως non intellectum mutaverunt in vocem magis solitam ab illis intellectam. *Palmerius* ad Gr. Auct. p. 77. HUDS. Permutantur hæc etiam infra Cap. 50. Vid. Scholiasten ad II. 90. qui exponit μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ. Xenophon hoc videtur dicere ἐπὶ μιᾶς I. Græc. pag. 446. Παρὰ δὲ Διομέδοντα οἱ Σάμιοι δέκα ναυσὶν ἐπὶ μιᾶς τεταγμένοι. ἐχόμεναι δὲ τῶν ταξιάρχων δέκα καὶ αὗται ἐπὶ μιᾶς. Polybius I. 26. 27. ἐπὶ μίαν. DUCK. V. Valkenær. ad Herod. L. 6. p. 443. *Gottleb.* Est pro ἐπὶ κέρας· vel ἐπὶ *modum* explicat.

Παρελθ. αὐτ.] Ad ἔλεγε refert αὐτοῖς Abr. Sed C. 35. huj. L. παρελθὼν αὐτοῖς, i. e. ἐν αὐτοῖς, vel, αὐτῶν. *Gottleb.* Recte; nam quoties Homer. in Il. τοῖσι δ' ἀνέστη· non tamen sign. Dat. ἐν αὐτοῖς, sed πρὸς αὐτοὺς, *ad* eos, nempe verba facturus. αὐτῶν, quod addit Gottl. haud dubie intellexit, ἐξ αὐτῶν, ex eorum numero. Sed ita non adhibetur Dat. et vero frigeat hoc additamentum.

Περὶ τ. ἐπ. τ.] i. e. περὶ τῆς ἀληθ. τοῦ ἐπίπλου, περὶ τοῦ ἀληθῆ εἶναι τὸν ἐπίπλουν.

Ἢ λέγ.] Quomodo differt ab ἀπαγγέλλοντες; forte illud, *voce* coram, hoc per *literas*

καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ· πρόφασιν μὲν, Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ, καὶ Λεοντίνων κατοικίσει, τὸ δὲ ἀληθὲς, Σικελίας ἐπιθυμίᾳ, μάλιστα δὲ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἄλλα ἕξειν. ὡς οὖν ἐν τάχει παρεσομένων, ὁρᾶτε, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτοὺς, καὶ μήτε, καταφρονήσαντες, ἄφρακτοι ληφθήσεσθε, μήτε, ἀπιστήσαντες, τοῦ ξύμπαντος ἀμελήσετε. εἰ δέ τῳ καὶ πιστὰ, τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ δύναμιν μὴ ἐκπλαγῇ. οὔτε γὰρ βλάπτειν ἡμᾶς πλείω οἷοί τε ἔσονται, ἢ πάσχειν· οὔθ', ὅτι μεγάλῳ στόλῳ ἐπέρχονται, ἀνωφελεῖς· ἀλλὰ πρός τε τοὺς ἄλλους Σικελιώτας πολὺ ἄμεινον· μᾶλλον γὰρ ἐθελήσουσιν, ἐκπλαγέντες, ἡμῖν ξυμμαχεῖν. καὶ ἢν ἄρα ἢ κατεργασώμεθα αὐτοὺς, ἢ ἀπράκτους, ὧν ἐφίενται, ἀπώσωμεν, (οὐ γὰρ δὴ, μὴ τύχωσί γε, ὧν προσδέχονται, φοβοῦμαι·) κάλλιστον δὴ ἔργων

nuntiosve absentium. Nam, ad *ficta* quod refert Schol. vix tenuerit, ut *vera* ergo sint τὰ ἀγγελλόμενα.

Καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ] Thomas Magister scribit, cum Demosthene et aliis omnibus dicendum esse πεζὴ στρατιὰ, non πεζικὴ, etsi hoc sit apud Thucydidem; nam esse ποιητικώτερον. Sed vide, quæ adnotavit Stephanus in Thes. Legit autem hic Thomas ἐν στρατιᾷ ὥρμηνται. DUCK.

Ξυμμαχ.—κατοικ.] Dilogiam habet Dativi structura; in ξυμμαχίᾳ est, *ob* societatem, jure, officio societatis, in κατοικίσει est pro ἐπὶ, *consilii* nota. *Caussam* tamen indicat utrobique, utut impellentem alteram, alteram consilii. Quin alio sensu deinde, Σικελίας ἐπιθυμίᾳ· pæne *Trilogiam* ut dixeris.

Κατοικίσει] Non dubium est, quin libri optimi perperam exhibeant κατοικήσει, ut et supra aliquoties in principio hujus Libri. Lege quæ Viri Docti adnotant ad Pollucem IX. 7. DUCK.

Τὸ δὲ ἀλ.] Scil. κατὰ, εἰς.

Ἀπὸ τ. ὑπαρχ] Ad ὁρᾶτε retuleris: consilium *ex re* capite. Tac. Ann. 1. 24. *ex re consulturum.* Sed et ad ὅπως, quî *pro facultate* vestra eos repellatis. Sed talem trajectionem non amat Thuc.

Κάλλιστα] Ita Mss. et Scholiastes. Gr. μάλιστα corrupte. WASS.

Κάλλιστα] Nescio. cur hic vertatur, *quam honestissime. Honestatis* enim quæ ratio hic, quæ dubitatio? Immo sign. *facillime*, commodissime, efficacissime: *optime* denique. Quid, si μάλιστα legerimus?

Καὶ πιστὰ] Redundat, καὶ, ut solet, in distribuendo: aut trajecte intell, καὶ εἰ. Male expressit Portus τὸ καὶ, *etiam*; qui præsertim, pulchre vidisset, referri, ut diversum, ad init. ἄπιστα μὲν ἴσως, utut nihil opus, ubi suppleri simplicius detur ἐστί. Quippe illi ἄπιστα jam respondebat supra, ἀληθῆ δὲ ὅμως.

Ἐπέρχονται] Sic Mss. quorum auctoritati parendum. antea ἔρχονται. WASS.

Ἀνωφελεῖς] *Noxii*, graves, periculosi. Cic. *multis modis inutile*, i. e. noxium; Ebr. 13, 17. ἀλυσιτελὲς ὑμῖν τοῦτο, *nociturum.* Varietatem item observa:—πολὺ ἄμεινον· ergo aut antea poneret, ἀνωφελὲς, aut hic, ἀμείνους. Certe in ἄμεινον intell. τοῦτο.

Πρός τε τ. ἄλλ.] Non est, quod reddatur huic πρός τε, quod exspectare jubeat, καὶ πρὸς rel. *Etiam* vertit Port. τε· male, quia nil *aliud* præcessit, cui *etiam* subjiceretur. An γε legendum, *certe*, saltem, utique? Sed salva res, et constat sibi Thuc. sin verbis, at re; subjicit enim, post brevem Parenthesin: καὶ ἢν ἄρα ἢ κατεργασώμεθα αὐτούς· hoc quid est, nisi: καὶ πρός γε ἡμᾶς οὐκ ἀνωφελεῖς; Ita caussa, explicatione, allata, contineat in sese id, cujus rationem reddat.

Μὴ τύχ. γε] Γε hic est *certe*, quidem; ac si sit: οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε φοβ. μὴ τ. *id quidem* certe non verear, ne, rel. *denn, dak sie ihre Ubsicht erreichen sollten, diek wenigstens beforge ich nicht.*

Προσδέχονται] Gr. προσεδέχοντο. at cæteri, et Scholiastes, nihil mutant. WASS.

Ἔργ.—ξυμβ.] Minus congruit τὸ ξυμβαίνειν cum ἔργων, vel ἔργον· neque enim *facta* nobis *acciderint, nostra* utique. ξυμβαίνειν hic est *succedere*, effici, *von statten gehen*, ut et alibi; aut, per Metonym. caussæ, *gloria* facti

ἡμῖν ξυμβήσεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστον ἔμοιγε. ὀλίγοι γὰρ δὴ στόλοι μεγάλοι, ἢ Ἑλλήνων, ἢ βαρβάρων, πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀπάραντες, κατώρθωσαν. οὔτε γὰρ πλείους τῶν ἐνοικούντων καὶ ἀστυγειτόνων ἔρχονται· (πάντα γὰρ δὴ ὑπὸ δέους ξυνίσταται·) ἤν τε δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ σφαλῶσι, τοῖς ἐπιβουλευθεῖσιν ὄνομα, κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω πταίσωσιν, ὅμως καταλείπουσιν. ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι αὐτοὶ οὗτοι, τοῦ Μήδου παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος, [ἐπὶ] τῷ ὀνόματι, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ᾔει, ηὐξήθησαν· καὶ ἡμῖν, οὐκ ἀνέλπιστον, τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι.

λδ΄. 34. "Θαρσοῦντες οὖν, τά τε αὐτοῦ παρασκευαζώμεθα, καὶ, ἐς τοὺς Σικελοὺς πέμποντες, τοὺς μὲν μᾶλλον βεβαιωσώμεθα, τοῖς δὲ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι· ἔς τε τὴν ἄλλην Σικελίαν πέμπωμεν πρέσβεις, δηλοῦντες, ὡς κοινὸς ὁ κίνδυνος· καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅπως ἢ ξυμμαχίαν ποιῶνται ἡμῖν, ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους. δοκεῖ δέ μοι, καὶ ἐς Καρχηδόνα, ἄμεινον εἶναι, πέμψαι. οὐ γὰρ ἀνέλπιστον αὐτοῖς, ἀλλ' ἀεὶ διὰ φόβου εἰσὶ, μή ποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσιν. ὥστε τάχ' ἂν ἴσως, νομίσαντες, εἰ τάδε προήσονται, καὶ ἂν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι, ἐθελήσειαν ἡμῖν ἤτοι κρύφα γε, ἢ φανερῶς, ἢ ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἀμυ-

nobis cesserit; immo, pressius ac simplicius, quasi intellecto ποιῆσαι, ἀποδείξασθαι· *contigerit* nobis *perpetrasse* opus pulcherrimum.

Γὰρ δὴ] Sic Noster passim. Gr. minus bene ἤδη. Wass.

Πάντα—ξυνίστ.] Πάντα est pro πάντες, more Nostri, et ξυνίσταται pro ξυστήσεται, Præs. p. Fut.

Ἐπὶ τῷ ὀνόμ.] Si verum ἐπὶ, sign. *sub*; et Latinis liberum, *ea specie* et *sub ea sp. alieno nomine*, et *sub al. nom.* dicere.

Τοιοῦτο] Thom. Magister in βούλομαι habet τοιοῦτον cum plerisque Mss. Duck.

Σικελίαν] Ἰταλίαν malit Reisk. notante Gottleb. temere, ut solet; quæ enim Italiæ mentio, ut *reliqua* subjiciatur? Aut quod commune periculum Italiæ ex isto conatu?

Ποιῶνται ἡμῖν] Ποιώμεθα ἡμῖν omnes Mss. et Edd. ante Stephanum, qui primus edidit ποιῶνται ἡμῖν· adposite quidem ad sententiam, sed, an vere, incertum. Nam etiam aliæ, non omnino improbabiles, conjecturæ adferri possent. Verum, potius videndum, arbitror, an, ὅπως ξυμμαχίαν (scil. αὐτῶν) ποιώμεθα ἡμῖν, possit referri ad singularia Thucydidis, pro, ὅπως ξυμμάχους αὐτοὺς ποιώμεθα ἡμῖν. Non negari potest, non admodum usitatum esse hanc φράσιν· sed Thucydides ubique amat deserere viam tritam, et, quod alicubi dicit Scholiastes, ἐν πᾶσι φεύγει τὴν συνήθειαν. Nec raræ sunt apud eum hujusmodi ellipses, structuræ πρὸς τὸ σημαινόμενον, et mutationes personarum. Duck. ποιῶνται recte, ad δέχωνται. ubi (ad ἢ μὴ) intell. γε, *saltem*. ποιώμεθα præfert Abr. quasi pro ξυμμάχους. Abuti hoc est figuris! Quis unquam legit, ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι pro ξύμμαχον π.

Αὐτοῖς ἐπὶ τ. πόλ.] Pro, ἐπὶ τ. πόλ. αὐτῶν.

Ἢ ἐξ ἑνός γέ τ. τρ.] Recte sane monet Abr. hoc additum, non, quo *alia* sit ratio aut *media* inter occultam et apertam, sed, quo comprehendat omnia, nil relinquat. Nec male comparat Rom. 8. 39. ubi, enumeratis omnibus fere, (fere tamen ibi, non omnino,) addatur, οὐδέ τις κτίσις ἑτέρα. Verteris: *aliquo denique modo*; Germ. *furz, mit einem Worte, auf irgend eine Weise*: *utcunque* potuerint aut voluerint. Pro τοῦ (τρ.) tamen legerim, του, i. e. τινός. Alienus enim hic

ναι. δυνατοὶ δέ εἰσι μάλιστα τῶν νῦν, βουληθέντες. χρυσὸν γὰρ καὶ ἄργυρον πλεῖστον κέκτηνται, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καὶ τἄλλα εὐπορεῖ. πέμπωμεν δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ ἐς Κόρινθον, δεόμενοι δεῦρο κατὰ τάχος βοηθεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν. ὃ δὲ μάλιστα ἐγώ τε νομίζω ἐπίκαιρον, ὑμεῖς τε, διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον, ἥκιστ' ἂν ὀξέως πείθοισθε, ὅμως εἰρήσεται. Σικελιῶται γὰρ εἰ θέλοιμεν, ξύμπαντες, εἰ δὲ μὴ, ὅτιπλεῖστοι μεθ' ἡμῶν, καθελκύσαντες ἅπαν τὸ ὑπάρχον ναυτικὸν μετὰ δυοῖν μηνοῖν τροφῆς, ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ δῆλον ποιῆσαι αὐτοῖς, ὅτι οὐ περὶ τῆ Σικελίᾳ πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν, ἢ τοῦ ἐκείνους περαιωθῆ-

est Articulus. Forte et ἢ delendum, ut frustra e prioribus repetitum. Tunc γε valeat *certe, saltem, utique,* nec fuerit quidquam difficultatis.

Δεῦρο βοηθ.] Brevius, more Nostri in hoc verbo, pro, βοηθήσοντας ἥκειν.

Καὶ τ. ἐκ. πόλ. κιν.] Primo, per trajectionem, solitam illam Thucydidi, pro, κ. ἐκεῖ κιν. τ. πόλ. Neque enim *tunc* jam erat *ibi* bellum, quippe composita pace, et *moveri* nunc demum, *incipi,* jubebatur. Quod si deinde ἐκεῖ est, ut solet ac debet, *ibi,* illic, in Græcia nempe: καὶ non refertur ad δεῦρο βοηθεῖν, tanquam *unum* opus notet, *effectumve* illius, sed sign. *etiam, insuper;* aut pro *vel, aut,* dictum: aut huc miserint auxilia, aut illic incipiant bellum, quo avertant eos et a nobis distineant, *eine Diversion machen.* Utut, auxiliis quoque summissis, dubium non esset, quin continuo, et hoc ipso, moverentur arma Græciæ. Juris gentium ista caussa est; Romanis quidem sic habita, ut pro hoste haberent, quicunque hostibus ipsorum auxilia submisisset. Ita Philippum Macedonem, Carthaginiensibus ex occulto faventem, ita Syriæ regem Antiochum, qui Ætolis professus magis adesset, pro hoste illico habuere. Græci ita an servaverint, quæri liceat. Athenienses quidem, Corcyræis auxilio tantum lato, continuo hostes Corinthiis, utut ξυμμαχίᾳ tantum inita, non ἐπιμαχίᾳ. Ceterum, ad formam certe, cum interesset, auxilia tantum velut mercenariorum, ad Siculorum exercitus mitterentur, an *ex edicto,* ut Liv. loquitur 1. 27. init. (ubi legere malim, *ex indicto,*) *palam,* ut itid. addit Liv. φανερῶς, ut supra Noster, cui κρύφα opponat, quod et ad auxilia non ex professo submissa retuleris: dissimulare poterant Athenienses, ne major domi moles prægravaret, neque ideo aperte hostes destinare Corinthios, utut coloniæ suæ vindices. Quare magis est, ut καὶ hic valeat ἢ, aut *etiam, præterea; non* auxilia mittant *modo, sed et* bellum in Græcia moveant. Talia nimirum curanda erant recte interpretaturis unum illud καὶ, quod secure transmitti, socordis esset, nec rite haberi absque illa rei ipsius cura liceret. Fuerit tamen, cui non displiceat, ἐκεῖ h. l. esse *hîc,* ἐνθάδε, in Sicilia; sed hic Siculorum nimirum erat, κινεῖν τ. πόλεμον, non Corinthiorum.

Ὑμεῖς τε] Τε valet εἴτε, ut frequenter καὶ, idem, atque εἰ καί. *Gottl.* τε significare non magis potest εἴτε, quam καὶ poni pro εἰ καί· Ubi enim εἰ ita omittitur? De re tamen, aut sententia, recte: *utut vos haud credatis.* Sed et sic processerint verba, ut posita sunt: dicam, quod ego opportunum maxime habeam, *vos autem,* (τε pro δὲ,) difficillime inducamini, ut faciatis. Frustra denique argutere, cum ipse Thuc. distinguat et opponat, ἐγώ τε—ὑμεῖς τε, *equidem, vos vero: et* ego, *et* (contra) vos. πείθοισθε hic non est, *credideritis,* sed, *feceritis.* πείθ. scil. πράττειν, ἐπιχειρῆσαι αὐτῷ.

Σικ. γὰρ] Γὰρ hic est *nempe.* v. ad 1. 25. *Gottl.* (ex Abr.) Alienissimum illi affert Abr. Matth. 3. 3. μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλ. τ. οὐρ. Ubi caussam mutandæ mentis aperte signet τὸ γάρ· nec minus alienum 1 Cor. 14. 9. ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες· ubi rursus caussam inutilitatis reddat τὸ γάρ. Rectius afferret Matth. 1. 18. *Christi natales ita sese habuere; μνηστευθείσης γὰρ,* rel. Hic vero manifesto sign. *nimirum, nempe.*

Ὅτι οὐ περὶ τῆ Σικελίᾳ πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν] Περὶ τῆ Σικελίᾳ est *circum,* vel, *ad Siciliam,* non, ut omnes verterunt, *de Sicilia.* Probabile tamen est, mentem Thucydidis, et, quem hæc dicentem inducit, Hermocratis, esse eam, quam Interpretes expresserunt. Nam Athenienses in animo habebant tentare, an Sicilia potiri possent. Sed hoc

ναι τὸν Ἰόνιον· μάλιστ' ἂν αὐτοὺς ἐκπλήξαιμεν, καὶ ἐς λογισμὸν καταστήσαιμεν, ὅτι ὁρμώμεθα μὲν ἐκ φιλίας χώρας φύλακες· (ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς Τάρας,) τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ περαιοῦσθαι μετὰ πάσης τῆς παρασκευῆς, χαλεπὸν δὲ, διὰ πλοῦ μῆκος, ἐν τάξει μεῖναι· καὶ ἡμῖν ἂν εὐεπίθετος εἴη, βραδεῖά τε καὶ κατὰ λόγον προσπίπτουσα. εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυ-

Græci dicunt, περὶ τῆς Σικελίας ἔσται ὁ ἀγών. Thucydides V. 9. Ὁρῶντες, περὶ ὅσων ὁ ἀγὼν ἐστίν. VI. 11. Οὐ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἐγεσταίων ἡμῖν ἀνδρῶν βαρβάρων ὁ ἀγών. Add. II. 42. III. 53. et V. 101. Sic ὁ περὶ ψυχῆς, κρεῶν, βασιλείας ἀγὼν, et plurima alia hoc genus, in quibus περὶ semper genitivum habet. Hæc mihi suspectam faciunt vulgatam hujus loci scripturam. Duck.

Περὶ τῇ Σικ. rel.] Duplicem sensum τῷ περὶ hic tribuit Abr. probante Gottl. Etsi idem Abr. recte monet, etiam cum Dativo significare posse *de*: mihi tamen *casu* ipso distinxisse videtur Thuc. asperius paullo, ut uni vocabulo semel posito duos adjungeret casus; ut sensum tamen videatur distinguere voluisse: non *circa* Siciliam fore concertationem, i. e. non passuros ipsos, eo usque penetrare Atheniensium classem, sed *procul* a Sicilia impedituros, atque occursuros, ut ne Ionium quidem mare trajiciant, nedum Siciliæ immineant. τὸν Ἰόνιον, intell. κόλπον. Notum est Virgilii: *Insulæ Ionio in magno.* Item Ge. 2. *Nosse, quot Ionii* (scil. maris) *veniant ad litora fluctus.* Quodsi absit aut τοῦ, aut ἢ, ut ad illud redeam; commodum sane sensum reddiderint verba: non *prius* de Sicilia, vel circa Siciliam, concertationem futuram, *quam* (donec) illi transmiserint Ionium: i. e. prius eluctandum illis esse, nobis scil. prohibentibus, Ionium mare, quam ad Siciliam tam prope accedant. Ut verba nunc leguntur, πρότερον sit pro μᾶλλον· *nicht so wohl, non tam, minus.*

Ἰόνιον] Dixi supra; sic etiam Dio XLII. p. 190. et alibi, quomodo et Xiphilin. p. 718. Aliquando addunt κόλπον, vel simile quid. Euripides Helen. 772. ἐν Αἰγαίῳ. Arrian. in Epict. II. 6. τὸν Ἀδρίαν. Herodotus utroque modo locutus est. Æschylus et Pindar. vix umquam ἁπλῶς. Virg. *Ionio in magno.* Wass.

Ὁρμώμ. μὲν]. Acute monet Abr. omissum ἡμεῖς, necessarium ob diversitatem, αὐτοῖς· exemplo allato etiam Scr. S. ubi *ego* similiter omittatur: 1. Reg. 18. 18. *non perverto Israëlem, sed tu*, i. e. non ego. Nam et in Ebr. est tantum, עָכַרְתִּי, omisso אֲנִי; unde neque in Græco esse possit. Etiam in Ebr. (unde pendeant LXX.) e subinde tali contextu abest (immo deest) וַאֲנִי, וְאַתָּה, וְאַתֶּם: v. c. Deuter. 7. 10. 11. ubi de Deo cum fuerit sermo, subjicitur: et *servabis*, rel. i. e. *tu* vero, *tu* itaque observaveris. 30. 1. *Ubi venerint super te omnes istæ pœnæ*, rel. וַהֲשֵׁבֹתָ, *et reputaveris*, i. e., *tu* autem reput. Insigne in primis succurrit 2 Tim. 2 12. εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Ubi duplex omissio, et τοῦ ἡμεῖς, ad κἀκεῖνος, καὶ præsertim addito, et αὐτὸν, ad ἡμᾶς. Et Vs. 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, i. e. εἰ ἡμεῖς ἀπιστ. Sic contra, quod obiter addidisse liceat, *redundat* pronomen personæ, ubi referatur verbum ad *idem* subjectum. Ebr. 4. extr. (ex Ps. 95. extra) ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, rel. *semper abripiuntur errore mentis: illi autem non observant*, i. e. *neque* obs. Sed et alterum notaret idem; *trajecta* esse verba membri diversi: τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς, rel. ubi diversitatis formula poscat, αὐτοῖς δὲ πέλ. V. Phil. Th. Paull. p. 287. med. et ex pag. 282. lit. c. adde 2 Cor. 12. 11.

Φύλακες] Hoc quorsum addit? Nempe, quia φύλακες, *Küstenbewahrer*, 1) haud longe progrediuntur e sua terra, nec committuntur mari aperto; quod facere cogerentur Athenienses; 2) receptum habent et in tuto, et ex propinquo. Utrumque satis interpretetur Parenthesis: *recipit enim nos Tarentum.* Quæ ex Abr. adscripserat Gottl. partim supervacanea sunt, in suppleto αὐτῆς, quod et facile quivis addiderit, et hic nullo modo, opus sit, addi; et alienissima, addito, *in terra nullis intestinis discordiis agitata.* Hoc vero quid ad rem? Num Atheniensium terra, quorum hic diversitati omnia dentur, discordiis agitabatur? Immo de longinquitate hic sola, et receptu nullo hic proposito, unice agitur.

Εὐεπίθετος] Εὔκολος εἰς ἐπιτίθεσιν, ἤτοι εὐεπιχείρητος, exponit Thom. Magister. Supplendum esse, ἡ παρασκευὴ, adnotat Scholiastes Cass. In Thoma legendum est ἐπίθεσιν. Duck.

Βραδεῖά τε καὶ κατὰ λόγον προσπίπτου-

τοῦντι ἀθροωτέρῳ, κουφίσαντες, προσβάλλοιεν, εἰ μὲν κώπαις χρήσαιντο, ἐπιθοίμεθ' ἂν κεκμηκόσιν· εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔστι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα. οἱ δὲ, μετ' ὀλίγων ἐφοδίων, ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ, περαιωθέντες, ἀποροῖεν ἂν κατὰ χωρία ἔρημα, καὶ ἢ, μένοντες, πολιορκοῖντο ἂν, ἢ, πειρώμενοι, παραπλεῖν, τήν τε ἄλλην παρασκευὴν ἀπολείποιεν ἂν, καὶ τὰ τῶν πόλεων οὐκ ἂν βέβαια ἔχοντες, εἰ ὑποδέξοιντο, ἀθυμοῖεν. ὥστε ἔγωγε, τούτῳ τῷ λογισμῷ, ἡγοῦμαι, ἀποκλειομένους αὐτοὺς, οὐδ' ἂν ἀπᾶραι ἀπὸ Κερκύρας, ἀλλ' ἢ, διαβουλευσαμένους, καὶ κατασκοπαῖς χρωμένους, ὁπόσοι τε ἐσμὲν, καὶ ἐν ᾧ χωρίῳ, ἐξωσθῆναι ἂν τῇ ὥρᾳ ἐς χειμῶνα, ἢ, καταπλαγέντας τῷ ἀδοκήτῳ, καταλῦσαι ἂν τὸν πλοῦν· ἄλλως τε καὶ τοῦ ἐμπειροτάτου τῶν στρατηγῶν (ὡς ἐγὼ ἀκούω,) ἄκοντος ἡγουμένου, καὶ ἀσμένου ἂν πρόφασιν λαβόντος, εἴ τι ἀξιόχρεων ἀφ' ἡμῶν ὀφθείη. ἀγγελοίμεθα δ' ἂν, εὖ οἶδ', ὅτι, ἐπὶ τὸ πλεῖον. τῶν δ'

σα] Κατ' ολίγον, quod est in marg. Cod. Clar. optimum sensum habet; eique convenit interpretatio Scholiastæ, οὐκ ἀθρόα, ex ipso Thucydide sumta, qui mox τῷ βραδεῖα opponit τὸ ταχυναυτοῦν, et alteri illi τὸ ἀθροώτερον· huic autem recte opponitur τὸ κατ' ὀλίγον· quemadmodum IV. 10. κατ' ὀλίγον, et πολλοὶ μαχόμενοι, et V. 9. κατ' ὀλίγον, et ἅπαντες κινδυνεύοντες. Sed scriptura recepta fortassis nihil vitii habet: nam hoc κατὰ λόγον est et ratio actura rei ita fert, ut magna classis multis onerariis aliisque navibus impedita, et commeatu atque adparatibus belli gravis, lente naviget, ac late diffundatur, nec conferta progredi possit. Itaque ἐπέχω, etsi valde blanditur κατ' ὀλίγον. Duck. Port. vertens, *lente et ordine navigantem*, primo secutus est Lect. κατὰ λόγον· quod tamen haud verteret, *ordine*: primo, quia hoc non sign. immo hoc sit, ἐν τάξει, κατὰ κόσμον· deinde, quia hoc non reddiderit classem εὐεπίθετον, si ordine processerit: eo tutior potius futura. Quin ipse ait Thuc. difficile fore ἐν τάξει μένειν, ut fluctu jactatam; ubi qui ordini locus? Deinde βραδεῖα accepit pro βραδέως, adverbio, quod referretur ad προσπίπτουσα. Hoc tacitum a me tulerit, improbante tamen omnino Lect. κατὰ λόγον, ut nullius plane hic sensus, frigentemque ac sordentem præ illa unice apta, κατ' ὀλίγον· quod ipsum et effectum sit τοῦ βραδεῖαν εἶναι, et vero εὐεπίθετον reddiderit *singulas* carpentibus, quibus reliquæ, fluctu jactatæ, succurrisse nequeant.

Ἔστι καὶ ὑπ.] Καὶ hic est *vel, utique*, (*doch*), *si* ita *opus* fuerit; Germ. *ja, allenfalls, auch nur.*

Πολιορκ.] Nescio, quid laborans tricetur Abresch. et ex illo Gottl. negantes, mari vectas naves obsideri posse. Itane vero? Batavumne hoc fugisse, etiam in pelago naves a majori numero cinctas claudi posse? Quod vel pauciores possint, rite dispositæ ac stationariæ. Nec vero essent in mari, sed κατὰ χωρία ἔρημα, ad *oram* ergo, ut portu clauderentur. Quin ipse addit Thuc. ἀποκλειομένους.

Τούτῳ τῷ λογ.] Scil. χρώμενος· vel pro, κατὰ, διὰ τοῦτον τὸν λογισμόν.

Ἀξιόχρ.] i. e. ἱκανὸν, ἀξιόλογον· notabile sane, quod *hostibus utilis, qua* hostes, dicatur apparatus *adversariorum*. *Copiæ pares* cur verterit Port. non video; an propter ὀφθείη; atqui et alius apparatus, et quidquid aperte agerent, cerneretur. Verte: si quid *magni*, si quid *grave*, a nobis *factum* fuerit, qs. operæ pretium. χρείας nulla ratio hic habenda.

Ἐπὶ τὸ πλ.] Latinis quoque solenne, Livio utique Tacitoque, *in majus vulgare, in majus vero nuntiare*. Tacit. Germ. c. 23. init. *in similitudinem vini corruptus humor* (potus,) i. e. *qui* (*ut*) sit similis. Paullus Eph. 2. 21. αὔξει εἰς ναὸν, *in templum surgit*; i. e. *ut* sit, fiat templ. Ita, *in arborem evalescere, in virum firmari*, alia. Et *modum*, et *vim*, efficientiam, notat.

ἀνθρώπων πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ αἱ γνῶμαι ἵστανται· καὶ τοὺς προεπιχειροῦντας, ἢ τοῖς γε ἐπιχειροῦσι προδηλοῦντας, ὅτι ἀμυνοῦνται, μᾶλλον πεφόβηνται, ἰσοκινδύνους ἡγούμενοι. ὅπερ ἂν νῦν Ἀθηναῖοι πάθοιεν. ἐπέρχονται γὰρ ἡμῖν ὡς οὐκ ἀμυνουμένοις, δικαίως κατεγνωκότες, ὅτι αὐτοὺς οὐ μετὰ Λακεδαιμονίων ἐφθείρομεν. εἰ δ' ἴδοιεν παρὰ γνώμην τολμήσαντας, τῷ ἀδοκήτῳ μᾶλλον ἂν καταπλαγεῖεν, ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει. πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν, ταῦτα τολμήσαντες· εἰ δὲ μὴ, ὅτιτάχιστα τἄλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι παντὶ, τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας,

Ἵστανται] *Vertuntur*, consistunt. A vento ductum, ad quem *vela* conversa *consistant*, constituantur. Aut pro καθίστανται, *sunt*, comparata sunt.

Κ. τ. γ. προεπιχ.] Gnomice (θετικῶς, κοινῶς) universe et infinite pronuntiatum, ita demum recte interpretere, si ad *caussam* (ὑπόθεσιν,) cui detur, relatum, noëmatice, (ἰδίως, ὑποθετικῶς,) proprie ac finite intellexeris. *Utri* ergo hic intelliguntur προεπιχειροῦντες; Haud dubie Syracusani vel Siculi; partim, quia hos cohortatur ad τὸ προεπιχειρῆσαι, ut occupent aggredi Athenienses; partim, quia *eosdem* haud dubie intelligit τοὺς προδηλ. ὅτι ἀμυν. qui ostendant, (debeant certe, ipso auctore, ostendere,) se paratos ad vim arcendam; tum vero, quod, neutrum fecisse, aut facturos, putari, arguit deinde cives suos, qui non priores adorti sint Athenienses cum Lacedæmoniis, et quod nunc secure petantur ab Atheniensibus, defensuros illos semet, non ratis. Alienum ergo fuerit μὴ a Cantero insertum. ἤ γε est, *aut certe*, *saltem* nempe, sin minus priores arma inferre voluerint. Quod autem ἢ pro *quam* accipit Abr. primo alienissimum est ab usu Græco, non passuro τὸ ἢ poni ante μᾶλλον· γε deinde obstiterit, otiosum futurum ita interpretanti; et vero sensus laboret: magis timent eos, qui ostenderint, se vim illatam propulsaturos, quam, (eos,) qui priores aggressi fuerint; immo hosce magis timuerit quisque. Quid, quod artic. τοὺς abesse non possit diversitatis lege ante προδηλοῦντας, si ἢ significet *quam?* πάθοιεν ergo, subjicit, hoc Athen. nempe, τὸ πεφοβῆσθαι, ut vos metuant, si mihi parueritis.

Ἰσοκινδ.] Active ceperis, *pares* periculo (cuilibet) *sustinendo*, cui ultro obviam eant.

Τῇ ἀπὸ τ. ἀλ.] i. e. τῇ ἀληθεῖ. *Vero nostræ potentiæ apparatu*, verbosius vertit Port. Debebat, *viribus*, quas *vere* habeamus.

Πείθεσθε] Etsi non damno, quæ scripsi ad h. l. in edit. Oratt. Thuc. probata nunc etiam Gottlebero; simplicissimum tamen fuerit, τολμήσαντες pendere a πείθεσθε· parete *eo*, ita, *ut*—audeatis, et ἑτοιμάζειν, more Græcorum, esse pro Imperativo, variante Thucydide, more suo; aut, a πείθεσθε si pendeat, intell. ὥστε, *ut* paretis. Cf. et Phil. Th. Paull. p. 94. rel.

Καὶ παραστῆναι παντὶ] Quidam Mss. παραστήτω. Ita infra Cap. 68. παραστήτω δὲ τοῖς καὶ τόδε. Sed παραστῆναι potest pendere a πείθεσθε. πείθεσθε ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι, *auscultate* mihi in eo, *ut paretis*, *et* quisque sibi *persuadeat*, vel, *in animum inducat*. Cui hoc non placet, is cum *Porto* supplere potest δεῖ. Παραστῆναι hac significatione sæpe dicit Thucydides. Vid. IV. 61. et 95. VI. 78. Duck. παραστήτω, quæ varia Lect. est, explicatio fuerit Infinitivi pro Imperat. hic positi. Pendebit ille a πείθεσθε, vel responderit potius τῷ ἑτοιμάζειν· si tamen active valere possit παραστῆναι pro παραστῆσαι, quod non præstiterim; nec vero opus fuerit, ubi vel ὥστε, vel χρὴ, intelligi queat, aut per Metonym. verti, *efficite*, *ut* omnes *intelligant*, rel. Solent enim ita permutari relata, ut uni reddatur quod in altero fiat; cujus permutationis larga manu et insignia exempla congessi in Phil. Th. P. p. 258. lit. *d.* sequ. Adde Tac. Ann. 1. 35. *neu mortem——orabant*, i. e. neu pateretur Germanicus, ipsos—mori. C. 44. init. *orabant,——rediret legionum alumnus*, i. e. orabant Germanicum, ut (*ille*) *juberet*, pateretur, redire alumnum leg. C. 15. init. *petivere*, *ut—ludos ederent*, i. e. ut ipsis daretur, liceret, edere ludos: ut Senatus (vel Tiberius) ipsis hoc permitteret. Sallust. Jug. C. 65. init. *petenti*, *ut—sellam juxta poneret*, i. e. ut Metellus permitteret ipsi, sell. i. ponere. Cic. p. Cluent. 37. extr. *Adducti judices sunt,—potuisse—reum condemnari*. *Adducti* in contextum recepit Ernest. Sed insolitum plane est particip. Verbi hujus, utut ipsum Verbum haud sit infre-

ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ δείκνυσθαι, τὸ δ' ἤδη, τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας, ὡς ἐπικινδύνους πράσσειν, χρησιμώτατα ἂν ξυμβῆναι. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ ἐπέρχονται, καὶ, ἐν πλῷ, εὖ οἶδ', ὅτι ἤδη εἰσὶ, καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι."

λέ. 35. Καὶ ὁ μὲν Ἑρμοκράτης τοσαῦτα εἶπε. τῶν δὲ Συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν, ἃ λέγει· τοῖς δὲ, εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν αὐτοὺς, ὅ, τι οὐκ ἂν μεῖζον ἀντιπάθοιεν; ἄλλοι δὲ καὶ πάνυ καταφρονοῦντες, ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα. ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιστεῦον τῷ

quens. Sensum habere, negat, τὸ *adducti.* Sed habet, aut suppleto, *ut crederent,* aut ipsum pro *credidere,* per illam Metonymiam, vel permutationem positum, quod in altero, vel ab altero, fieret; persuasum est illis, probabile visum. Cf. Or. 3. c. 1. de L. Agrar. init. *Completi sunt animi auresque vestræ, me —— legi obsistere,* scil. *ut crederent;* nempe ex illa Metonymia, translati in alterum, quod fecerit alter: (Quidam) persuasere vobis, unde nimirum complerentur animi v. auresque. Quid similius illa *adducti sunt?* Tantum profuerit Interpreti Notatio figurarum, tam neglecta horum temporum levitati!

Ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ] Thom. Magister in καταφρονῶ non recte ἐκ τῶν ἔργων τ. ἀ. D.

Ἔργων] Plurium numero de *prœliis* dici, negat Gottl. At de *bellis* certe 1. 23. init. τῶν δὲ πρότερον ἔργων μέγιστον ἐπράχθη τὸ Μηδικόν. Nec vero hic opus, *bella* aut *pugnas* interpretari, quæ sint simpliciter *res,* facta.

Τὸ δ' ἤδη] Forte leg. τὸ δὴ, vel, τὸ δὲ δὴ, rel.

Χρησιμώτατα] Pro Sing. vel pro Adverb.

Οἱ δὲ ἄνδρ.] Δὲ hic est, *interim,* ceterum: *indessen ist so viel gewik;* qs. ut repetam, quod exorsus dixerim.

Τῶν δὲ—ἦσαν] Dionys. Halic. Tom. II. pag. 135. qui structuram nostro ἐξηλλαγμένην exprobrat. At ipse alicubi censor, adnotante Sylburgio, extra communem loquendi formulam latius evagatur hunc in modum: ἑώρα τὸ στρατόπεδον ἈΓΑΝΑΚΤΟΥ͂ΝΤΑΣ, pro τοὺς στρατιώτας. Wass. Dionysium hujus censuræ nomine merito etiam reprehendit Stephanus in Append. ad Script. de Dialect. pag. 131. Vix ullus scriptor Græcus est, qui hoc genere structuræ non utatur. D.

Ὁ δῆμ. rel.] Primo nota Plural. ἦσαν, ad δῆμος, per Synesin: ut Jes. 9. 1. רָאוּ—— הָעָם הַהֹלְכִים, *populus—agentes vident.* Nostro quidem eo magis ponendus erat Plur. quod factiones et dissidia memoratum iret. Deinde obs. notabilem varietatem, cum omissione, et necessitate repetendi Verbi *alius* ex Verbo: ἐν ἔριδι ἦσαν· οἱ μὲν, ὅτι, scil. λέγοντες, διϊσχυριζόμενοι, *affirmantes:* immo, his, aliis, contendentibus. Sunt enim Nominativi simpliciter positi; neque enim οἱ μὲν, *alii,* ἐν ἔριδι ἦσαν, quasi οἱ δὲ *alii,* οὐκ ἦσαν. Deinde in τοῖς δὲ, intelligi nequit cum Abr. ἔρις ἦν· quod redierit ad eandem absurditatem; sed ἐδόκει *placuit;* aut λέγουσι, per Dativos simpliciter positos. Simillimum illi, quod notavimus ad C. 24. extr. ad εὐέλπ. ὄντ. Quid autem profecerit Abr. conferendo 8. 19. ἔφευγον μιᾷ νηΐ, αἱ δὲ λοιπαὶ, (νῆες,) non assequor; cum promtum ibi sit, repetisse *ipsum,* ἔφευγον, hic autem longe *alia* Verba sint arcessenda; ut apud Tac. Ann. 1. 49. *Cupido involat in hostem eundi; nec aliter posse placari,* rel. Ubi ex *cup. inv.* repetiveris, *ratos,* ad *posse plac.*

Οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν] Neque scriptura Msstorum et Edd. in quibus est, οἱ δ' ἀληθῆ, neque prior conjectura Porti, οἱ δὲ, ὡς ἀληθῆ, recipi potest. Nam de his, qui fidem Hermocrati habebant, deinde agit Thucydides, his verbis: ὀλίγον δ' ἦν πιστεῦον τῷ Ἑρμοκράτει. Recte habebit locus, si ita distinguatur, ut volebat Portus, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει. In illo, quod sequitur, τοῖς δὲ, major difficultas est. Est enim plane durum, nominativis, οἱ μὲν, et ἄλλοι δὲ, interponi dativum τοῖς δέ. Sed, quia primo nominativo οἱ μὲν non adponitur verbum, sed supplendum relinquitur, hic quoque orationem potius apto aliquo ad sententiam verbo explendam, quam scripturam receptam mutandam, arbitror. Duck. Possis et sic distinguere: οὐδ' ἀληθῆ, ἔστιν ἃ, γέλει· ἔστιν ἃ, p. τινά· *quædam* eum falsa afferre et confingere. Aptius sane alterum, οὐδ' ἀλ. ἐστιν, (ἐκεῖνα) ἃ λ. illi, ὡς οὐκ ἂν ἔλθοιεν· frigere tamen videtur mihi, otiosum; et vigore Nostri haud sane dignum.

Ὀλίγ. ἦν τὸ π.] Scil. μέρος τοῦ δήμου. Aut;

Ἑρμοκράτει, καὶ φοβούμενον τὸ μέλλον. παρελθὼν δ' αὐτοῖς Ἀθηναγόρας, ὃς δήμου τε προστάτης ἦν, καὶ ἐν τῷ παρόντι πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς, ἔλεγε τοιάδε.

λστ'. 36. "ΤΟΥΣ μὲν Ἀθηναίους, ὅστις μὴ βούλεται, οὕτω κακῶς φρονῆσαι, καὶ ὑποχειρίους ἡμῖν γενέσθαι ἐνθάδε ἐλθόντας, ἢ δειλός ἐστιν, ἢ τῇ πόλει οὐκ εὔνους· τοὺς δ' ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα, καὶ περιφόβους ὑμᾶς ποιοῦντας, τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας, εἰ μὴ οἴονται ἔνδηλοι εἶναι. οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ τι, βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται. καὶ νῦν αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου, ἐκ δὲ ἀνδρῶν, οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι, ξύγ-

ut alibi, pro Mascul. ὀλίγοι (ἦσαν) οἱ πιστεύοντες. Illud hic aptius.

Παρελθ. αὐτ.] Rursus habes παρελθ. c. Dat. pro πρὸς αὐτούς· ut apud Homer. τοῖσι δ' ἀνέστη. ἔλεγεν αὐτοῖς, non placet de publica concione.

Τοὺς μ. Ἀθ.] Incipit ab hoc Accus. utut suspenso ab ὅστις μὴ βούλεται, propter antithesin, τοὺς δ' ἀγγέλλοντας θαυμάζω. Latine quoque debebat: Athenienses quidem (qs. quod attinet,) si quis non optat, (illos) ita esse dementes, rel. Tam Logicam concinnitatem collocandi verba non assequatur alia quævis lingua; ne Itala quidem, tali in caussa.

Καὶ ὑπ. γεν.] Primo Καὶ est pro ὥστε. post οὕτω· Nec nos aliter; *so thöricht seyn, und,* rel. pro, *dak sie;* deinde γενέσθαι est pro, ἐθέλειν γεν. ita agere, committere, ut nobis subjiciantur, quanquam id voluerint, id egerint.

Τῆς μ. τόλμ.] Scil πέρι, ἕνεκα. Et ita in altero, τῆς δὲ ἀξυνεσίας· ubi tamen et ab ἔνδηλοι pendere possit: εἰ μὴ οἴονται ἔνδ. εἶναι τῆς ἀξυνεσ. i. e. κατὰ τὴν ἀξυνεσίαν· ut Liv. et Tac. *manifestus iræ, offensionis:* δὲ autem ad ἀξυνεσ. non est pro ἀλλὰ, quia præc. μέν· audaciam quidem *sane (eben)* miror; *at* inscitiam: *aber darüber muk ich,* rel.

Τὸ σφέτ.] Alibi intellexero proprium *commodum;* de quo cum hic sermo non sit; τὸν legisse, et res, et Scholia suaserint. Possis tamen repetere ex φόβῳ cum Abr. δέος, vel, more Nostri, τὸ δὲ δέος· aut τὸ σφέτ. omnino significet *sensum*, animum, consilia sua; quod et referatur ad superius, οὐκ εὔνους τῇ πόλει.

Ἐπηλυγάζωνται] Ita Suidas, Aristoteles, Laërtius, Synesius; et Mœris ἐπηλυγαζόμενος. Glossæ vero, ἐπιλυγάζεσθαι, obnubilare: ab ἠλυγή. vid. Hesychium in voce, et apud Atticistam lege, ἠλυγὴ γὰρ ἡ σκιά. Erotian. locum Thucydidis laudans, male τὸν σφέτερον legit, sed corrigit se in τὰ ἐπιμήνια, et, pro ἐμποδίζονται, inquit, Hippocrates utitur. Confer eundem in λελυγισμένα. Lycophr. v. 351. εἰς ἀνώροφον στέγην Εἱρκτῆς ἀλιβδήσασα ΛΥΓΑΙΑΣ δέμας, tenebricosi. Wass. Ἐπηλυγασάμενος etiam e Platone adfert Eustathius in Iliad. κ'. p. 809. ac λύγην a veteribus σκιὰν, et, adsumto η, ἠλύγην dici, tradit. Auctor Etymolog. M. in ἐπηλυγάζονται, λύγην καλοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ τὴν σκιὰν, ἢ τὴν σκοτίαν. Eustathius et Scholiastes parvus Homeri in Iliad. η'. v. 433. πρὸς τὴν λύγην, ὅ ἐστι σκοτίαν. Scholiastes Apollon. Rhod. II. 1123. καὶ τὸν ἐνιαυτὸν λυκάβαντα, οἱονεὶ λυγάβαντα, ἐπεὶ μετὰ λύγης βαίνει. Et Tzetzes ad Lycophr. l. d. λύγη γὰρ ἡ νύξ. Unde λυγαῖος, *obscurus*, apud Poëtas. Apollon. Rhod. l. d. et I. 218. Euripid. Iphigen. in Taur. v. 110. ubi vid. Barnes. et ad ejusdem Cyclop. v. 676. Aristotelem non solum ἐπηλυγάζεσθαι, sed etiam ἐπηλυγίζεσθαι, dicere, ostendit Budæus in Commentar. Ling. Gr. pag. 346. et ex eo Stephanus. Scholiastes Cass. habet ἐπιλυγάζωνται. Duck.

Τ. δύνανται.] *Hæc est vis rumorum;* adscr. Gottl. Malim, id nimirum *agunt*, id *spectant*, (ut recte Port.) vulgandis hisce nuntiis.

Ἀπὸ ταὐτομ.] *Casu*, temere, nullo consilio, ut solent alioqui rumores.

Ἐκ δὲ ἀνδρ. — ξύγκ.] Primo δὲ est pro ἀλλὰ, ut sæpe; ἐκ deinde pro ὑπὸ, παρὰ, ut Rom. 11. 36. 1 Cor. 8. 6. Ante οὐκ ἀπὸ ταὐτ. intell. καὶ, vel αἱ, absorptum forte ab extr. αι τοῦ δύνανται. Forte et junxeris: τοῦτο δύνανται οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου, non *temere* hoc efficiunt, sed ξύγκεινται· ita finitum

κεινται. ὑμεῖς δὲ, ἢν εὖ βουλεύησθε, οὐκ, ἐξ ὧν οὗτοι ἀγγέλλουσι, σκοποῦντες, λογιεῖσθε τὰ εἰκότα, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἄνθρωποι δεινοὶ καὶ πολλῶν ἔμπειροι (ὥσπερ ἐγὼ Ἀθηναίους ἀξιῶ,) δράσειαν. οὐ γὰρ, αὐτοὺς, εἰκὸς, Πελοποννησίους τε ὑπολιπόντας, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον μήπω βεβαίως καταλελυμένους, ἐπ' ἄλλον πόλεμον οὐκ ἐλάσσω ἑκόντας ἐλθεῖν. ἐπεὶ ἔγωγε, ἀγαπᾷν, οἴομαι, αὐτοὺς, ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα, πόλεις τοσαῦται καὶ οὕτω μεγάλαι.

λζ'. 37. "Εἰ δὲ δὴ, ὥσπερ λέγονται, ἔλθοιεν, ἱκανωτέραν ἡγοῦμαι Σικελίαν Πελοποννήσου διαπολεμῆσαι, ὅσῳ κατὰ πάντα ἄμεινον ἐξήρτυται· τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν αὐτὴν, τῆς νῦν στρατιᾶς, ὥς φασιν, ἐπιούσης, καὶ εἰ δὶς τοσαύτη ἔλθοι, πολὺ κρείσσω εἶναι· οἷς γ', ἐπίσταμαι, οὔθ' ἵππους ἀκολουθήσοντας, οὐδ' αὐτόθεν ποριοθησομένους, εἰ μὴ ὀλίγους τινὰς παρ' Ἐγεσταίων, οὐδ' ὁπλίτας ἰσοπληθεῖς τοῖς ἡμετέροις, ἐπὶ νεῶν γε ἐλθόντας. μέγα γὰρ τὸ καὶ αὐταῖς ταῖς ναυσὶ κούφαις τοσοῦτον πλοῦν δεῦρο κομισθῆναι, τήν τε ἄλλην παρασκευὴν, ὅσην δεῖ ἐπὶ πόλιν τοσήνδε πορισθῆναι, οὐκ ὀλίγην οὖσαν. ὥστε, παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν, εἰ, πόλιν ἑτέραν τοσαύτην, ὅσαι Συρακοῦσαί εἰσιν, ἔλθοιεν ἔχοντες, καὶ ὅμορον οἰκήσαντες, τὸν πόλεμον ποιοῖντο, οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι· ἤπου γε δὴ ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ. ξυστήσεται γὰρ στρατοπέδῳ τε ἐκ νεῶν ἱδρυθέντι, καὶ

Verbum responderit finito. Minus placet, ut languidius: et, cum, aptius ad tenorem, caussamque, δύνανται hic sit, *spectant*, sibi volunt: absurdum etiam fuerit, *casu* temere *spectare*. Anacoluthon certe est, pro ξυγκείμεναι, aut in ἀπὸ ταὐτομ. intell. ἐλθοῦσαι, vel διαθρυλληθεῖσαι, λεχθεῖσαι, *orti*, conflati.

Δεινοὶ] *Periti*, intelligentes, prudentes, ut bene Port. Nam, si sit, (ut solet,) *fortes*, strenui, *start*, eo promtius ausuri intelligantur Athenienses, quod ausuri negentur ab oratore.

Καταλελυμένους] Idem, quod Scholiastes, etiam Thom. Magister adnotat, καταλελυμένους hic active sumi. Duck.

Τοσαῦται] Pro τόσαι ἀριθμῷ· quia hic distingu. a μεγάλαι, et c. 37. et τόσην, et τοσαύτην, et ὅσαι, de *magnitudine*.

Τ. ν. στρ. ὥς. φ. ἐπ.] Nil difficultatis hic reliquerit observata *trajectio*, tam solita Nostro, (v. Phil. Thuc. P. p. 280.) pro, τῆς νῦν (ὥς φ.) ἐπιούσης.

Ὥστε π. τ. rel.] Ordo est: ὥστε, *itaque*, οὐ δοκ. μ. — οὐκ ἂν διαφθαρ. videntur mihi non posse non perire; εἰ ἔλθοιεν ἔχοντες, rel. *vel si venerint* habentes urbem, rel. ἢ ποιοῖντο τ. πόλ. — οἰκήσαντες, (pro οἰκοῦντες, qs. a *longo* inde tempore ibi firmati,) aut bellum fecerint habitantes, rel. παρὰ τοσ. γιν. *tum firmiter* hoc credo; vel, ut Gottleb. vertit, *tanta cum confidentia* (immo *fiducia*, tantopere,) *decerno*; (immo, *judico*.)

Ξυστήσεται γ. —— ἐξιόντες.] Nescio, quid sibi velit Abr. pendere, volens, στρατοπέδῳ ab οἰκήσαντες. Quid est, miscere omnia et turbare, hoc si non est? Nec minus tamen perperam Schol. supplet χρώμενοι. Equidem, nil moratus istas figuras, ita ordinem atque interpreter: οὕτω μόλις — δοκοῦσί μοι —— διαφθαρ. ἤπου γε δὴ ἐν πάσῃ πολ. τ. Σικελ. (ξυστήσεται γάρ· hanc Parenthesin acceperis; *conjunget* enim se nempe Sicilia omnis,

ἐκ σκηνιδίων, καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς, οὐκ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἱππέων ἐξιόντες. τὸ δὲ ξύμπαν, οὐδ᾽ ἂν κρατῆσαι αὐτοὺς τῆς γῆς, ἡγοῦμαι· τοσούτῳ τὴν ἡμετέραν παρασκευὴν κρείσσω νομίζω.

λή. 38. "Ἀλλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, οἵ τε Ἀθηναῖοι γιγνώσκοντες, τὰ σφέτερα αὐτῶν, εὖ οἶδ᾽, ὅτι σώζουσι, καὶ ἐνθένδε ἄνδρες, οὔτε ὄντα, οὔτε ἂν γενόμενα, λογοποιοῦσιν. οὓς ἐγὼ, οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ᾽ ἀεὶ, ἐπίσταμαι, ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε, καὶ ἔτι τούτων κακουργοτέροις, ἢ ἔργοις, βουλομένους καταπλήξαντας τὸ ὑμέτερον πλῆθος, αὐτοὺς τῆς πόλεως ἄρχειν. καὶ δέδοικα μέντοι, μήποτε, πολλὰ πειρῶντες, καὶ κατορθώσωσιν, ἡμεῖς δὲ κακοὶ, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν, ὦμεν προφυλάξασθαί τε, καὶ αἰσθόμενοι ἐπεξελθεῖν. τοιγάρτοι δι᾽ αὐτὰ ἡ πόλις ἡμῶν ὀλιγάκις μὲν ἡσυχάζει, στάσεις δὲ πολλὰς καὶ ἀγῶνας οὐ πρὸς τοὺς πολεμίους πλείονας, ἢ πρὸς αὐτὴν, ἀναιρεῖται, τυραννίδας δὲ, ἔστιν ὅτε, καὶ δυναστείας ἀδίκους. ὧν ἐγὼ πειράσομαι, ἤν γε ὑμεῖς ἐθέλητε ἕπεσθαι, μήποτε ἐφ᾽ ἡμῶν τι περιϊδεῖν γενέσθαι. ὑμᾶς μὲν τοὺς πολλοὺς πείθων, τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζων, μὴ μόνον αὐτοφώρους, (χα-

ut omnem habeant hostem; (ita utitur hoc verbo Thuc. 1. 1. init. et supra c. 21. init. *ἐὰν ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθ.*) *στρατοπέδῳ — ἱδρυθέντι*, nempe *peribunt* (*cum*, quod omitti solet: *tota classe, omni exercitu, venit,*) exercitu e navibus terram capturo; *καὶ* (scil. *δοκοῦσί μοι,*) *οὐκ ἂν —— ἐξιόντες*, non longe progressuri; (mihi videntur.) Simplicius qui dederit, ei vero simpliciter gratias egero; nisi quis *ξυστήσονται* legerit, scil. Athenienses, *consistent*, *Fuk fassen*: a quo deinde pendeat *ἐξιόντες*, ita, ut — exeant, vel progrediantur.

Ἀναγκαίας] Scil. *μόνον, αὐτὸ μόνον·* non ultra summe necessarium usum, non diu suffecturum.

Κρατ. αὐτ. τ. γῆς] *Exscensuros* in terram, pedem ibi fixuros, *Posto, Fuk fassen*. *Potituros terra*, Portus vertit; poteratque, per se, vel ex illo Virgilii, Æn. 1. 171. *Egressi optata potiuntur Troës arena.* Sed ibi ambiguitas nulla, nec de *bello* aut expeditione sermo, ut hic.

Τοσούτῳ] Est Livianum *adeo*, pro *quippe*: et hic pro: *πολλῷ γὰρ κρ.* rel. et totum pro: *ἐγὼ δὲ — κρ. νομίζω οὕτω, ὥστε οὐδ᾽ ἂν κρατ. α. τ. γῆς. ἡγ.*

Σώζουσι] Primo hoc est pro Futuro, *σώσουσιν*, hoc deinde pro, *σώζειν ἐθελήσουσι*, memores erunt, studebunt conservare. Male Portus, et obscure: *res suas conservant. σώζειν* deinde hic est, non, *erretten, eripere* periculo, sed, in discrimen non dare, a periculo abstinere.

Κ. ἐνθένδε] Excidisse potest δὲ post ἐνθένδε, absorptum a priori δέ.

Κακουργοτ.] Scil. *λόγοις τούτων*, iis, (quam sunt ii,) quos nunc confingant. Ita interpretandum, propter *ἤτοι* et alterum *ἢ*, quod reddatur *τῷ ἤτοι·* contra memet ipsum moneo, olim *ἢ* interpretatum *quam*, quod subjiceretur comparativo, *κακουργοτέροις*, tali sensu: sermonibus, et *τούτων*, *in his*, multo magis noxiis quibusdam, quam sint (noxia) ipsa facta. Sed neglexeram prius *ἤτοι*, cui sic nil respondeat.

Πρὶν ἐν τῷ παθ.] Scil. *εἶναι*.

Μὴ μόν. — αὐτ. ——— ἐπιτυγχ.] Vix est, ut satis cohæreant ista. *Non solum* enim quod fiat, et *ipsum* tamen, sicut alterum, fiat: at, *χαλεπὸν γὰρ* addendo, quasi desperans, fieri posse, neget; possit tamen, utut ægrius. Ergo *οὐ μόνον* fuerit pro, *οὐ τόσον, non tam*; aut sic conceperis: studebo quidem in ipso facto illos deprehendisse; sed, quando difficilius hoc fuerit, jam simpliciter occupavero vo-

λεπὸν γὰρ ἐπιτυγχάνειν,) ἀλλὰ καὶ, ὧν βούλονται μὲν, δύνανται δ' οὔ· (τὸν γὰρ ἐχθρὸν, οὐχ ὧν δρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρὴ, εἴπερ καὶ μὴ προφυλαξάμενός τις προπείσεται·) τοὺς δ' αὖ ὀλίγους, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ φυλάσσων, τὰ δὲ καὶ διδάσκων. μάλιστα γὰρ δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν τῆς κακουργίας. καὶ δῆτα (ὃ πολλάκις ἐσκεψάμην,) τί καὶ βούλεσθε, ὦ νεώτεροι; πότερον ἄρχειν ἤδη; ἀλλ' οὐκ ἔννομον. ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον, ἢ, δυναμένους, ἐτέθη, ἀτιμάζειν. ἀλλὰ δὴ μὴ μετὰ πολλῶν ἰσονομεῖσθαι; καὶ πῶς δίκαιον, τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι;

λθ'. 39. "Φήσει τις, δημοκρατίαν οὔτε ξυνετὸν, οὔτ' ἴσον εἶναι, τοὺς δ' ἔχοντας τὰ χρήματα καὶ ἄρχειν ἄριστα βελτίστους. ἐγὼ δέ φημι, πρῶτα μὲν, δῆμον ξύμπαν ὠνομάσθαι, ὀλιγαρχίαν δὲ, μέρος· ἔπειτα, φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλουσίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετοὺς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς· καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν δημοκρα-

luntatem, obviam eundo, priusquam conentur. ἐπιτυγχάνειν non sign. *deprehendere* ipsos; neque enim ita dicitur; sed intell. τούτου, *hoc tenere*, efficere, ut ita opprimantur.

Αὐτοφώρους] Usitatius ἐπ' αὐτοφώρῳ, ait Stephanus. Tamen, etiam alios eo uti, ostendunt Viri Docti ad Pollucem VIII. 69.

Εἴπερ καὶ] Redundat καὶ, aut sign. *forte*.

Προπείσεται] nempe πρὸ τοῦ φυλάξασθαι. Elegans sane antithesis, cum caussa: quod *prius* non caverit, prius patietur. εἴπερ—προπείσεται, est, nisi quis *maluerit* prius pati, quia prius non caverit: qs. occupari, quia (ipse) non occupaverit. Porti interpretatio quomodo e verbis efficiatur, vix video. Tamen videtur μὴ retulisse ad προπείσεται. Genitivi, ὧν δρᾷ, et τῆς διανοίας, pendent ab omisso περὶ, vel ἕνεκα· aut etiam, quod pæne malim, ab om. ἀπό· quia προαμύνεσθαι est, *arcere*, prohibere. Sed verba, τὸν γ. ἐχθρὸν, ad προπείσεται, parenthesin faciunt; nam, τοὺς δ' αὖ ὀλίγους,—ἐλέγχων, refertur ad κολάζων. Et sic excudendum curavi.

Τί καὶ βούλ.] Aut redundat καὶ, ut supra; aut sign. *tandem, quæso; sagt mir, was ihr nur sucht?* Forte ita 1 Cor. 15. 29. τί καὶ βαπτίζονται, cur *tandem* rel. Sed ibi fuerit, *adeo, etiam mortis caussa.*

'Εκ τοῦ μὴ δύν.] i.e. διὰ τὸ, propterea, eo nomine, quod nondum possitis. At in altero Infin. ἀτιμάζειν, nihil opus fuerit illo repetito, ut qui simpliciter ac directo pendeat ab ἐτέθη, *consilium* notans, vel ὥστε intellecto.

Ἄρχ. ἄρ. βελτ.] Pleonasmum inferre τὸ ἄριστα videatur, propter βελτίστους. Sed hoc sign. *aptiores*; cui recte subjiciatur, *ad bene*, optime, imperandum: ἐπιτηδειοτέρους.

'Εγὼ δὲ—ἀφελομένη ἔχει] Stobæus p. 246. ex concione Alcibiadis, male ibi legit, καὶ κατὰ μέρη, et, τῶν δὲ ὠφελίμων. Wass.

Πρῶτα μ. δῆμον] Quia suggerit ὀλιγαρχίαν, δῆμον videtur intelligere δημοκρατίαν, aut rursus ὀλιγαρχίαν, ὀλίγους. Neque tamen *forma* ipsa et conditio imperandi, aut *status* civitatis, est *universum* (totum) ipsum, aut *pars*; at δῆμος, aut ὀλίγοι, quomodo agnoscantur aut distinguantur, aut *exstent* adeo, *publice* et civili modo, nisi imperantes? πρῶτα deinde, ambiguum est, utrum ad φημὶ, tanquam pars sententiæ, referatur, an ad ὠνομάσθαι, ut sit, *primitus*, ab initio status civitatum; cum præsertim præteritum sit, *dictum fuisse*, creditum, judicatum, eoque sic appellatum. Sed ὠνομάσθαι sign. *esse*; et ἔπειτα non ad *historiam*, aut ordinem rerum, sed ad *naturam* conditionemque internam perpetuamque, refertur; ergo et πρῶτα· ut philosophice magis ac politice ratiocinantis ac disputantis oratio sit, quam historice percensentis.

τία ἰσομοιρεῖν. ὀλιγαρχία δὲ τῶν μὲν κινδύνων τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσι, τῶν δ' ὠφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει· ἃ ὑμῶν οἵ τε δυνάμενοι καὶ οἱ νέοι προθυμοῦνται, ἀδύνατα ἐν μεγάλῃ πόλει κατασχεῖν. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ἢ ἀμαθέστατοι ἐστὲ, ὧν ἐγὼ οἶδα, Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι, εἰ εἰδότες τολμᾶτε.

μ'. 40. "Ἀλλ' ἤτοι, μαθόντες γε, ἢ μεταγνόντες, τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε, ἡγησάμενοι, τοῦτο μὲν ἂν ἴσον, καὶ πλέον, οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν, ἤπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος, μετασχεῖν· εἰ δ' ἄλλα βουλήσεσθε, καὶ τοῦ παντὸς κινδυνεῦσαι στερηθῆναι· καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν, ὡς προαισθανομένους, καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας, ἀπαλλαγῆτε. ἡ γὰρ πόλις ἥδε, καὶ εἰ ἔρχονται Ἀθηναῖοι, ἀμυνεῖται αὐτοὺς ἀξίως αὐτῆς·

Ἰσομοιρεῖν.] Ad *res* retuleris, non ad homines; alioqui sit τούτων supra, non ταῦτα· sign. æquabiliter, æqua sorte et conditione descripta, universis contingere. Alioquin ad ταῦτα intell. κατὰ, et ad ἰσομοιρεῖν, τοὺς ἀνθρώπους. Illud mollius.

Μεταδίδωσι] Debebat, ὀλιγαρχίαν — μεταδιδόναι· pendebat enim a φημί. Varietatem quippe amat Thuc. Sic et reliqua pro Infin.

Προθυμ. — — κατασχ.] Dubitaveris, utrum jungas, ἃ — προθυμοῦνται, *quæ quidem illi affectant*, — ἀδύνατα — κατασχεῖν, sc. ὥστε, εἰς τὸ, pro κατέχεσθαι, Pass. *quæ teneri nequeant tamen*; an sic: ἃ προθυμ. κατασχεῖν, quæ obtinere illi student, ἀδύνατα, cum fieri non possint. Illud prætulerim: *Fieri* enim quidni possint? At *teneri*, occupari a paucis non ita possint. Aut bis intell. κατασχεῖν, et ad προθυμ. et ad ἀδύν. ad quod alterum non referenti, comma ponatur post πόλει.

Εἰ μὴ μανθ. rel.] Cum, εἰ μὴ μανθ. referatur ad, ἢ ἀμαθέστ. ἐστὲ, eique diversum reddatur, ἢ ἀδικ. εἰ τολμ. male a fronte posuit illud, εἰ μὴ μανθ. κ. tanquam et ad ἀμαθέστ. et ad ἀδικώτ. referretur. Immo sic ordinaret, et Interpres ita digerat: ἢ ἀμαθ. ἐστὲ, εἰ μὴ μανθ. κ. σπ. ἢ ἀδικ.—εἰ τολμ. Neque enim *commune* utrique membro est illud, εἰ μὴ μανθ. sed tantum ad ἀμαθ. pertinet; alterius Adject. est ἀδικώτ. et Verbum, εἰ τολμ. Vide et hoc, et alia hujusmodi, in Philol. Th. Paull. p. 287. (med.) rel.

Ἀλλ' ἤτοι] Aut pro ἤδη est ἤτοι, aut notat, *sane, agite*, quæso: *Doch nur, lieber: lernt doch lieber einsehen.* Ita pæne Hom. Il. 1. 140. ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις. *Verum, agite* sane, rel.

Μεταγν.] Ad *voluntatem* consiliumque refertur, etiam saniora jamjam intelligentium, ut μαθόντες ad *intelligentiam* cognitionemque errore et inscitia ablatorum.

Ἂν ἴσον] Recte Mss. ἂν καὶ ἴσον. Wass.

Ἀγγελ. — — ἀπαλλαγ.] Si ἀπαλλαγῆτε est, *abstinete* talibus nuntiis: legendum utique, immo præferendum, suppeditantibus libris, πρὸς αἰσθανομένους. Aut προαισθαν. et ἐπιτρέψαντας sint Accusativi simpliciter positi, solitum Græcis: nisi, ἀπαλλαγῆτε Active accipi, licuerit; liberate eos his nuntiis, non amplius illis turbaritis cives: *verschent sie damit*, qs. pro ἀπαλλάξητε.

Ὡς προαισθανομένους, καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας] Stephanus vertit: *ut qui præsenseritis et obstituri sitis*: ad verbum, *et non permissuri sitis.* Refert hæc ad eos, quos adloquitur Athenagoras; in quo Scholiasten sequitur. Sed rectius Portus et Acacius, sententia ipsa postulante. Et bene Scholiastes Cass. καὶ μὴ ἐπιτρεψάντων ἡμῶν, non ὑμῶν, ut Vulgatus. Ἀπαλλαγῆτε Stephanus interpretatur *a vobis amandate*, vel *liberemini*, vel, *date operam, ut a vobis facessant.* Non video, cur tantopere in eo laborarit. Portus bene, *missos facite.* Aristophanes Plut. v. 316. τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες. Duck.

Προαισθαν.] Nempe, et falsos esse nuntios fraudulento consilio confictos.

Κ. μὴ ἐπιτρ.] Nempe, ut a) pro veris habeantur, b) quidquam ex illis decernant.

καὶ στρατηγοί εἰσιν ἡμῖν, οἳ σκέψονται αὐτά. καὶ, εἰ μή τι αὐτῶν ἀληθές ἐστιν, (ὥσπερ οὐκ οἴομαι,) οὐ, πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα, καὶ ἑλομένη ὑμᾶς ἄρχοντας, αὐθαίρετον δουλείαν ἐπιβαλεῖται· αὐτὴ δ' ἐφ' ἑαυτῆς σκοποῦσα, τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται, ἐκ δὲ τοῦ ἔργῳ φυλασσομένη μὴ ἐπιτρέπειν πειράσεται σώζειν."

μα'. 41. Τοιαῦτα Ἀθηναγόρας εἶπε. τῶν δὲ στρατηγῶν εἷς, ἀναστὰς, ἄλλον μὲν οὐδένα ἔτι εἴασε παρελθεῖν, αὐτὸς δὲ, πρὸς τὰ παρόντα, ἔλεξε τοιάδε. "Διαβολὰς μὲν, οὐ σῶφρον, οὔτε λέγειν τινὰς ἐς ἀλλήλους, οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι· πρὸς δὲ τὰ εἰσαγγελλόμενα μᾶλλον ὁρᾷν, ὅπως εἷς τε ἕκαστος καὶ ἡ ξύμπασα πόλις καλῶς τοὺς ἐπιόντας παρασκευαζώμεθα ἀμύνεσθαι. καὶ, ἢν ἄρα μηδὲν δεήσῃ, οὐδεμία βλάβη τοῦ τε τὸ κοινὸν κοσμηθῆναι καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. τὴν δ' ἐπιμέ-

Εἰ μή τι] Nescio, quî retineri possit illud μὴ, ac non præferendum sit μέν. Nam primo, dicere non poterat, *si quid* eorum verum non est, qui, *omnia* conficta, argueret; deinde ait: ut equidem *non* puto, nempe, vera esse: denique addit: non (ideo, nempe, etsi vera sint,) imperatores civitas vos creaverit; atqui hoc opus non erat, si vera non essent, quæ nuntiarentur. Quare nil propius factum, quam, ut in textum reciperem μὲν, quod hic notet, si vel maxime; *wenn auch ja.*

Ἐπιβαλεῖται] Aut tanquam *vestem*, aut ut *jugum*, vel onus.

Ἐφ' ἑαυτῆς σκοποῦσα] Ἀφ' ἑαυτῆς non contemnendum videtur, i. e. *per sese*, *non indigens vestris consiliis, neque ea exspectans.* Sic et alibi, ἀφ' ἑαυτοῦ, et ἀφ' ἑαυτῶν facere, dicit, eos, qui suopte consilio, non exspectato aliorum consilio, vel jussu, faciunt. IV. 68. Ξυνέπεσε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης κηρύξαι. Et V. 60. Ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ οὐ τοῦ πλήθους κελεύσαντος, εἶπον. Etiam eo facit quod est III. 38. Τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι· τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη— ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων. Duck. V. Valken. ad Ammon. P. 2. *Gottleb.* Sign. *sola*, καθ' ἑαυτὴν, vobis remotis, nullo moderante.

Ὡς ἔργα δυν.] Intellexeris, quasi bis posito ὡς· judicabit dicta a vobis, i. e. vel rumores, vel alios sermones, ὡς δυναμένους, tanquam valituros, ὡς ἔργα, ut res ipsas: i. e. partim, an sint veri; nempe, si λόγοι sint *rumores*: partim, ut eodem loco habeantur, nempe improba consilio, sermonibus prodita, ac si jam perpetraritis, quæ conemini. Possis et sic: judicabit sermones vestros, ὡς δυναμένους, tanquam qui valeant efficere, habeant in se, ἔργα, facta ipsa, factorum instar sint. V. Ind. in δύναμαι. Male repetit Schol. οὐκ οἶμαι, quod supra in Parenthesi, contra omnem structuram hic repetatur. Neque ulla hic *negandi* conditio.

Τοιαῦτα Ἀθην.] Vix est, quin omiserit μὲν Thuc. ut nuspiam omissum tali tenore.

Πρὸς τὰ παρ.] Mediam orationem et utroque temperatam habuit, diceret Livius.

Διαβολὰς — ἀποδέχεσθαι] Stobæus pag. 238. pro ἐς legit πρὸς ἀλλήλους. Wass.

Ἀποδέχ.] Msqu. ὑποδέχεσθαι, i. e. *audire*, ad animum referre, rationem earum habere: ἀποδέχεσθαι autem fuerit, *probare*, veras habere, iis credere; ut sæpe in N. T.

Παρασκευαζώμ.] — όμεθα probat, (cum Abr.) Gottl. Non ego: futurum si sit, audiam; hic auctoritate quoque Libr. destituitur.

Ἢν ἄρα] Verte, quod si *vel maxime*; *und wenn (nun) auch.*

Τοῖς ἄλλοις—ἀγάλλεται] Citat Thom. Ma-

λειαν καὶ ἐξέτασιν αὐτῶν ἡμεῖς ἕξομεν, καὶ τῶν πρὸς τὰς πόλεις διαπομπῶν ἅμα, ἔς τε κατασκοπὴν, καὶ ἤν τι ἄλλο φαίνηται ἐπιτήδειον. τὰ δὲ καὶ ἐπιμεμελήμεθα ἤδη, καὶ, ὅ, τι ἂν αἰσθώμεθα, ἐς ὑμᾶς οἴσομεν." Καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, τοσαῦτα εἰπόντος τοῦ στρατηγοῦ, διελύθησαν ἐκ τοῦ ξυλλόγου.

μβ'. 42. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἤδη ἐν τῇ Κερκύρᾳ, αὐτοί τε καὶ οἱ ξύμμαχοι ἅπαντες, ἦσαν· καὶ πρῶτον μὲν ἐπεξέτασιν τοῦ στρατεύματος, καὶ ξύνταξιν, ὥσπερ ἔμελλον ὁρμιεῖσθαί τε καὶ στρατοπεδεύεσθαι, οἱ στρατηγοὶ ἐποιήσαντο· καὶ τρία μέρη νείμαντες, ἐν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν, ἵνα μήτε, ἀναπλέοντες, ἀπορῶσιν ὕδατος, καὶ λιμένων, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐν ταῖς καταγωγαῖς, πρός τε τἄλλα εὐκοσμότεροι καὶ ῥᾴους ἄρχειν ὦσι, κατὰ τέλη στρατηγῷ προστεταγμένοι. ἔπειτα δὲ προὔπεμψαν καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τρεῖς ναῦς, εἰσομένας, αἵτινες σφᾶς τῶν πόλεων δέξονται. καὶ εἴρητο αὐταῖς προαπαντᾷν, ὅπως ἐπιστάμενοι καταπλέωσι.

gister in ἀγάλλω. Wass. Thomas dicit, melius esse ἀγάλλεσθαι, quam λαμπρύνεσθαι. Sane ἀγάλλεσθαι sæpe est *gaudere*, *se efferre* et *jactare* aliqua re. Thucydides III. 62. Καὶ τούτῳ μάλιστα αὐτοί τε ἀγάλλονται. IV. 95. Ἣν (πόλιν) ἕκαστος πατρίδα ἔχων πρώτην ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγάλλεται. Aristophanes Pace V. 1206. ex Archilocho, Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται. Aristænetus I. Ep. 15. Οἷς ὑπερφυῶς ἀγάλλεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκε γένος. Herodotus I. 143. Τῷ τε ὀνόματι ἠγάλλοντο. Neque tamen λαμπρύνεσθαι hac significatione improbandum est, ut minus Atticum, si Scholiasten Aristophanis sequimur, qui ad Equit. v. 553. Μειρακίων θ' ἅμιλλα λαμπρυνομένων ἐν ἅρμασιν, λαμπρυνομένων exponit καυχωμένων, καὶ νικώντων ἐν τοῖς ἅρμασι· quæ et Suidas in λαμπρυνομένων ex eo descripsit. Sed nihil obstat, quo minus λαμπρύνεσθαι ibi de magnifico et splendido adparatu in curribus instruendis accipiatur, ut apud Thucydidem VI. 16. Καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις, καὶ ἄλλῳ τῳ λαμπρύνομαι. Paullo post ἄξομεν in Dan. pro ἕξομεν ab errore scribæ est. Thucydides IV. 89. Τούτων μὲν οὖν ἐγὼ ἕξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν. Herodianus I. 9. Τῆς ἐκείνου σωτηρίας προμήθειαν εἶχον. Duck.

Διαπομπ.] Διὰ hic est Livianum, *circa* vicinos populos, i. e. *ad* omnes, *per* omnes circa.

Τρία μέρη ν.] Εἰς supplet (cum Abr.) Gottl. Per hypallagen ego interpreter: tres partes distribuere, i. e. exercitum *in* tres p. Vel, dividendo effecere tres p. Quin, cum voc. νέμειν fere sit, *assignare*, verterim: tres partes assignarunt ducum singulis; ut infra, clare satis: κατὰ τέλη (i. e. μέρη) στρατηγῷ προστεταγμένοι, *zugegeben, zugeordnet*. Et hoc, per hypallagen, fuerit pro, ἑκάστῳ στρατηγοῦ προσταχθέντος.

Ἐν ἑκάστῳ] Ἓν legit Gottl. ἐν fuerit, περὶ ἑκάστου, de singulis, *qua* singulas partes. ἓν si dedisset Thuc. scriberet, προσεκλήρωσαν.

Ἀναπλέοντες] Ἅμα πλέοντες. vid. Valken. ad Herod. L. 7. p. 533. *Gottl.* Et vero egregie convenit cum addito, ἀπορῶσι· quod consequens foret τῷ ἅμα πλεῖν.

Καταγωγαῖς] Id est, λιμέσι, ait Scholiastes. Pollux quoque I. 99. λιμὴν, ἢ καταγωγή. Sed Kuhnius ibi putat, καταγωγὰς hic potius esse navium appulsus et subvectiones in portum; nempe, quia λιμένας a καταγωγαῖς distinguit Thucydides. Duck.

Ῥᾴους ἄρχειν] Pro Pass. ἄρχεσθαι· Nostri more.

Εἰσομέν.] Per Synesin expl. Abr. Nempe, ut navibus tribuatur, quod hominibus tribuendum fuerit. Et nos ita: *das Schiff bringt dir Nachricht mit*, (ut 46. init. νῆες ἀγγέλλουσαι,) *die Schiffe beobachten*, rel. Synesin tamen non dixerim, ubi Genus et Numerus constet Nomini; Logice tamen fuerit; quam Synecdochen dicamus, continentis hic pro eo, quod contineat.

Ἐπιστάμενοι] Scil. τὰ ὄντα, τὰ ἀναγκαῖα·

μγ΄. 43. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοσῇδε ἤδη τῇ παρασκευῇ Ἀθηναῖοι ἄραντες ἐκ τῆς Κερκύρας, ἐς τὴν Σικελίαν ἐπεραιοῦντο· τριήρεσι μὲν ταῖς πάσαις, τέσσαρσι καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ δυοῖν Ῥοδίοιν πεντηκοντόροιν. τούτων Ἀττικαὶ μὲν ἦσαν ἑκατὸν, ὧν αἱ μὲν ἑξήκοντα, ταχεῖαι, αἱ δ' ἄλλαι, στρατιώτιδες· τὸ δὲ ἄλλο ναυτικὸν, Χίων, καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων· ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν, ἑκατὸν καὶ πεντακισχιλίοις. (καὶ τούτων, Ἀθηναίων μὲν αὐτῶν ἦσαν πεντακόσιοι μὲν καὶ χίλιοι ἐκ καταλόγου, ἑπτακόσιοι δὲ, θῆτες, ἐπιβάται τῶν νεῶν. ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν, τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων, πεντακόσιοι, καὶ Μαντινέων καὶ μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι·) τοξόταις δὲ τοῖς πᾶσιν, ὀγδοήκοντα καὶ τετρακοσίοις· (καὶ τούτων Κρῆτες οἱ ὀγδοήκοντα ἦσαν·) καὶ σφενδονήταις Ῥοδίων ἑπτακοσίοις, καὶ Μεγαρεῦσι ψιλοῖς,

unterrichtet von der (Nedesmaligen) Lage der Sachen; edocti, quo loco res foret.

Τοσῇδε] Male Int. *tanto*; sed: classis constitit ex sequentibus: Heilm. *aus folgenden. Gottl.* Recte; neque enim magnitudo explicatur, quasi ab admirante, quippe tenuis sane, pro tali expeditione; sed numerus tantum et conditio. (Pro *sequentibus*, Latinius diceret, *his*, tot et talibus.)

Ἤδη] *Nunmehr*, omnibus jam paratis.

Τριήρεσι] Triremes armatæ 140. Diodor. p. 331. d. milites 7000. præter naves, socios navales. Wass.

Θῆτες] Infima Atheniensium classis. Vide Sigonium de Rep. Athen. et Annott. ad pag. 156. Huds.

Ἐπιβάται τῶν νεῶν] Ἐπιβάτης non eamdem significationem ubique habet. Quos Homerus ἐμπόρους, Græci post Homerum ἐπιβάτας dixerunt, quos *vectores* vocant, et a *nautis* distinguunt Latini. Sed Atticis ἐπιβάται sunt, qui e navibus pugnant; ἐπίκωποι, qui remigant. Eustathius in Odyss. έ. pag. 1447. Ὁ παρ' Ὁμήρῳ ἔμπορος, παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον ἐπιβάτης. Ἀττικοὶ δὲ τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι κωπηλάτας ἐπικώπους λέγοντες, ἐπιβάτας καλοῦσι τοὺς μαχητάς. Thomas Magister: Ἐπίκωποι, οἱ ἔχοντες τὰς κώπας, καὶ τὰ πηδάλια. ἐπιβάται δὲ κυρίως, οἱ ἐπ' ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦν ποιούμενοι, διδόντες ναῦλον. Ἀττικῶς δὲ, οἱ ἔνοπλοί τε ὄντες καὶ παρεσκευασμένοι εἰς μάχην. Et de his accipienda sunt, quæ habent Harpocration, et ex eo Suidas, et Etymol. M. Auctor: Οὕτως ἐκάλουν τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι στρατευομένους καὶ μὴ κωπηλατοῦντας, ἀλλὰ μόνον πρὸς τὸ μάχεσθαι ἐπιτηδείους. Schefferus II. de Milit. Nav. 3. pag. 103. e Thucydide VIII. 1. et Auctore de Bell. Afric. Cap. XX. disputat, ἐπιβάτας non semper justos milites significare, et sic dictos videri, qui, quum necessitas requireret, vice militum pugnabant. Sed hæc non evertunt sententiam Grammaticorum de usu et significatione hujus vocis apud Atticos. Eam confirmat hic locus Thucydidis, ubi ἐπιβάται ex ὁπλίταις Atheniensium esse dicuntur; et alter ejusdem. VIII. 29. Εἶχον δὲ ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγου ἀναγκαστούς. Eoque etiam referri potest, quod Aristoteles, ad Rempublicam Atheniensium, ut puto, respiciens, VII. Politicor. 6. scribit: Τὸ μὲν γὰρ ἐπιβατικὸν, ἐλεύθερον, καὶ τῶν πεζευόντων ἐστί. Nec dubito, quin fallatur Scholiastes Thucydidis III. 95. ἐπιβάτας exponens ἐρέτας. Duck.

Ξύμμαχοι] Scil. ὡς, vel, ξύμμαχοι ὄντες, *ut*, (tanquam, ceu) socii; non, οἱ ἄλλοι ξύμμ. at nullis dum memoratis.

Ὑπηκόων — Ἀργείων] i. e. ὑπήκοοι, Ἀργεῖοι, vel, ἐξ ὑπηκόων, ἐξ Ἀργείων. *Explicat* hic Genit. pro Appositione. V. Phil. Thuc. Paull. p. 29. et porro.

Οἱ ὀγδοήκ.] i. e. *illi* octog. Articulus in talibus est ἐμφατικῶς καὶ δεικτικῶς capiendus. *Gottl.* Ex Abresch. superius jam notante ad, αἱ μὲν ἑξήκοντα. Simplicius *distribuendi* signum acceperis articulum, ut sæpius. Uti enim *antea* jam memoratus hic numerus, aut quasi *excerptus*? In altero tamen, οἱ ὀγδοήκ. magis tulerim, ubi 80 illi exsuperent et redundent supra illos 400.

φυγάσιν, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἱππαγωγῷ μιᾷ, τριάκοντα ἀγούσῃ ἱππέας.

μδ'. 44. Τοσαύτη ἡ πρώτη παρασκευὴ πρὸς τὸν πόλεμον διέπλει. τούτοις δὲ τὰ ἐπιτήδεια ἄγουσαι ὁλκάδες μὲν τριάκοντα σιταγωγοὶ, καὶ τοὺς σιτοποιοὺς ἔχουσαι, καὶ λιθολόγους, καὶ τέκτονας, καὶ ὅσα ἐς τειχισμὸν ἐργαλεῖα, πλοῖα δὲ ἑκατὸν, ἃ ἐξ ἀνάγκης μετὰ τῶν ὁλκάδων ξυνέπλει, πολλὰ δὲ

Ἱππαγωγῷ] Quæ de hac voce in Var. Lect. adnotat Hudsonus, sunt e Schefferi Lib. IV. de Milit. Nav. Cap. 1. pag. 258. Scribit ibi Schefferus, naves ἱππαγωγοὺς etiam στρατιώτιδας et ὁπλιταγωγοὺς vocari. Vix credo. Quemadmodum non iidem sunt ὁπλῖται et ἱππεῖς, ita etiam aliæ ὁπλιταγωγοὶ, aliæ ἱππαγωγοί. Hoc apertum est e Thucydide II. 56. de expeditione Periclis in Peloponnesum anno secundo Belli Peloponnes. Ἦγε δ' ἐπὶ τῶν νεῶν ὁπλίτας Ἀθηναίων τετρακισχιλίους, καὶ ἱππέας τετρακοσίους, ἐν ναυσὶν ἱππαγωγοῖς, πρῶτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν νεῶν ποιηθείσαις. Et IV. 42. Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Κορινθίαν ἐστράτευσαν ναυσὶν ὀγδοήκοντα, καὶ δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν, καὶ ἐν ἱππαγωγοῖς ναυσὶ, διακοσίοις ἱππεῦσι. Nam ibi distinguuntur naves, quæ ὁπλίτας vehunt, i. e. ὁπλιταγωγοὶ, ab iis, quæ equos et equites. Idem ostendit hic locus, in quo præter naves XL. στρατιώτιδας, una ἱππαγωγὸς memoratur: illæ autem στρατιώτιδες sunt cædem, quas Cap. 31. XL. ὁπλιταγωγοὺς dixerat Thucydides. Et sic etiam Diodorus Sicul. Lib. XX. pag. 775. alias facit naves στρατιωτικὰς, alias ἱππηγούς. Et Polyb. I. 26. seqq. ἱππηγοὺς, quæ aliis navibus adligatæ remulco trahebantur, ab iis, in quibus milites et ἐπιβάται erant, distinguit. Neque ullus est apud Thucydidem locus, in quo ἱππαγωγοὶ, στρατιώτιδες, et ὁπλιταγωγοὶ pro iisdem dicantur. Nam in eo, quem pro hac sententia adfert Schefferus ex VIII. 30. Τριάκοντα ναῦς ἔχοντες, καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς, nihil præsidii est; quum ibi nulla equorum et equitum, sed tantum ὁπλιτῶν, mentio sit. Nec juvant eum hæc Suidæ, e quibus id confici, putat: Ἱππαγωγὸς, ναῦς ἡ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἄνδρας ἄγουσα· ἄνδρες enim ibi sunt ἱππεῖς, ut hic in Thucydide, ἱππαγωγῷ μιᾷ τριάκοντα ἀγούσῃ ἱππέας. Solus Scholiastes Thucydidis ad I. 116. στρατιώτιδας ναῦς et ἱππαγωγοὺς easdem esse, dicit. Sed ἀσύστατα sunt, quæ ille scribit. Στρατιώτιδες, inquit, sunt στρατιώτας ἄγουσαι τοὺς μέλλοντας πεζομαχεῖν· bene. Addit, ἃς καὶ ἱππαγωγοὺς καλεῖ. At ἱππαγωγοὶ tantum equos et equites vehunt, qui pedibus non pugnant. Nec verum est, quod dicit, Thucydidem ναῦς στρατιώτιδας vocare ἱππαγωγούς. Itaque illius nulla habenda est ratio. Sed fortassis illa, ἃς καὶ ἱππαγωγοὺς καλεῖ, a sciolo quodam adsuta sunt. Duck. *Hippagoga* vertit Port. Sed commune est, vel Epicœnum, ex ipso Græco. Et, ni fallor, apud Liv. L. 28. et Jul. Cæs. *hippagogi*, non — *æ*. Ceterum Ablativi omnes pendent ab init. Cap. παρασκευῇ ἄραντες ἐπεραιοῦντο· nempe aut a τοσῇδε παρασκ. per Appositionem, pro Genitivis, aut a verbis, ἄρ. ἐπερ. intellecto σύν.

Τοσαύτη] Rursus omiss. μὲν, responsurum τῷ δὲ, in distribuendo.

Τούτοις δὲ] Quo *referas* τούτοις; nempe ad παρασκευὴν, per Synesin, quia constat navibus et hominibus. Quin idem plane est, ἡ παρασκευὴ διέπλει, ac, quod init. C. 43. dixisset: τοσῇδε παρασκευῇ οἱ Ἀθηναῖοι—— ἐπεραιοῦντο. Ἀθηναῖοι ergo latent in παρασκευῇ. At unde *pendet* τούτοις; Ad ξυνέπλει trahunt alii, ad ξυνηκολούθουν alii. Equidem ad ἄγουσαι retulerim: ὁλκάδες ἄγουσαι τούτοις τὰ ἐπιτήδεια, vel, ἄγ. τὰ ἐπιτ. τούτοις. Quid simplicius? At tunc vel ad διέπλει (pro quo tamen ad ὁλκάδες repetiveris, διέπλεον,) vel ad reliquorum duorum verborum alterum, securus retuleris; aut etiam, quod minime displiceat, pro finito, ἦγον, interpretere. Ceterum, ἃ si retinueris, comma ponendum post ξυνέπλει, non punctum aut colon; tum enim nil, nisi ipsum ἃ, pendeat a ξυνέπλει, quasi, ἃ—ξυνέπλει, sit in Parenthesi.

Λιθολόγους] Thom. Magister in λατόμος. Vide Jungermann. ad Pollucem VII. 118. D.

Ἃ ἐξ ἀνάγκης] Articulus ἃ impeditam reddit orationem. Hoc vidit Æm. Portus, ob eamque causam, ξυνέπλει tantum ad πλοῖα referendum, et in his, τούτοις δὲ, ἠκολούθουν supplendum relinqui, putavit. Mihi magis probatur scriptura Cod. Clar. qui ἃ ignorat. Ita sine ullo supplemento oratio recte procedet, et omnia pendebunt ab uno verbo ξυνέπλει. Verba ἐξ ἀνάγκης *Acacius* in interpretatione præteriit: Valla vortit *necessario*: Portus, *vi necessitatis coacta*. Non liquet, quæ illa necessitas fuerit. An hoc

καὶ ἄλλα πλοῖα καὶ ὁλκάδες ἑκούσιοι ξυνηκολούθουν τῇ στρατιᾷ ἐμπορίας ἕνεκα· ἃ τότε πάντα ἐκ τῆς Κερκύρας ξυνδιέβαλε τὸν Ἰόνιον κόλπον. καὶ προσβαλοῦσα ἡ πᾶσα παρασκευὴ πρός τε ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ πρὸς Τάραντα, καὶ ὡς ἕκαστοι εὐπόρησαν, παρεκομίζοντο τὴν Ἰταλίαν, τῶν μὲν πόλεων οὐ δεχομένων αὐτοὺς ἀγορᾷ οὐδὲ ἄστει, ὕδατι δὲ καὶ ὅρμῳ, Τάραντος δὲ καὶ Λοκρῶν οὐδὲ τούτοις· ἕως ἀφίκοντο ἐς Ῥήγιον, τῆς Ἰταλίας ἀκρωτήριον, καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἠθροίζοντο. καὶ ἔξω τῆς πόλεως, ὡς αὐτοὺς εἴσω οὐκ ἐδέχοντο, στρατόπεδόν τε κατεσκευάσαντο ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ, οὗ αὐτοῖς καὶ ἀγορὰν παρεῖχον· καὶ τὰς ναῦς ἀνελκύσαντες ἡσύχασαν· καὶ πρός τε τοὺς Ῥηγίνους λόγους ἐποιήσαντο, ἀξιοῦντες, Χαλκιδέας ὄντας, Χαλκιδεῦσιν οὖσι Λεοντίνοις βοηθεῖν. οἱ δὲ, οὐδὲ μεθ᾽ ἑτέρων, ἔφασαν, ἔσεσθαι, ἀλλ᾽, ὅ, τι ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰταλιώταις ξυνδοκῇ, τοῦτο ποιήσειν. οἱ δὲ, πρὸς τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πράγματα, ἐσκόπουν, ὅτῳ τρόπῳ ἄριστα προσοίσονται· καὶ τὰς πρόπλους ναῦς ἐκ τῆς Ἐγέστης ἅμα προσέμενον, βουλόμενοι εἰδέναι περὶ τῶν χρημάτων, εἴ ἐστιν, ἃ ἔλεγον ἐν ταῖς Ἀθήναις οἱ ἄγγελοι.

με΄. 45. Τοῖς δὲ Συρακουσίοις ἐν τούτῳ πολλαχόθεν τε ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν κατασκόπων σαφῆ ἠγγέλλετο, ὅτι ἐν Ῥηγίῳ αἱ νῆες εἰσί. καὶ ὡς ἐπὶ τούτοις παρεσκευάζοντο πάσῃ τῇ γνώ-

vult Thucydides, hæc privatorum navigia fuisse, et auctoritate publica classem sequi coacta, quod *comprehendere naves* dicunt Latini? Ita sane videtur; nam, si publica fuissent, nulla causa esset, cur id magis de his solis diceret, quam de omnibus aliis. Ita quoque fortassis intelligendum est, quod supra Cap. 22. dicit, σιτοποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων ἠναγκασμένους ἐμμίσθους. Duck.

Ἐξ ἀνάγκης] Nil morato aliorum interpretationes, de ἐμμίσθοις, quod probari mihi, jam supra negarim, interpretari liceat forte: *ad usus necessarios*, τῶν ὁλκάδων nimirum, quin et ceterarum. Sane obstiterit diversum, ἑκούσιοι· sed hoc ad totum retuleris, nempe, quæ non expeditionem publicam, publice, sed sua privatim consilia, suas spes, sua commoda, sequerentur injussæ.

Ἰόνιον κόλπον] Ita Mss. absolute Ἰόνιον· neque aliter invenisse videtur in suis Diodorus, qui hoc in loco Ἰόνιον πόρον. vid. ad 6. 34. ita etiam Polybius II. p. 142. W.

Ἡ πᾶσα παρασκευὴ] Non male quidam Codd. ἡ παρασκευὴ πᾶσα. Idem.

Τῶν μὲν πόλεων οὐ δεχομένων αὐτοὺς ἀγορᾷ, οὐδὲ ἄστει, ὕδατι δὲ καὶ ὅρμῳ] Hæc pulchre explicat Casaubonus ad Polybium I. 18. pag. 183. Duck.

Καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἠθροίζοντο] Ἤδη non habet Thom. Magister in ἐνταῦθα. Duck.

Καὶ ὡς ἐπὶ τούτοις παρεσκευάζοντο] Scholiastæ explicatio longe quæsita est. Puto, hoc ita dici, ut παρασκευάζεσθαι, ἑτοιμάζεσθαι, διατάσσεσθαι ὡς ἐπὶ μάχῃ, ναυμαχίᾳ, et alia hujusmodi, quæ centies in Thucydide leguntur. Duck. Ἐξῆν supplet (ex Abr.) Gottl. Nullo hic sensu; Quid enim hic sit: *Quantum contra illos licebat?* Verte simpliciter: *Contra hos ergo*, (Athenienses, navibus Rhegium appulsos,) his ut occurrerent; Vel: *hoc ergo nuntio* accepto: *His* (*ergo*, καὶ hic est pro οὖν, ut 46. extr.) *cognitis*, his moti. Quocunque modo hic vertenti, ὡς redundabit: nisi, qs. intellecto εἰκὸς, verteris, *ut par erat*, tali re comperta, ad talem nuntium. Denique pro ἤδη, *nun-*

μῃ, καὶ οὐκέτι ἠπίστουν· καὶ ἔς τε τοὺς Σικελοὺς περιέπεμπον, ἔνθα μὲν, φύλακας, πρὸς δὲ τοὺς, πρέσβεις· καὶ ἐς τὰ περίπλοια τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρουρὰς ἐσεκόμιζον· τά τε ἐν τῇ πόλει, ὅπλων ἐξετάσει καὶ ἵππων, ἐσκόπουν, εἰ ἐντελῆ ἐστι· καὶ τἄλλα, ὡς ἐπὶ ταχεῖ πολέμῳ καὶ ὅσονοὺ παρόντι, καθίσταντο.

μϛτ΄. 46. Αἱ δ᾽ ἐκ τῆς Ἐγέστης τρεῖς νῆες αἱ πρόπλοι παραγίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὸ Ῥήγιον, ἀγγέλλουσαι, ὅτι τἄλλα μὲν οὐκ ἔστι χρήματα, ἃ ὑπέσχοντο, τριάκοντα δὲ τάλαντα μόνα φαίνεται. καὶ οἱ στρατηγοὶ εὐθὺς ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν, ὅτι αὐτοῖς τοῦτό τε πρῶτον ἀντεκεκρούκει, καὶ οἱ Ῥηγῖνοι, οὐκ ἐθελήσαντες ξυστρατεύειν, οὓς πρῶτον ἤρξαντο πείθειν, καὶ εἰκὸς ἦν μάλιστα, Λεοντίνων τε ξυγγενεῖς ὄντας, καὶ σφίσιν ἀεὶ ἐπιτηδείους. καὶ τῷ μὲν Νικίᾳ προσδεχομένῳ ἦν τὰ

mehr, valuerit ἐπὶ τούτοις, cui hoc ipsum εἰκὸς, aut ἔδει, si suppleret Abr. audirem.

Περιέπεμπον] Idem valet hoc verbum, quod supra διαπομπαὶ, 41. extr.

Ἔνθα μὲν] Variavit, more suo, Thuc. subjecturus, πρὸς δὲ τούς. ἔνθα hic notat terminum, *ad quem*; alias fere, *in* quo.

Περίπλοια] Quid sint περίπλοια, non scio. Περιπόλια plerique Mss. et vetustiores Edd. habent, atque etiam III. 99. et VII. 48. dicit Thucydides. Pollux IX. 16. præterea alium locum e Thucydide adfert, ἐν περιπολίοις τισὶν ἐλήφθη, idque exponit ἐν προαστείοις. Sed fortassis, memoria lapsus, Thucydidi tribuit, quod alterius erat. Vidi ibi Jungermannum. Scholiastes quidem περίπλοια videtur probasse: nam ad hanc vocem pertinet interpretatio illius, non ad περιπόλια. Sed Scholiastes Cass. nihil aliud habet, quam, περιπόλια τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρούρια τῶν περιπόλων· quod plerosque magis probaturos, credo. In Thucydide quoque III. 99. Περιπόλιον non pro nomine proprio alicujus loci, sed pro communi, accipiendum, arbitror. Duck. Vix immorati videntur huic vocabulo Intt. aut Schol. qui, addens, γράφεται περιπόλια, sine καὶ, non varietatem Lect. sed veritatem, videatur notare; ut tamen veluti conjungat Lect. utramque, addito, περιπλέοντες. Forte sint loca, quæ circumiri navibus possent, per quæ transitus navibus pateret ad Syracusas. περιπόλια autem (non a πόλις, sed a πολεῖν,) fuerint castella finibus imposita, *Grenzorte*, *Barrieren*.

Ἤρξ. πείθειν] Dictum ἐν περιφράσει, pro ἔπειθον, persuadere conati fuerant. *Gottl.* (ex Abresch.) Si sign. *conati* fuerant, periphrasis non est, sed *sensus* τοῦ ἄρχεσθαι. Videtur ad Rheginos referri, *primos* auctores consilii hujus; nisi πρῶτον sit pro πρότερον, *antea*. Sane enim Periphrasin Verbi ipsius habet τὸ ἄρχεσθαι additum ut Actor. 1. 1. Sed quid ad οἱ Ῥηγῖνοι intelligas? Aut ἀντεκεκρούκεισαν, ex proximo ἀντεκεκρούκει, ad quod τοῦτό τε aptum responderit τῷ, καὶ, in οἱ Ῥηγ. etsi singularis hic est; verum ita et Cic. de Offic. 1. 7. med. *partem patria vindicat, partem amici*; repete, *vindicant*. V. Philol. Thuc. P. p. 184. extr. rel. Ita genus quoque alterum repetas: Tac. Ann. 2. 1. init. *mota Orientis regna, et provinciæ Rom.* scil. *motæ* sunt. Quid tamen, si e verbis, ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν, repetisse ausim, ἀθυμίαν αὐτοῖς ἐνεποιοῦντο; ad ξυστρατεύειν intell. τούτοις, ἐκείνοις.

Προσδεχομ.] Plane ita 2. 60. init. καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν — γεγένηται, i. e. exspectabam, prævideram. Et alibi, τοῖς δὲ βουλομένοις ἦν πολεμεῖν, et τῷ δήμῳ βουλομένῳ ἦν· ut Liv. *quibus bellum volentibus erat*, i. e. qui volebant bellum. Quid nisi hic ἀλογώτατα opponatur: interpretari προσδεχομένῳ malim, *volenti*, lætanti accidebant; quia nimirum fides illa constaret ipsius prædicto et consilio. Sane enim προσδέχεσθαι ut δέχεσθαι, ἀποδέξασθαι magis sign. (lætum) *accipere*, probare; et vero Niciæ hic apprime congruerit. Sed tamen et *exspectare*, prævidere, sign. ut 2. 60. init. et Rom. 8. 25. δι᾽ ἐλπίδος ἀπεκδεχόμεθα· Ebr. 11. 11. ἐξεδέχετο τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. Vix tamen, hic seponi, patiar, *gaudendi* notionem; quippe et

περὶ τῶν Ἐγεσταίων, τοῖν δὲ ἑτέροιν καὶ ἀλογώτερα. οἱ δὲ Ἐγεσταῖοι τοιόνδε τι ἐξετεχνήσαντο τότε, ὅτε οἱ πρῶτοι πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἦλθον αὐτοῖς ἐς τὴν κατασκοπὴν τῶν χρημάτων· ἔς τε τὸ ἐν Ἔρυκι ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀγαγόντες αὐτοὺς, ἐπέδειξαν τὰ ἀναθήματα, φιάλας τε, καὶ οἰνοχόας, καὶ θυμιατήρια, καὶ ἄλλην κατασκευὴν οὐκ ὀλίγην. ἃ, ὄντα ἀργυρᾶ, πολλῷ πλείω τὴν ὄψιν ἀπ᾽ ὀλίγης δυνάμεως χρημάτων παρείχετο· καὶ ἰδίᾳ ξενίσεις ποιούμενοι τῶν τριηριτῶν, τά τε ἐξ αὐτῆς Ἐγέστης ἐκπώματα καὶ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ ξυλλέξαντες, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐγγὺς πόλεων καὶ Φοινικικῶν καὶ Ἑλληνίδων αἰτησάμενοι, ἐσέφερον ἐς τὰς ἑστιάσεις, ὡς οἰκεῖα ἕκαστοι. καὶ πάντων ὡς ἐπιτοπολὺ τοῖς αὐτοῖς χρωμένων, καὶ πανταχοῦ πολλῶν φαινομένων, μεγάλην τὴν ἔκπληξιν τοῖς ἐκ τῶν τριηρῶν Ἀθηναίοις παρεῖχε. καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας, διεθρόησαν, ὡς χρήματα πολλὰ ἴδοιεν. καὶ οἱ μὲν, αὐτοί τε ἀπατηθέντες, καὶ τοὺς ἄλλους τότε πείσαντες, ἐπειδὴ

in diverso, *ἀλογώτατα*, *molestiæ* et perturbationis notio inest; ut vicissim in verbo *ἀσπάζεσθαι*, læte accipere, Ebr. 11. 13. *sperandi* quoque notio adjungenda: Unde et supra: *ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν.*

Τ. — ἑτέρ.] Pro *λοιποῖν*, *reliquis* duobus.

Καὶ ἀλογώτ.] Καὶ h. l. partim distribuendi vim habet, partim, superlativo additum, respondit Latino *vel*, nostro, *gar sehr*, *ben weitem*; nempe si *ἀλογώτατα*, legerimus; ad comparat. quidem, *ἀλογώτερα*, fuerit, *eo*, *tanto*, (*desto unerwarteter*,) nempe Niciæ comparatis.

Ἀλογώτερα] Marg. *ἀλογώτατα*, nescio, an vere. Wass.

Κατασκοπὴν] Thom. Magister, hunc locum laudans, *κατασκοπὴ οὐ μόνον ἐπὶ πολεμίων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἁπλῶς θεωρίας*. Paullo ante suspectum est *τότε*, tamquam factum e præcedente *το* et sequente *ὅτε*. Duck.

Ἐπέδ.] *Ostentandi* notionem verbo tribuit (ex Abr.) Gottl. Immo hic *confirmandi*, persuadendi, spei faciendæ, consilium eminet; ut Matth. 4. 8. *δείκνυσιν αὐτῷ*, nempe quibus illum pelliceret, sibi manciparet. Xen. M. S. 4. 1. *ἐπιδεικνύων*, demonstrans, firmans exemplo, quod defenderet, *persuadere* ergo cupiens. *Ostendandi* quidem sensu Media Forma solennior.

Κατασκευὴν] De hac significatione vocis *κατασκευὴ* vide, quæ Viri Clar. Jungermannus et Hemsterhusius adnotarunt ad Pollucem X. 11. Thucydides II, 97. *Ὅσα ὑφαντά τε καὶ λεῖα, καὶ ἡ ἄλλη κατασκευή.* Duck.

Πλ. τ. ὄψ. ἀπ᾽ ὀλίγ. δυν.] Primo *πλείω τ. ὄψ.* est pro *πλειόνων· multiplicem* speciem, majorem, quam pro numero, præbuere, ut *plura* esse *numero* et multitudine viderentur, quam vere essent; *ἀπ᾽ ὀλίγης* deinde *δυνάμ.* est, *in* (summa) paucitate ac tenuitate divitiarum. *Pretium* Port. hic vertit *δύναμιν*: male; Nam, etsi *δύνασθαι* notat *valere*, (*betragen*,) tanquam, *τάλαντον δύναται ἑξήκ. μνᾶς· vasorum* tamen *δύναμιν pretium* intellexerit nemo, sed numorum et ponderum. Nec vero de *pretio* sermo hic, sed de *copia*, numero, multitudine ementita.

Ξενίσεις] Hoc *τραχὺ*, inquit Pollux VI. 7. Wass. Thomas Magister in *ξενίζω* inter Attica vocabula numerat ex hoc loco. Duck.

Τριηριτ.] *Τριηραρχῶν* Msqu. Explicatio haud dubie *τριηριτῶν*, quorum primores scilicet et ductores tantum haud dubie tam opipare excepissent, non reliquos itidem.

Διεθρόησαν — ἴδοιεν] Suidas, *ἀντὶ τοῦ, διελάλησαν, διεθορύβησαν. ἔπη θροεῖ*, Sophocles Ajace. Euripides: *τίνα θροεῖς αὐδάν*; Homerus II. 8. *Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς* ΘΡΟ´ΟΣ. Josephus Antiq. XIX. §. 16. *Τάδε εἰκάζετο βουλήσει τῇ ἀλογίστῳ τῶν* ΘΡΟΕΙ῀Ν *προθεμένων*. Confer Apollonium Rhod. III. 748. I. 697. Pindar. *Πολύφατον ὕμνων* ΘΡΟ´ΟΝ *δινεῖ* Ἡσυχ. Dionys. Halic. VI. Antiq. 57. ΘΡΟΥ῀Σ *πολὺς ἐνέπεσε τῇ βουλῇ*. Noster sæpe *θροῦς*. Wass. *Vulgarunt*, *machten ein Geschren*. *Perturbandi* notio hic aliena.

διῆλθεν ὁ λόγος, ὅτι οὐκ εἴη ἐν τῇ Ἐγέστῃ τὰ χρήματα, πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. οἱ δὲ στρατηγοὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐβουλεύοντο.

μζʹ. 47. Καὶ Νικίου μὲν ἦν γνώμη, πλεῖν ἐπὶ Σελινοῦντα πάσῃ τῇ στρατιᾷ, ἐφ᾽ ὅπερ μάλιστα ἐπέμφθησαν· καὶ, ἢν μὲν παρέχωσι χρήματα παντὶ τῷ στρατεύματι Ἐγεσταῖοι, πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ταῖς ἑξήκοντα ναυσὶν, ὅσασπερ ᾐτήσαντο, ἀξιοῦν, διδόναι αὐτοὺς τροφήν· καὶ παραμείναντας, Σελινουντίους, ἢ βίᾳ, ἢ ξυμβάσει, διαλλάξαι αὐτοῖς, καὶ οὕτω παραπλεύσαντας τὰς ἄλλας πόλεις, καὶ ἐπιδείξαντας μὲν τὴν δύναμιν τῆς Ἀθηναίων πόλεως, δηλώσαντας δὲ τὴν ἐς τοὺς φίλους καὶ ξυμμάχους προθυμίαν, ἀποπλεῖν οἴκαδε, ἢν μή τι δι᾽ ὀλίγου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου ἢ Λεοντίνους οἷοί τε ὦσιν ὠφελῆσαι, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ πόλεων προσαγαγέσθαι, καὶ τῇ πόλει δαπανῶντας τὰ οἰκεῖα μὴ κινδυνεύειν.

μηʹ. 48. Ἀλκιβιάδης δὲ, οὐκ, ἔφη, χρῆναι, τοσαύτῃ δυνάμει ἐκπλεύσαντας, αἰσχρῶς καὶ ἀπράκτως ἀπελθεῖν, ἀλλ᾽ ἔς τε τὰς πόλεις ἐπικηρυκεύεσθαι, πλὴν Σελινοῦντος καὶ Συρακουσῶν, τὰς ἄλλας, καὶ πειρᾶσθαι καὶ τοὺς Σικελοὺς, τοὺς

Διῆλθ. ὁ λόγος] Pro eo, ἐξῆλθεν ὁ λόγος, ἡ φήμη, Matth. 9. 26. Luc. 7. 17. *vulgatus* est rumor. Hic tamen etiam verteris, *pervenit*, nempe ad exercitum, de quo seqn.

Πολλ. τ. αἰτ. εἶχ. ὑπὸ τ. στρ.] V. Bibl. Crit. Vol. 2. p. 57. *Gottl.* Alibi, ἐν αἰτίᾳ ἦν, similiter cum ὑπὸ, per Meton. pro Passivo ἐνεκαλοῦντο· ut, φεύγειν, ἀποθανεῖν ὑπό τινος, p. *pelli*, *interfici*. V. Phil. Th. P. p. 258. (lit. d.) rel.

Διαλλ. αὐτ.] *Segestanis* (ita enim solemnius Latinis, Ciceroni utique, Lib. 4. in Verr. quam *Egestæis*,) supplet Port. Longius paullo repetitum et ex obscuro; forte leg. αὐτοῖς, *ipsis*, Atheniensibus. Cod. Reg. et Aug. αὐτούς· quod sane ad Segestanos referatur et ipsum: commodius forte tamen ad Athenienses, per Synesin; qs. τοὺς ἐν ταῖς ξ. ναυσί.

Ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου] i. e. ἀδοκήτως· ut Lat. *ex* insperato. Forte tamen leg. του, sine accentu, p. τινός.

Καὶ τῇ πόλει δαπ. rel.] Ambiguus sane locus, seu ordinem verborum, seu sensum spectes. Ordo esse potest: 1) καὶ μὴ κινδ. τ. πόλει, δαπαν. τ. οἰκ. Ubi κινδυνεύειν sit, *periculum creare:* ne, sua (simul) impendendo (etiam), reipubl. periculum commoverent. Quæras, an ita adhibeatur κινδυνεύειν; 2) καὶ μὴ κινδ. (κατὰ, περὶ, εἰς, *qua*,) τὰ οἰκεῖα, δαπαν. τῇ πόλει· ne suamet perderent, dum (ea) impenderent usibus reipubl. Rursus hic parum solitum, δαπανᾷν τινι, in ejus gratiam, ejus caussa, sumtus facere; Contexto tamen congruerit, maxime τῷ, ἀποπλεῖν οἴκαδε· 3) καὶ, δαπανῶντ. τὰ οἰκεῖα, μὴ κινδ. τῇ π. h. e. ita impendere sua, ne (tamen) reip. nocerent. Sensum simul, pro vario ordine, varium proposuimus; Media ratio commodior ceteris videatur, ut et verbis aptior, et rei ipsi, quæ hic agatur.

Τῇ πόλει δαπανῶντας] Scholiastes, et omnes Interpretes, hæc ita ordinant: καὶ, δαπανῶντας τὰ οἰκεῖα, μὴ κινδυνεύειν τῇ πόλει· ut supra Cap. 10. τῇ πόλει κινδυνεύειν. Stephanus adnotat, τὰ οἰκεῖα etiam de ipsius civitatis facultatibus posse accipi. Nempe putavit, dativum πόλει hic significare damnum; qui usus dativorum obvius est; ut δαπανᾷν τῇ πόλει hic idem sit, quod Thucydides IV. 3. dixit, δαπανᾷν τὴν πόλιν· et κινδυνεύειν τὰ οἰκεῖα poni per ellipsin, pro κατὰ τὰ οἰκεῖα. Ita sententia erit: *ne, civitatem sumtibus exhauriendo, de nostris rebus, de Republica et imperio nostro, periclitemur.* Duck.

μὲν ἀφιστάναι ἀπὸ τῶν Συρακουσίων, τοὺς δὲ, φίλους ποιεῖσθαι, ἵνα σῖτον καὶ στρατιὰν ἔχωσι· πρῶτον δὲ πείθειν Μεσσηνίους (ἐν πόρῳ γὰρ μάλιστα καὶ προσβολῇ εἶναι αὐτοὺς τῆς Σικελίας,) καὶ λιμένα καὶ ἐφόρμησιν τῇ στρατιᾷ ἱκανωτάτην ἔσεσθαι· προσαγαγομένους δὲ τὰς πόλεις, εἰδότας, μεθ' ὧν τὶς πολεμήσει, οὕτως ἤδη Συρακούσαις καὶ Σελινοῦντι ἐπιχειρεῖν· ἢν μὴ οἱ μὲν Ἐγεσταίοις ξυμβαίνωσιν, οἱ δὲ Λεοντίνους ἐῶσι κατοικίζειν.

μθ'. 49. Λάμαχος δὲ, ἄντικρυς, ἔφη, χρῆναι πλεῖν ἐπὶ Συρακούσας, καὶ πρὸς τῇ πόλει ὡς τάχιστα τὴν μάχην ποιεῖσθαι, ἕως ἔτι ἀπαράσκευοί τε εἰσὶ, καὶ μάλιστα ἐκπεπληγμένοι. τὸ γὰρ πρῶτον πᾶν στράτευμα δεινότατον εἶναι· ἢν

Καὶ προσβολῇ] Ita IV. 1. de Messana: Ὁρῶντες προσβολὴν ἔχον τὸ χωρίον τῆς Σικελίας. VII. 4. Αἷς εἴρητο, περί τε Λοκροὺς, καὶ Ῥήγιον, καὶ τὴν προσβολὴν τῆς Σικελίας ναυλοχεῖν αὐτάς. Lucianus Toxar. pag. 71. Ἐν προσβολῇ δέ ἐστι τοῖς ἀπὸ Σκυθίας προσπλέουσιν. Vide Scholiasten Thucyd. ad IV. 53. Mox non temere adsperner scripturam Cod. Reg. ἐφόρμισιν. Ὁρμίσασθαι et ἐφορμίσασθαι ἐς λιμένα dicit Thucydides III. 76. et IV. 8. Et ἐφόρμους e III. 6. Suidas exponit ἐφορμίσεις, et προσβολὴν Scholiastes Thucyd. ad IV. 1. et 53. προσόρμισιν. Thomas Magister quidem, non minus recte ἐφόρμησις, quam ἔφορμος, dici, adfirmat. Sed ἐφόρμησις apud Thucydidem III. 33. aliud notat, nempe occasionem hostem adgrediendi et cum eo pugnandi. Quia tamen, ἐφορμεῖν alibi eadem significatione, qua ἐφορμίζειν, dici, video, nihil hic tento. Duck.

Προσαγαγομένους] Ita recte plerique Mss. cum Edd. et Scholiaste, non προσαγομένους. Wass.

Μεθ' ὧν τις πολ.] Μεθ' ὧν est, *quibus sociis*, adjuturis; τὶς πολ. pro, αὐτοὶ πολεμήσουσι. Germanum quidem haud sane offenderit illud τὶς, dicere suetum, *mit wem einer, mit wem man*, rel. Sed minime contemnenda Lectio Codd. τολμήσει, *mit wem man es (es einer) wagen fönne (dürfe)*, scil. πολεμεῖν, vel, quibus *fidere* possint; *auf die man rechnen dürfe.*

Οὕτ. ἤδη] *Tum vero, (dann nunmehr).*

Ἄντικρυς] Male Port. *palam dixit*; Cur enim dissimularet, aut quid? Immo ἄντικρυς refer ad πλεῖν, *recta*, statim, *gerades Meges*, vel, *e vestigio (fogleich)*; illud melius, *gerade.* Illi quoque congruerit, quod sequitur.

Καὶ πρὸς τῇ πόλει ὡς τάχιστα τὴν μάχην ποιεῖσθαι] Stephanus dicit, e sequentibus patere, sententiam horum verborum esse, *et urbem obsidione primo quoque tempore esse oppugnandam*: vel, *obsidendam et oppugnandam.* Hoc mihi ex iis, quæ postea dicuntur, nondum satis clare patet. Itaque interim sequor ceteros Interpretes. Duck.

Πρὸς τῇ π. τ. μ. ποι.] De obsidione, vel oppugnatione, cum Steph. intelligi e verbis, quæ infra subjiciantur, πρὸς τῇ πόλει καθέζηται, quod, propter additum ibi, κρατοῦσα, non vult (Abr. et ex eo) Gottl. non assequor; quasi non et in oppugnatione κρατεῖν, superior esse, possit exercitus, non repulsus, puta, eruptionibus obsessorum, ipse contra feliciter pugnans in erumpentes rel. Quomodo autem καθέζηται de *pugna* intelligas, aut τὸ ἀπορεῖν χρημάτων in prœlio cogites? Plus profecto obstiterit ipsum voc. μάχης, obsidioni haud sane congruum; at *oppugnationi* tamen, ut Sagunti apud Liv. 21. 7. extr. 8. init. Neque vero video, qui, ita statim ad urbem admoto exercitu pugnam commissuri fuerint, quasi in ipsis unice situm. Quid, si non egressi Syracusani, pugnæ se non committerent? Relinqui ergo videtur, ut hic aut *oppugnationem* significet μάχη, sicut ipsum Lat. *pugna* dicitur, aut πόλεμον· *ut portis Syrac. bellum admoverent.* Nam, de *bello* quoque μάχην adhiberi posse, vel ξύμμαχοι, ία, εῖν, satis declaret. Neque *oppugnationi* satis congruerit, πρὸς τῇ πόλει, *prope* urbem.

Τὸ γ. πρῶτ.] Junxeris forte, πρῶτον στράτευμα, *primum* quemque *exercitum*, i. e. primum nunc, non antea, visum, oblatum. Tamen et Adverb. acceperis (κατὰ), τὸ πρῶτον, *initio*, primitus, vel, *das erste mal.* Nec tamen illud posthabuerim.

δὲ χρονίσῃ, πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, τῇ γνώμῃ ἀναθαρσοῦντας ἀνθρώπους, καὶ τῇ ὄψει καταφρονεῖν μᾶλλον. αἰφνίδιοι δὲ ἢν προσπέσωσιν, ἕως ἔτι περιδεεῖς προσδέχονται, μάλιστ᾽ ἂν σφᾶς περιγενέσθαι, καὶ κατὰ πάντα ἂν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι, τῇ τε ὄψει (πλεῖστοι γὰρ ἂν νῦν φανῆναι,) καὶ τῇ προσδοκίᾳ, ὧν πείσονται, μάλιστα δ᾽ ἂν τῷ αὐτίκα κινδύνῳ τῆς μάχης. εἰκὸς δὲ εἶναι, καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς πολλοὺς ἀποληφθῆναι ἔξω, διὰ τὸ ἀπιστεῖν, σφᾶς μὴ ἥξειν· καὶ ἐσκομιζομένων αὐτῶν, τὴν στρατιὰν οὐκ ἀπορήσειν χρημάτων, ἢν πρὸς τῇ πόλει κρατοῦσα καθέζηται. τούς τε ἄλλους Σικελιώτας οὕτως ἤδη μᾶλλον καὶ ἐκείνοις οὐ ξυμμαχήσειν, καὶ σφίσι προσιέναι, καὶ οὐ διαμελλήσειν περισκοποῦντας, ὁπότεροι κρατήσουσι. ναύσταθμον δὲ, ἐπαναχωρήσαντας, καὶ ἐφορμηθέντας, Μέγαρα, ἔφη, χρῆναι ποιεῖσθαι, ἃ ἦν ἔρημα, ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν, οὔτε ὁδόν.

ν΄. 50. Λάμαχος μὲν, ταῦτα εἰπὼν, ὅμως προσέθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ. μετὰ δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης, τῇ αὑτοῦ νηῒ διαπλεύσας ἐς Μεσήνην, καὶ λόγους ποιησάμενος περὶ ξυμμαχίας πρὸς αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀλλ᾽ ἀπεκρίναντο, πόλει μὲν ἂν οὐ δέξεσθαι, ἀγορὰν δ᾽ ἔξω παρέξειν, ἀπέπλει ἐς τὸ Ῥήγιον. καὶ εὐθὺς ξυμπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς ἐκ πασῶν οἱ στρατηγοὶ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια λαβόντες, παρέπλεον ἐς Νάξον, τὴν ἄλλην στρατιὰν ἐν Ῥηγίῳ καταλιπόντες καὶ ἕνα σφῶν αὐτῶν. Ναξίων δὲ δεξαμένων τῇ πόλει,

Κ. τῇ ὄψει] i. e. ἐν τῇ ὄψει, ὀπτομένους, *cum viderint*; vel, ipso adspectu, i. e. ita spectare, ut contemnant, non metuant: qs. *contemnente* (contemtore) *vultu*, haud timidis oculis, *fixis* oculis, (ut Hor. Carm. 1. 3. 18. loquitur, ex certissima emend. Cuninghami, quam damnare ipse, tam commodam, non debebat;) vel (ut alibi Hor. 2. 16. extr.) *oculo irretorto*, spectare sustineant. Quidni enim, *vultu*, *adspectu contemnere*, dixeris, i. e. ita contueri, ut ostendas, te non timere? Ita Sueton. Cæs. c. 32. init. *gestu in aliud tempus differenti*, i. e. eum gestum moventi, quo ostenderet, se velle, rem differri, monstranti per gestum, rem esse differendam. Quodsi cui tamen argutius videatur, is per ἐν suppleverit, ut alibi ipse feci. V. Phil. Th. P. p. 50. lib. 6. squ.

Αἰφνίδιοι] Plerique Mss. αἰφνίδιον. Sed illud præstat. Wass.

Πλεῖστοι γ. νῦν φαν.] Νῦν, si nunc statim improvisi accesserint. Sed pro πλεῖστοι scriberet sane πλείστους. Neque enim similis prorsus structura illi, ἄριστος εὔχεται εἶναι, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, aliis, ubi de *se ipso* loquens *ipse* inducatur. Neque enim hic ἔλεγον, aut ἐνόμιζον addideris, quia non Athenienses *ipsi* loquantur, sed Lamachus, cui ἔλεγεν aptum, quartum utique casum postulet, ut de *alio*. Sed nimirum ita loquentem sibimet finxit Lamachum Thuc. ac si *ipsi* loquerentur *Athen. quorum* sane esset *ipse*.

Οὐκ ἀπορήσειν] *Marg.* μή. at Scholiastes agnoscit οὐκ. an forte οὐ μή? Wass.

Λάμαχος μὲν, ταῦτα] Plenius Gr. δὲ μὲν ταῦτα. Cl. μὲν τοσαῦτα. opinor rectius, Wass.

παρέπλεον ἐς Κατάνην. καὶ ὡς αὐτοὺς οἱ Καταναῖοι οὐκ ἐδέχοντο, (ἐνῆσαν γὰρ αὐτόθι ἄνδρες τὰ Συρακουσίων βουλόμενοι) ἐκομίσθησαν ἐπὶ τὸν Τηρίαν ποταμὸν, καὶ αὐλισάμενοι, τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ Συρακούσας ἔπλεον, ἐπὶ κέρως ἔχοντες τὰς ἄλλας ναῦς. δέκα δὲ τῶν νεῶν προὔπεμψαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα, πλεῦσαί τε, καὶ κατασκέψασθαι, εἴ τι ναυτικόν ἐστι καθειλκυσμένον, καὶ κηρύξαι ἀπὸ τῶν νεῶν, προσπλεύσαντας, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἥκουσι, Λεοντίνους ἐς τὴν ἑαυτῶν κατοικιοῦντες, κατὰ ξυμμαχίαν καὶ ξυγγένειαν· τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων, ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίων ἀδεῶς ἀπιέναι. ἐπεὶ δ' ἐκηρύχθη, καὶ κατεσκέψαντο τήν τε πόλιν καὶ τοὺς λιμένας καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν, ἐξ ἧς αὐτοῖς ὁρμωμένοις πολεμητέα ἦν, ἀπέπλευσαν πάλιν ἐς Κατάνην.

να΄. 51. Καὶ ἐκκλησίας γενομένης, τὴν μὲν στρατιὰν οὐκ ἐδέχοντο οἱ Καταναῖοι, τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ἐσελθόντας, ἐκέλευον, ὅ, τι βούλονται, εἰπεῖν. καὶ, λέγοντος τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τετραμμένων, οἱ στρατιῶται πυλίδα τινὰ ἐνῳκοδομημένην κακῶς ἔλαθον διελόντες· καὶ ἐσελθόντες, ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν. τῶν δὲ Κα-

Ἐπὶ κέρως] Antea ἐπικαίρως. Vide ad VI. 32. Wass. Ἐπικαίρως Cam. Reg. et Cass. cum omnibus Edd. et Schol. sed alterum haud dubie præferendum est. Paullo post Basil. etiam melius ἐς τὸν μέγαν λιμένα, πλεῦσαί τε, καὶ κατασκ.

Ἀθηναίων] Non intelligo, quomodo Athenienses, qui per præconem hæc Leontinis denunciaturi, et eos ad se evocaturi erant, possint dici illos hortaturi, ut ad amicos Atheniensium venirent. Scriptura Cod. Dan. Ἀθηναίους plana est. Duck. Ἀθηναίων absurda haud dubie lectio, ad similitudinem Genitivi proximi superioris Λεοντίνων, et quod Genitivus fere sequi soleret vocab. εὐεργέτης.

Ὅ, τι βούλ. εἰπ.] Haud dubie leg. εἴ τι, *si quid* vellent, non, ὅ, τι, *quidquid* vellent; id enim nec desiderarent, nec ferrent.

Ἐνῳκοδ.] Ἐνῳκοδομημένων Mosquens. tanquam *plures* ibi male munitæ; sed tunc τῶν abesse nequeat. Incommoda haud dubie Lectio. Cur autem *inædificatam*, i. e. aptatam, insertam, additam? Redundare videtur ἐν, aut leg. ἐξῳκοδομ. Nam *obstructam* vertenti *obstructæ* plane, *zugemavert*, intelligendæ sint omnes portæ urbis. Vix probabile satis! Et tamen debebat, ἀπῳκοδομ. ut 1. 134. extr.

Κακῶς] Polyænus I. 40. 4. p. 86. sed explicandi gratia, σαθρῶς. vid. Schol. Diodorus tantum διελόντες πυλίδα, 332. d. Adde etiam Frontinum III. 2. ubi Petrensis commune *commodum*. Wass.

Ἠγόραζον] Omnes Interpretes vertunt, *mercabantur*. Scholiastes, et Grammatici veteres, Hesychius, Suidas h. v. Eustathius in Homer. Iliad. β΄. p. 192. Ammonius in ὠνήσασθαι, Scholiastes Aristoph. ad Equit. v. 1370. et Acharnens. v. 720. ἀγοράζειν exponunt, ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν. Et ita hic interpretantur Viri Celeberr. Salmasius de Usur. pag. 339. et Jac. Gronovius ad Lucian. Toxar. p. 71. ubi plura videri possunt. Nec causa est aliam interpretationem quærendi; etsi alioqui non negari potest, ἀγοράσαι etiam dici pro ὠνήσασθαι, i. e. πρίασθαί τι τῶν πωλουμένων, quod ex Aristophanis Plut. v. 985. Ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον ostendit Suidas. Sic ἠγορασμένος, *emtus*, in illo Menandri apud Zenobium II. Proverb. 12. et Diogenian. I. 100. Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ, πρὸς ἅλας ἠγορασμένος. Nam in foro potissimum proponebantur multæ res venales. Unde Aristophanes Acharn. l. d. quum dixisset: Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πε-

ταναίων, οἱ μὲν τὰ τῶν Συρακουσίων φρονοῦντες, ὡς εἶδον τὸ στράτευμα ἔνδον, εὐθὺς περιδεεῖς γενόμενοι, ὑπεξῆλθον, οὐ πολλοί τινές· οἱ δὲ ἄλλοι ἐψηφίσαντό τε ξυμμαχίαν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἐκέλευον ἐκ Ῥηγίου κομίζειν. μετὰ δὲ τοῦτο πλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸ Ῥήγιον, πάσῃ ἤδη τῇ στρατιᾷ ἄραντες ἐς τὴν Κατάνην, ἐπειδὴ ἀφίκοντο, κατεσκευάζοντο τὸ στρατόπεδον.

νβ'. 52. Ἐσηγγέλλετο δὲ αὐτοῖς ἔκ τε Καμαρίνης, ὡς, εἰ ἔλθοιεν, προσχωροῖεν ἂν, καὶ ὅτι Συρακούσιοι πληροῦσι ναυτικόν. ἁπάσῃ οὖν τῇ στρατιᾷ παρέπλευσαν, πρῶτον μὲν ἐπὶ Συρακούσας· καὶ, ὡς οὐδὲν εὗρον ναυτικὸν πληρούμενον, παρεκομίζοντο αὖθις ἐπὶ Καμαρίνης, καὶ σχόντες ἐς τὸν αἰγιαλὸν, ἐπεκηρυκεύοντο. οἱ δ' οὐκ ἐδέχοντο, λέγοντες, σφίσι τὰ ὅρκια εἶναι, μιᾷ νηῒ καταπλεόντων Ἀθηναίων δέχεσθαι, ἢν μὴ αὐτοὶ πλείους μεταπέμπωσιν. ἄπρακτοι δὲ γενόμενοι, ἀπέπλεον· καὶ ἀποβάντες κατά τι τῆς Συρακουσίας, καὶ ἁρπαγὴν ποιησάμενοι, καὶ τῶν Συρακουσίων ἱππέων βοηθησάντων, καὶ τῶν ψιλῶν τινὰς ἐσκεδασμένους διαφθειράντων, ἀπεκομίσθησαν ἐς Κατάνην.

νγ'. 53. Καὶ καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν, ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην, ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν ἐς ἀπολογίαν, ὧν ἡ πόλις ἐνεκάλει, καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς τῶν στρατιωτῶν τῶν μετ' αὐτοῦ, μεμηνυμένων περὶ τῶν μυστηρίων ὡς ἀσεβούντων, τῶν δὲ, καὶ περὶ τῶν Ἑρμῶν. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ ἡ στρατιὰ ἀπέπλευσεν, οὐδὲν ἧσσον ζήτησιν ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὰ μυστήρια καὶ τῶν περὶ τοὺς Ἑρμᾶς δρασθέντων· καὶ οὐ δοκιμάζοντες τοὺς μηνυτὰς, ἀλλὰ πάντας ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι, διὰ

λοποννησίοις Ἔξεστι, statim addit: Ἐφ' ᾧτε πωλεῖν πρὸς ἐμέ. DUCK.

Παρεκομίζ.] Παρεσκευάζοντο Msqu. At enim *parati* jam erant; aut intell. ἰέναι. Non placet.

Τὴν Σαλαμινίαν ναῦν] De navi Salaminia vid. Schol. Aristoph. ad Aves v. 147. et 1204. aut Suidam in vocc. WASS. Ναῦν, nisi, uno excepto Cod. C. omnes alii libri scripti haberent, tuto omitti posset: ut supra III. 33. et 79. apud Aristophan. loc. dict. Plutarch. Alcibiad. p. 368. et alios. Infra Cap. 61. utroque modo Thucydides. D.

Ὡς ἀσεβ.] Pro ἀσεβησάντων, ἠσεβηκότων.

Τῶν περὶ τὰ μυστ. καὶ] Hæc verba abs. Msqu. Haud dubie absorpta a repetito τῶν περί.

Πάντας ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι] Quidam Mss. πάντα, non male; sed paulo post invenitur. WASS. Πάντα legerunt etiam Valla, et Acacius; quorum ille, *suspicionibus omnia rimantes*, hic, *inclinatis ad omnem suspicionem animis*, vertit. Nec displicet. Stephanus πάντας prætulit. DUCK. Haud du-

πονηρῶν ἀνθρώπων πίστιν, πάνυ χρηστοὺς τῶν πολιτῶν ξυλλαμβάνοντες κατέδουν· χρησιμώτερον, ἡγούμενοι, εἶναι, βασανίσαι τὸ πρᾶγμα καὶ εὑρεῖν, ἢ διὰ μηνυτοῦ πονηρίαν, τινὰ, καὶ χρηστὸν δοκοῦντα εἶναι, αἰτιαθέντα, ἀνέλεγκτον διαφυγεῖν. ἐπιστάμενος γὰρ ὁ δῆμος ἀκοῇ, τὴν Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων τυραννίδα χαλεπὴν τελευτῶσαν γενομένην, καὶ προσέτι οὐδ' ὑφ' ἑαυτῶν καὶ Ἁρμοδίου καταλυθεῖσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐφοβεῖτο ἀεὶ, καὶ πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε.

νδ'. 54. Τὸ γὰρ Ἀριστογείτονος καὶ Ἁρμοδίου τόλμημα δι' ἐρωτικὴν ξυντυχίαν ἐπεχειρήθη· ἣν ἐγὼ ἐπιπλέον διηγησάμενος, ἀποφανῶ, οὔτε τοὺς ἄλλους, οὔτε αὐτοὺς Ἀθηναίους, περὶ τῶν σφετέρων τυράννων, οὐδὲ περὶ τοῦ γενομένου, ἀκριβὲς οὐδὲν λέγοντας. Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι, οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ'

bie præferendum *πάντα*, propter *ὑπόπτως*· utut melius congruerit *πάντας τῷ μηνυτάς*· sed et infra, h. Cap. extr. *πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανον*, iisdem pæne verbis; quippe *λαμβάνειν* idem est, quod *ἀποδέχεσθαι*, *audire*, admittere, accipere. 1 Joh. 5. 9. *εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν.*

Πονηρ. ἀνθρ. πίστιν] Obs. Genitivi usum, *πίστιν ἀνθρώπων*, p. *εἰς ἀνθρώπους*· ut in N. Test. *πίστις θεοῦ, Χριστοῦ*, 2 Cor. 10. 5. (ubi ad *νόημα* intell. *τῶν ἀπίστων*, additum 4. 4.) p. *εἰς θεὸν, εἰς Χριστόν.* Ita *ὑπακοὴ πίστεως*, Rom. 1. 5. pro *εἰς τὴν πίστιν*, fidem Christi doctrinæ, Evangelio, habendam. Unde explices forte Rom. 4. 17. *ἐπίστευσε θεοῦ*, i. e. *πίστιν εἶχε τοῦ θεοῦ, εἰς τὸν θεόν.* Nisi forte ibi, (ut obiter immorer loco, ob hanc ipsam structuram impeditiori,) *κατέναντι* respondet Ebraico לִפְנֵי, *coram*; reputatus est pater (princeps, exemplum, *animo* et moribus *parens*, vs. 12. 16. C. 9. vs. 7, 8. quem æmulati, vere sint ejus filii;) *κατέν. θεοῦ*, *apud*, (illum) Deum, *οὗ*, pro *ᾧ*, more articuli hujus, pro, *θεοῦ ἐκείνου, ᾧ ἐπίστ.* Memorandum satis addidero, quod R. Dav. Kimchi, Comm. ad Malach. 2. 15. (ad v. אֶחָד) vocat Abrahamum *patrem* omnibus (omnium) הַבָּאִים אַחֲרָיו venientibus post eum in fide ejus, i. e. imitatis fidem ejus, plane ut ibi Paullus. (Cf. Joh. 8. 39, 40.)

Ἐπιπλ. διηγ.] Vide de h. v. Dorvill. ad Charit. p. 9. *Gottl.*

Τ. ἄλλους] Præter Athenienses: tanquam Herodotum.

Γηραιοῦ] Γηραιὸς e Thucydide laudat Pollux II. 13. Utuntur eo etiam plures. Duck. *χηραιοῦ* habet Basil. vitiose forte, ut solet; at, nihil notante Cel. Matthæi, qui ad hancce Edit. contulerit Cod. Mosqu. sane et hic videtur habere *χηραιοῦ*, *viduo* mortuo Pisistr. Nil tamen hoc ad caussam; neque a *χῆρος* fit *χηραιὸς*, utut possit. Ergo tantum Codicis Mosqu. honori dedi, ut notarem.

Οὐχ Ἵππαρχος etc.] De Hippia et Hipparcho, uter horum natu major, magnum sane inter maximos Auctores est dissidium. Hippiam quidem Thucydides dicit, ac, constare id sibi liquido, affirmat; atque ex Thucydide (ut videtur) Scholiastes Comici in Vespis, Polyænus, l. 5. et Libanius in Declam. xxix. Contra Plato Hipparchum statuit in Dialogo ejus nominis, et hunc sequutus Ælianus Var. Hist. l. 8. c. 2. Platonis sententiæ ut accedam, (inquit Meursius,) facit Heraclides Ponticus, qui in fragmentis operis *de Rebuspubl.* in catalogo tyrannorum post Pisistratum parentem primo loco Hipparchum ponit, secundo Thessalum, tertioque demum Hippiam; cui consentit Clidemus, antiquissimus rerum Atticarum scriptor, citatus ab Athenæo, lib. xiii. Huds. Disertissime omnium, quorum auctoritas in hac re valere debet, contra, quam Thucydides, scribit Plato: (ὃς Ἵππαρχος) *τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος.* E Clidemi verbis apud Athenæum XIII. ult. Ἐξέδωκε δὲ (Pisistratus) Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ Φύην, τῷ μετὰ αὐτὸν τυραννεύσαντι, et ex Heraclidæ libello de Rebuspubl. hoc non pro certissimo confici potest. Nam neque semper, qui patri in imperio succedit, est

Ἱππίας, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε τὴν ἀρχήν. γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπροῦ, Ἀριστογείτων, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν, μέσος πολίτης, ἐραστὴς ὢν, εἶχεν αὐτόν. πειραθεὶς δὲ ὁ Ἁρμόδιος ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου, καὶ οὐ πεισθεὶς, καταγορεύει τῷ Ἀριστογείτονι. ὁ δὲ, ἐρωτικῶς περιαλγήσας, καὶ φοβηθεὶς τὴν Ἱππάρχου δύναμιν μὴ βίᾳ προσαναγάγηται αὐτὸν, ἐπιβουλεύει εὐθὺς, ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως, κατάλυσιν τῇ τυραννίδι. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἵππαρχος, ὡς, αὖθις πειράσας, οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸν Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾷν, ἐν τόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ, ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ, παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν. οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο· καὶ ἐπετήδευ-

natu maximus fratrum: neque Scriptores in enumerandis pluribus fratribus ubique ordinem ætatis et nascendi sequuntur; quod exemplis, si opus esset, ostendi posset. Clidemus autem ille, si, quod putant Meursius in Pisistrato Cap. XI. et Vossius Lib. III. de Historic. Græc. idem est, qui in Pausania X. 15. antiquissimus rerum Atticarum scriptor Clitodemus; tamen Thucydide non vetustior fuit, ut constat ex eodem loco Pausaniæ. E recentioribus alii Thucydidem, quem auctorem nominat Scholiastes Aristoph. Vesp. v. 500. et Lysistr. 619. alii Platonem, sequuti sunt. Probabile est, quod putat Clar. Perizonius ad Ælianum, diversitatem hanc sententiarum et confusionem ex eo ortam, quod Pisistrati filii communiter summam potestatem Athenis obtinuerunt. Nam, consortes tyrannidis fuisse, non solum ex iis, quæ paullo post disputat Meursius, verum etiam ex aliis Scriptoribus, liquet. Heraclides l. d. etiam Thessalum tyrannidem tenuisse, dicit: Ἵππαρχος, ὁ υἱὸς Πεισιστράτου, παιδιώδης ἦν, καὶ ἐρωτικὸς, καὶ φιλόμουσος. Θεσσαλὸς δὲ νεώτερος, καὶ θρασύς. Τοῦτον ΤΥΡΑΝΝΟΥ͂ΝΤΑ μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει. Item Diodorus Sicul. in Excerpt. Peiresc. p. 250. Ὅτι Θετταλὸς, ὁ Πεισιστράτου υἱὸς, σοφὸς ὑπάρχων, ἀπείπατο τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν ἰσότητα ζηλώσας, μεγάλης ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρὰ τοῖς πολίταις. οἱ δὲ ἄλλοι, Ἵππαρχος καὶ Ἱππίας, βίαιοι καὶ χαλεποὶ καθεστῶτες ἐτυράννουν τῆς πόλεως. Et ita possunt accipi verba Clidemi de Hipparcho, τῷ μετὰ αὐτὸν τυραννεύσαντι· nam etiam is τυραννεύει, qui non solus, sed una cum aliis, tyrannidem tenet. D.

Μέσος πολίτης] Lucianus de Parasit. pag. 262. Τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων, δημοτικὸς ὢν καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; Videtur verba Thucydidis ad argumentum, in quo versabatur, adcommodasse. Nam Aristoteles IV. Polit. 11. et 12. μέσους πολίτας medios inter πλουσίους et πένητας ponit, et, eos esse, dicit, qui neque nimis divites, neque nimis pauperes sunt. Et Plutarchus Solon. princ. Ἀνδρὸς οὐσίᾳ μὲν, ὥς φασὶ, καὶ δυνάμει μέσου τῶν πολιτῶν. Fortassis ex hoc genere civium sunt, quos Latini *patres familias* dicunt. Livius I. 45. II. 36. Suetonius Aug. Cap. LIX. Calig. XXVI. et Domit. X. et e Livio Valerius M. VII. 3. 1. Duck.

Εἶχεν αὐτόν.] Ita hac voce usus apud Laërtium II. 75. Aristippus. Nec abeunt Latini. Terentius: "quis Chrysidem *habuit?*" W.

Πειραθεὶς—Ἀριστογείτονι] Suidas in πειρᾷν. Pindarus Pyth. II. 60. Διὸς ἄκοιτιν ἘΠΕΙΡΑ͂ΤΟ. Vide *Aristoph.* Plut. v. 1068. Confer Aristot. Rhetor. p. 112. Max. Tyrium VIII. p. 83. Eustathium in Iliad δ'. p. 445. qui hic πειρασθεὶς legit. Sed Noster alibi hac voce utitur. Cæterum aliam Hipparchi cædis causam memorat Plato p. 513. Wass. Πειραθεὶς habet etiam Thom. Magister in πειρῶ. Sed, quod hic πειρᾶσθαι exponit συννεύειν, et πείρασιν Cap. seq. σύννευσιν, vel ipsius, vel alterius, qui locum corrupit, error est. Duck.

Τῇ τυραννίδι] Τῆς τυραννίδος Mosqu. Interpretatio haud dubie Dativi.

Κατεστήσατο] Male expl. Schol. εὐτάκτησεν· id quod per se notare non possit hoc verbum, nec soleat. Quid deinde faceret addito ἀνεπιφθόνως, redundaturo plane, si εὐτάκτ. illud jam notaret? Sed fortasse ad duo illa vocabb. juncta referendum Schol. κατεστήσατο est simpliciter pro ἦν, *erat*, se gerebat. Ita καθεστῶτες νόμοι, καθεστῶσα πολιτεία, quæ (nunc) sint, sit; καθεστὼς

σαν ἐπιπλεῖστον δὴ τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν καὶ ξύνεσιν, καὶ Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων, τήν τε πόλιν αὐτῶν καλῶς διεκόσμησαν, καὶ τοὺς πολέμους διέφερον, καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον. τὰ δὲ ἄλλα αὐτὴ ἡ πόλις τοῖς πρὶν κειμένοις νόμοις ἐχρῆτο, πλὴν, καθόσον, ἀεί τινα, ἐπεμέλοντο, σφῶν αὐτῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς εἶναι. καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχὴν, καὶ Πεισίστρατος, ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱὸς, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Ἄρχων ἀνέθηκε, καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προσοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ, ἠφάνισε τοὐπίγραμμα· τοῦ δ' ἐν Πυθίου, ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν, ἀμυδροῖς γράμμασι, λέγον τάδε·

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υἱὸς
Θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

χρόνος ipsi Thucydidi, *hoc* tempus, *præsens*, quod *sit*, agatur. Quippe καταστῆσαι, Activ. Nostro est, *efficere*, reddere, ut 1. 32. init. ergo Passivum, vel Med. *fieri*, *esse*: καθεστῶτος πολέμου, vel καταστάντος, i. e. ὄντος, γενομένου, orto, manente. Ita Paullus, Act. 26. 22. *Dei auxilio ad hunc (usque) diem* ἕστηκα, i. e. *mansi* incolumis, servatus vivo, superstes ago. (En Latinum quoque *stare*, in voc. *superstes*, pro *esse*, agere, vivere!) Ita Ebræis קוּם et עָמַר subinde notat *esse*, adesse, vivere; Rabbinis maxime, quibus et יקום *substantium* notet, naturam, quæ adsit, exstet. Ita Nostro, φανερὸν κατέστη, i. e. ἐγένετο. V. Ind.

Εἰκοστὴν] Vide Spanhemium de Usu et Præstant. Numism. Dissert. XIII. pag. 551. Pisistratus exigebat δεκάτην τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων. Meurs. in Pisistr. Cap. VI. VII. et IX. Duck.

Καὶ τοὺς πολέμους διέφερον] Hoc Scholiastes Cass. exponit διήνυον. Et sic omnes Interpretes acceperunt, ut, I. 11. Εἰ ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, i. e. ὑπέμενον, ἐξήνυον· qua significatione etiam Dionysium Halicarn. sæpe dicere διαφέρειν τὸν πόλεμον, ostendit Stephanus ad Dionys. pag. 741. Hujus loci sententiæ tamen non male videtur convenire, ut διαφέρειν sit *præstare*, *excellere*, *eminere*, et τοὺς πολέμους διέφερον, idem, quod alibi Thucydides et alii dicunt, ἀγαθοὶ, vel ἄριστοι ἦσαν τὰ πολέμια. Lucianus Dial. mortuor. pag. 286. Πάντων σχεδὸν τῶν πρὸ ἐμοῦ φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια. Plato apud Stephanum διαφέρειν ἐν τῷ πολέμῳ. Et Thucydides II. 39. Διαφέρομεν δὲ καὶ ταῖς τῶν πολεμικῶν μελέταις τῶν ἐναντίων τοῖσδε. Pausanias I. 23. de Pisistrato et Hippia: Περιάνδρου φιλάνθρωποι μᾶλλον καὶ σοφώτεροι τά τε πολεμικὰ ἦσαν. D.

Πολ. διέφ.] Scil. καλῶς· qs. *tolerabant*, *perferebant*, ad (felicem) exitum perducebant.

Ἐς τὰ ἱερὰ] Pro ἐν τοῖς ἱεροῖς· ut Tac. *apud provincias*, *Germaniam*, Liv. *ad templa*, *ad* (omnia) pulvinaria, i. e. *in*. Hoc autem cur laudat hic Thuc. tanquam haud tyrannicum, sed civile? Neque enim sacra utique turbasse, aut neglexisse, aut, abolitis veteribus, nova instituisse, tyranni inveniantur. (Periander tamen, fœde abusus sacris, in templum congregatas matronas cultu spoliavit.) Sed tamen civilitatem habebant, primo id ipsum, quod nil novarent, νόμῳ πόλεως, ritu patrio, sacra facerent; deinde, quod *communiter*, cum *reliquis*, ad templa et sacra venirent; quo ipso et civiliter immiscerentur civibus, et, committere sese in cœtus illorum ausi, fiduciam et securitatem illis probarent; ubi præsertim et sacras epulas communiter et propalam celebrarent, forte et carnes, vinum, alia, populo distribuerent. Quæstione sane digna res erat, utut neminem, quod scirem, advertisset.

Τ. δώδ. θ. βωμ.] V. Aristoph. Aves, vs. 95. et Beck. p. 12. *Gottl.* Ante τῶν excidisse possit τὸν, ut mox est, τὸν τοῦ Ἀπόλλ.

Ἀνέθηκε] Notandum, quod de *ædificatione* dicatur; alioqui de *donariis* tantum.

Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου] Πύθιον templum A-

νέ. 55. Ὅτι δὲ πρεσβύτατος ὢν Ἱππίας ἦρξεν, εἰδὼς μὲν καὶ ἀκοῇ ἀκριβέστερον ἄλλων, ἰσχυρίζομαι, γνοίη δ' ἂν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ· παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ φαίνονται

pollinis apud Athenienses memorat Thucydides II. 15. De eo plura legi possunt in Meursii Pisistr. Cap. IX. XVII. et Athen. Attic. II. 12. Portus quidem pro Πυθίου conjicit Πυθίῳ, sed addit etiam retineri posse Πυθίου, dempe τεμένει, ut infra in Epigrammate; vel, ἱερῷ. Hoc præferendum est conjecturæ. Philostratus I. de Vitis Sophistar. IX. apud Meursium, ἐν τῷ τοῦ Πυθίου ἱερῷ. Duck.

Παῖδες γὰρ αὐτῷ etc.] Thucydides rationes affert, quibus sententiam suam adstruit: quas invalidas esse probat Meursius in Pisistr. Cap. XI. hisce verbis: "Haud equidem, quia liberos solus habuit, ideo, ille et duxisse uxorem primus, et fuisse primogenitus, est dicendus: tum, uxorem ut primus duxerit, neque sic valere argumentum potest: nam, quam sæpe usu venit, ut aut, cælibe primogenito, nuptias secundus contrahat; aut secundus, ineundo matrimonio, primogenitum antevertat. Hic, Thucydides, nil te juvo; et judicium requiro. Neque mihi istud argumentum placet, quod, in prima hunc columna, post Pisistratum parentem, primum scriptum fuisse, dicis. Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ, etc. *Deinde in columna prima prior ille est perscriptus, post parentem; neque etiam abs re istud: quippe qui et primus ab eo exstitisset, et tyrannidem tenuisset.* Etenim columnas istas Athenienses, ceu injustæ tyrannorum dominationis quoddam monumentum, posuerunt. Ita ipse nobis dicis, in citatis statim verbis: Καὶ ἡ στήλη, etc. *Et columna, quæ in arce Atheniensi de injuria tyrannorum constituta est.* Eapropter merito Hippiam primo loco posuerunt; quod is eos post parentem quam sævissime habuisset; non, quod primogenitus esset: nam Hipparchi principatus sine culpa ulla fuit et invidia, si Harmodii contumeliam unam excipias. Ita etiam illud ipse memoras: Καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἵππαρχος, etc. *Interea vero Hipparchus, cum Harmodium iterum sollicitasset, neque magis profecisset, nihil quidem violenti intentare destinabat, sed in loco quodam obscuro, veluti non hac de causa, contumeliam parabat; quippe neque cætero suo principatu gravis erat multitudini, seque citra invidiam gesserat.* Ergo illud est, quod dixi; hic tyrannidis potius ordinem; quam ætatis, Athenienses expresserunt. Inde dicis: si Hipparchus in tyrannide decessisset, Hippiæ difficile futurum fuisse, eodem die principatum vindicare. Οὐ μὴν οὐδ' ἂν κατασχεῖν, etc. *Quin nec Hippias videtur ita facile e vestigio tyrannidem retenturus fuisse, si Hipparchus, in imperio constitutus, decessisset, et eodem ipse die principatum vindicare debuisset.* Verum neque hoc momenti quidquam habet; si quidem ille, quod tu negas, summa animi magnitudine et solertia, etsi in discrimine maximo constitutus, tamen fecit. Nam, cum nuntium de Hipparcho interfecto accepisset, fortiter sane et prudenter facinus dissimulavit; et ad eos, qui armati pompam ducerent, se recepit: tum et ponere arma jussit, et seorsim in locum quendam, ceu facturus verba illic, evocavit: quo cum illi secessissent, clam submissis stipatoribus, et ablatis armis omnibus, comprehendit, si quos ipse insimularet: aut cum pugione etiam inveniret; quando solum scutum et hastam, pompæ deducendæ causa, habere liceret: atque ita principatum sibi asseruit. Ipse narras, statim postea: Ἀγγελθέντος δὲ Ἱππίᾳ ἐς τὸν Κεραμεικὸν, etc. *Cum ad Hippiam in Ceramicum nuntius allatus esset, non ad facinus, sed ductores pompæ armatos, priusquam illi id resciscerent, longiuscule absentes, se convertit: ac, composito ad dissimulandam hanc calamitatem suam vultu, locum ostendit, et in illum sine armis abscedere jussit. Quo cum ii, aliquid dicturum rati, secessissent; ipse, jussis arma subducere stipatoribus, e vestigio comprehendit, quos insimularet criminis, aut cum pugione offenderet: nam cum scuto tantum et hasta pompam prosequi moris erat.* Post hæc ait: nil cunctatum, neque anxium hæsisse, tanquam imperandi rudem et insolitum; quod necesse, si fuisset natu minor; et, Hipparcho demum cæso, principatum accepisset. Καὶ οὐχ, ὡς ἀδελφὸς νεώτερος ὢν, etc. *Neque, ut frater natu minor, consilii inops, animique anxius hæsit, quod non semper ante id tempus principatui assuevisset.* Atqui hoc sciendum tibi hic, Thucydides; etsi dignitas principatus summa esset penes Hipparchum, natu maximum, tamen omnes Pisistrati filios communiter tyrannos dictos, et rempublicam, a parente occupatam quam acceperant, consiliis semper inter se communicatis administrasse; ita, ut hic novum nihil, aut inusitatum antea, quamlibet natu minori, Hippiæ acciderit. Ac, tyrannos communi nomine appellatos, tradit Scholiastes Comici ad Vespas ejus: Κοινῶς δὲ πάντες οἱ Πεισιστρατίδαι τύραννοι ἐλέγοντο. Communiter autem principatum tenuisse, ipse expressis verbis dicis, in narratione eadem; et commemoras, pace pariter ac bello, optime administrasse: tum vicesimam etiam tantum exegisse, cum

τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι· ὡς ὅ, τε βωμὸς σημαίνει, καὶ ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα· ἐν ᾗ Θεσσαλοῦ μὲν οὐδ' Ἱππάρχου οὐδεὶς παῖς γέγραπται, Ἱππίου δὲ πέντε, οἳ αὐτῷ ἐκ Μυῤῥίνης τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπεροχίδου θυγατρὸς ἐγένοντο. εἰκὸς γὰρ ἦν, τὸν πρεσβύτατον πρῶτον γῆμαι· καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ πρῶτος γέγραπται μετὰ τὸν πατέρα· οὐδὲ τοῦτο ἀπεοικότως, διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ καὶ τυραννεῦσαι. οὐ μὴν οὐδ' ἂν κατασχεῖν μοι δοκεῖ ποτε Ἱππίας τοπαραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἵππαρχος μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθήμερον καθίστατο. ἀλλὰ καὶ, διὰ τὸ πρότερον ξύνηθες,

nimirum Pisistratus pater decimam instituisset: deinde, sacra ritu prisco accurasse, legibusque porro patriæ usos esse: Καὶ ἐπετήδευσαν ἐπιπλεῖστον δὴ τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν, καὶ ξύνεσιν, etc. Hinc de iis simul quædam referuntur. Et exempla, ecce, in promtu. Pisistratus pater Jovis Olympii templum struere inchoaverat: ipsi opus persecuti, Aristot. referente Politic. lib. 5. cap. 12. Sic Callirhoën quoque fontem, ibidem a patre cœptum, simul porro exornarunt. Indicat Aphthonius, in Descriptione arcis Alexandrinæ. Et, ut tu virtutes statim utriusque, in communi principatu, retulisti; ita luxum Athenæus, lib. 12. Incensum item ab his templum Apollinis Pythii Delphis, e Philochoro narrat Scholiastes Pindari, Pythionic. Od. 7. Et, Cimonem ab ipsis cæsum, refert Herodotus lib. 6. Ergo etiam hic evici, quam non constet tibi ratio. Ultimum restat, idque minime excusandum. Non contentus, primogenituram eripere, etiam vis persuadere, ceu tyrannidem nunquam item tenuisset, fortuito factum esse, ut tenuisse existimetur. Ita enim tandem dicis: Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, etc. *Hipparcho vero hoc evenit, uti, cædis infortunio nomen clarum consecutus, postea quoque principatum tenuisse sit putatus.* Immo et diserte negas; et erroris quoque accusas, qui, tyrannum eum fuisse, existimarent, lib. 1. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος, etc. *Nam Atheniensium vulgus, Hipparchum, putat, in tyrannide constitutum, ab Harmodio et Aristogitone cæsum.* Verum hic te rursum ego tibi oppono. Nam, tyrannidem si non tenuit, cur tyrannidis et insigne et munimentum, stipatores, sibi habuit? Ipse dicis, ubi cædem ejus narras, lib. 6. Καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ etc. *Ac Hipparchum nacti sunt in Ceramico appellato, protinus ex improviso irruentes: et ira accensi, quam huic amor, illi contumelia dabat, feriunt ipsum, occiduntque. Et Aristogiton quidem per satellites e vestigio fuga evasit; sed mox, concurrente turba, comprehensus, inclementer habitus fuit: at Harmodius ipso in loco statim occisus est.* Et testaris manifeste, in citatis supra verbis: Οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν, etc. *Quippe neque cætero suo principatu (Hipparchus) gravis erat multitudini, seque citra invidiam gesserat.*" Huds.

Τῶν γνησίων ἀδελφῶν] Quatuor Pisistratidas fuisse, dicit Scholiastes Aristoph. ad Vesp. v. 500. et Lysistr. 619. Ex his unus erat nothus, Hegesistratus. Meursius in Pisistr. Cap. X. Duck.

Εὖ οἶδ᾽ ὅτι] Parenthesi liberavi hæc verba, recte et ab Abr. ordinata: ὃ, εὖ οἶδ᾽, ὅτι οἱ πολ. rel. *quod monituros* hostes, suis memoraturos, *sciam.*

Οἱ μ. γὰρ] Scil. παρακελεύσονται, ὑπομνήσουσιν, (τοὺς ἑαυτῶν, suos,) ὅτι, rel.

Ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ] Henr. Stephanus hæc ita Latine expressit: *ex qua non facile revertendum sit, nisi potitis victoria.* Et addit: intellige autem, ex qua regione, quæ nequaquam est patria nostra. Aliter tamen Scholiastes Græcus. Acacius vertit: *in qua vel vincendum est, vel receptus nullus relinquetur.* Hæc quidem intelligi possunt; sed plane non video, quomodo sententia illa e verbis Græcis exsculpi possit. Etiam hoc Porti, ἐξ ἧς κρατεῖν, pro κρατοῦντας ἀποχωρεῖν, fortassis sine exemplo est. Scholiastæ sententia de ellipsi τοῦ ὁρμωμένους mihi tolerabilior videtur omnibus illis, quæ alii adferunt. Sed non liquet mihi, an vel Thucydides usquam alibi, vel ullus alius Scriptor, ita loquutus sit. Itaque hunc locum aliis expediendum relinquo. DUCK. Difficultas loci non est in verbo δεῖ, ex quo, durius paullo, sed per Syllepsin tamen, ἐξέσται repetit Abr. neque in verbis κρατεῖν ἢ ἀποχωρεῖν, quæ in unum, qs. per participium, κρατοῦντας, coalescere vetet τὸ ἢ interjectum; sed unice in ἐξ ἧς, quod congruere haud videatur verbo κρατεῖν. Forte, sublato ἐξ, rite ac simpliciter omnia processerint: ἧς κρατεῖν δεῖ, qua potiri oporteat, ἢ ἀποχωρεῖν, aut (illâ, ex illa,) abire. Retento tamen, ut par est, τῷ ἐξ, sensus fuerit: *unde, ex* qua terra, *ex* illa *statione* (ἀφορμῇ, *posten,*) aut *vincere* oporteat, aut, cum periculo quidem et ægre, abire: *von welchem posten aus wir uns entweder behaupten, oder mit Mühe und Noth zurückziehen müssen.* Forte et sic liceat: ἐξ ἧς, (commate addito, et quasi suspensa oratione,) κρατ. δεῖ, ἢ, (quasi in Parenthesi hæc sint,) ἀποχωρεῖν· ac si sit: ἐξ ἧς, ἐὰν μὴ κρατήσωμεν, ἀποχ. δεῖ. Germanice per virgulas æstheticas intellexeris: *Aus welchem wir,— — siegen, oder — — fümmerlich weichen müssen.* Illud simplicius.

Τοιαῦτα] C. Msq. τοσαῦτα· non male, ob *brevitatem* cohortationis: *nur so viel,* nec plura. Demosth. p. Cor. τοσοῦτον ὑπειπὼν, ubi *hoc tantum* attigero. Et supra c. 68. init. negabat Nicias, opus esse *multa* cohortatione. Non bene autem μὲν Portus vertit, *autem*; debebat, *igitur,* ergo; vel: *et* Nicias *quidem.*

Ἐπεληλύθεσαν] *Abierant* vertit Valla, quasi voluisset legendum ἀπεληλύθεσαν, quod non sine ratione placuit Porto. *Acacius:* et quidam ob urbis propinquitatem *modo advenerant*; alii — Putavit alios esse, qui ἐπεληλύθεσαν, alios autem, qui tardius adcurrerant. Sed hoc e verbis Thucydidis colligi non potest. DUCK. Portus vertit, ut legendum ratus, ἀπεληλ. Abr. solvit in ἐληλ. ἐπὶ τὴν πόλιν. At quis dicit, ἐπέρχεσθαι ἐπὶ τ. πόλιν; nisi sit, aggredi, non, *reverti.* Et quid faciet τῷ αὐτοῖς; Manifesto

σπουδῆς προσβοηθοῦντες δρόμῳ, ὑστέριζον μὲν, ὡς δὲ ἕκαστός πῃ τοῖς πλείοσι προσμίξειε, καθίσταντο. οὐ γὰρ δὴ προθυμίᾳ ἐλλιπεῖς ἦσαν, οὐδὲ τόλμῃ, οὔτ' ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις· ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρείᾳ οὐχ ἥσσους, ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι· τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προὐδίδοσαν. ὅμως δὲ, οὐκ ἂν οἰόμενοι, σφίσι τοὺς Ἀθηναίους προτέρους ἐπελθεῖν, καὶ διὰ τάχους ἀναγκαζόμενοι ἀμύνασθαι, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, εὐθὺς ἀντεπῄεσαν. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἑκατέρων οἵ τε λιθοβόλοι καὶ σφενδονῆται καὶ τοξόται προὐμάχοντο· καὶ τροπὰς, οἵας εἰκὸς ψιλοὺς, ἀλλήλων ἐποίουν. ἔπειτα δὲ μάντεις τε σφάγια προὔφερον τὰ νο-

vult Thuc. quosdam ex urbe, ut propinqua, *illis*, αὐτοῖς, ἐπεληλυθέναι, auxilio *advenisse*; quibus autem? Nempe his, qui jam extra urbem in acie constitissent; c. 67. extr.

Προσμίξειε] Non displicet scriptura Cod. Ar. Wass.

Οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις] Cod. C. omittit ταῖς. male: hunc in modum graviter cadere solent hujus etiam periodi. Thucyd. III. 45. ἢ ἄλλῳ τῷ δεινῷ. III. 10. πλὴν ἡμῶν καὶ Χίων. IV. 19. τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας. Sic VII. 71. κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν. VIII. 1. Κατάπληξις μεγίστη δή. Herodot. V. 19. οἷός τ' ἦν. et I. 2. ἄρξαι πρῶτον. vid. Hippocrat. §. IV. 50. 15. Demosth. II. Philip. 28. Τῇ παρ' ὑμῶν ὀργῇ περιπεσεῖν συμβῇ. Isocrat. Helenæ Encom. p. 300. Archidamo p. 173. καθ' ἡμῶν αὐτῶν. Plato princip. Menex. p. 517. ἀνδράσι καὶ χρή. Idem.

Ἀντέχοι] Verterim, *sufficeret*, sustineret, (*es aushielt*, qs. *wiederhielt*;) ut L. 1. οὐκ ἐπὶ πολὺ ἀντεῖχεν, *es währte, dauerte nicht lange*.

Προὐδίδοσ.] Eleganter, *prodebant*, condonabant, *sie opferten den ruth auf*; destituebant, illi deerant, quasi a scientia et arte *deserto*. Nec sine Oxymoro: *inviti voluntatem* prodebant; volebant illi quidem pugnare, neque animo, i. e. nec cupidine, nec fortitudine, carebant; at enim scientia rei bellicæ laborabat et usus: unde *nolle* cogerentur, quod cuperent tamen, i. e. effectum non dare, quod, quamvis vellent, non possent tamen. προὐδίδοσαν est pro Media forma, προὐδίδοντο· *suammet* voluntatem; aut, τῷ ἐλλείποντι—προὐδίδοσαν, fueritpro, τὸ ἐλλεῖπον προὐδίδοσαν, eadem Hypallage, qua 2 Petr. 2. 8. βλέμματι—καὶ ἀκοῇ—ὁ δίκαιος—ψυχὴν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν· i. e. auditus et adspectus improbe factorum cruciabat animum ejus. Hom. Od. 2. 143. καμάτῳ καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, i. e. molestiæ et curæ exedebant illis animum. Tunc Activo constiterit vis sua.

Ἀντεπῄεσ.] Respondet præced. ἐπελθεῖν. *Gottl.* Sponte id quidem apparet; sed omittere nolui. Gravius notatu fuerit, primo, ὅμως δὲ referri ad προὐδίδοσαν· utut minus valerent arte, quam pro animo et voluntate, *tamen* adortis *vicissim* (et ipsi, id sign. hic ἀντὶ, ut 4. 19. extr. ἀνθησσᾶσθαι,) occurrerunt; deinde, οἰόμενοι esse pro οἰηθέντες, cum haud *putassent*, (antea,) incursuros Athenienses, eoque minus parati adstitissent: tamen utcunque illis obstitere.

Λιθοβόλοι] A funditoribus distincti, quod Tactici nostri non observarunt. Homer. Od. κ'. 121. Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἈΝΔΡΑΧΘΈΣΙ ΧΕΡΜΑΔΊΟΙΣΙ βάλλον. Vid. Il. μ'. 154. λ'. 265. Unde apud Pollucem I. 131. σφενδονῆται, λιθοβόλοι, τοξοφόροι, ut alibi apud Nostrum speciatim recensentur. *Glossæ*: fundibali et *lapidator*. Æschylus Pers. 459. ἐκ χερῶν Πέτρησιν ἠράσσαντο. Euripides Phœn. 1149. Ἐμαρνάμεσθα ΣΦΕΝΔΌΝΑΙΣ θ' ἑκηβόλοις ΠΕΤΡΩ͂Ν τ' ἀραγμοῖς. ibi παραφέροντι legendum. Tyrtæus III. 35. Ὑμεῖς δ', ὦ Γυμνῆτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος Πτώσσοντες, ΜΕΓΆΛΟΙΣ βάλλετε ΧΕΡΜΑΔΊΟΙΣ. Veget. I. 16. Ad lapides vero, vel manibus, vel fundis jaciendos exerceri convenit juniores: ubi pro *exercitatio* repone *exercitio*: ita Ms. et Cato apud Gellium XI. 2. Polybius X. 26. σφενδονήτας, καὶ τῶν ὀρείων τοὺς ἀκοντίζειν, καὶ ΛΙΘΆΖΕΙΝ δυναμένους. Plato VII. de Leg. 909. τόξοις καὶ λίθων βολῇ, ἘΚ ΧΕΙΡῸΣ καὶ σφενδόναις. Wass. Add. Lipsium IV. Poliorcet. 3. Duck.

Οἵας εἰκὸς ψιλούς ἀλλήλων] Codd. Ar. C. ἀλλήλων ψιλούς. non male. Wass.

Μάντεις τε σφάγια προὔφερον] Apud Pollucem I. 162. inter ea, quæ ad rem militarem pertinent, est, προὔθυσαν οἱ μάντεις, ἱερεῖα ἐθύσαντο. Duck.

μιξόμενα, καὶ σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπώτρυνον τοῖς ὁπλίταις. οἱ δ' ἐχώρουν, Συρακούσιοι μὲν, περί τε πατρίδος μαχούμενοι, καὶ τῆς ἰδίας, ὡς ἕκαστος, τὸ μὲν αὐτίκα, σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον, ἐλευθερίας· τῶν δὲ ἐναντίων, Ἀθηναῖοι μὲν, περί τε τῆς ἀλλοτρίας οἰκείαν σχεῖν, καὶ τὴν οἰκείαν μὴ βλάψαι ἡσσώμενοι· Ἀργεῖοι δὲ, καὶ τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι, ξυγκτήσασθαί τε ἐκείνοις, ἐφ' ἃ ἦλθον, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα, νικήσαντες, πάλιν ἐπιδεῖν· τὸ δ' ὑπήκοον τῶν ξυμμάχων, μέγιστον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνελπίστου σωτηρίας, ἢν μὴ κρατῶσι, τὸ πρόθυμον εἶχον· ἔπειτα δὲ, ἐν παρέργῳ, καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται.

ό. 70. Γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης, ἐπιπολὺ ἀντεῖχον ἀλλήλοις· καὶ ξυνέβη βροντάς τε ἅμα τινὰς γενέσθαι καὶ ἀστραπὰς, καὶ ὕδωρ πολύ· ὥστε τοῖς μὲν πρῶτον μαχομένοις, καὶ ἐλάχιστα πολέμῳ ὡμιληκόσι, καὶ τοῦτο ξυνεπιλαβέσθαι τοῦ φόβου· τοῖς δ' ἐμπειροτέροις, τὰ μὲν γιγνόμενα, καὶ ὥρᾳ ἔτους περαίνεσθαι δοκεῖν, τοὺς δὲ ἀνθεστῶτας πολὺ μείζω ἔκπληξιν μὴ νικωμένους παρέχειν. ὠσαμένων δὲ πρῶτον τῶν Ἀργείων τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν Συρακουσίων, καὶ μετ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων τὸ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς, παρερρήγνυτο ἤδη καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα τῶν Συρακουσίων, καὶ ἐς φυγὴν κατέστη. καὶ ἐπιπολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν οἱ Ἀθηναῖοι· οἱ

Σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπώτρυνον] Pollux III. 63. *ὑπεσημήναντο οἱ σαλπιγκταὶ τὸ εἰς ἔφοδον*; Thomas Magister: *σαλπίγξω, οὐ σαλπίσω. καὶ σαλπιγκτὴς, οὐ σαλπιστής·* Et confirmat hoc loco Thucydidis. Phrynichus quoque pag. 32. rejicit *σαλπιστὴς* et *σαλπίσαι·* sed jubet dici *σαλπικτὴς* et *σαλπίξαι*. Vide ibi Hœschelium. Duck.

Ξύν. ἐπώτρ.] Duplex ista permutatio: altera Dativi, *τ. ὁπλίταις*, pro *τῶν ὁπλιτῶν*, hypallage altera, *concursum instigabant* peditum, pro *ad* concursum pedites. V. Phil. Paull. Th. p. 44. *a.*) rel. p. 49. *a.* Ita, *concordiæ cohortator*, i. e. hominum ad concordiam.

Ξυγκτήσασθαί τε] Cod. Ar. *ξυγκτήσασθαί τι·* id quod non displicet, neque a Thucydidis stilo abhorret. Wass.

Εἶχον] Redit ad *τὸ ὑπήκοον*, quod sit pro, *οἱ ὑπήκοοι*. Cod. Mosqu. *ἔχειν*, quasi pendeat a super. *περὶ τοῦ·* Unde et mox, C. extr. veluti sibi constans, *ὑπακοῦσαι*, habet; Non male; nisi obstet *τὸ πρόθυμον*, quod tamen, ad *ἔχειν*, verteris: *ut essent* promtiores; Etsi *ideo* haudquaquam pugnabant. Nec minus Infinitivo alteri, *ὑπακοῦσαι*, obstiterit *εἴ τι·* nisi ad *ῥᾷον* intellexeris, *ἔσται, γενήσεται*, *daretur*, obtingeret. Sed et *ὑπακοῦσαι* sit pro *ἐξέσται ὑπακοῦσαι*; Est tamen asperum satis: *τὸ ὑπήκοον — εἶχον*, Plur. et — *ὑπακούσεται*, Sing. *ῥᾷον ὑπακοῦσ.* signif. leviori conditione, æquiore, et tolerabili magis, eorum imperium paterentur, stipendiis remissis, alioque onere levati, vel, quod minus egerent iis Athenienses, ut jam instructiores, vel ob gratiam præstitæ operæ.

Ξυνεπιλαβ.] Perite notat Abr. adhiberi de re *non expetita*, i. e. non grata, qua liberari cupias, non augeri. *ξυνεπιβαλέσθαι*, quod scriptum forte Nostro, existimat, sane critice adjuvetur exemplis permutatarum literarum *βαλ.* et *λαβ.* Sed Activum esse debebat, *ἐπιβαλεῖν*.

Τὰ γιγνόμενα] Libri scripti et editi, *τὰ μὲν γιγνόμενα*: atque ita legendum. Wass. Sic edi, voluerat Clar. Wass. Duck.

γὰρ ἱππῆς τῶν Συρακουσίων, πολλοὶ ὄντες καὶ ἀήσσητοι, εἶργον· καὶ ἐσβαλόντες ἐς τοὺς ὁπλίτας αὐτῶν, εἴ τινας προσδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστελλον· ἐπακολουθήσαντες δὲ ἀθρόοι, ὅσον ἀσφαλῶς εἶχε, πάλιν ἐπανεχώρουν, καὶ τροπαῖον ἵστασαν. οἱ δὲ Συρακούσιοι, ἀθροισθέντες ἐς τὴν Ἑλωρινὴν ὁδὸν, καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων, ξυνταξάμενοι, ἔς τε τὸ Ὀλυμπίειον ὅμως σφῶν αὐτῶν παρέπεμψαν φυλακὴν, δείσαντες, μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τῶν χρημάτων, ἃ ἦν αὐτόθι, κινήσωσι· καὶ οἱ λοιποὶ ἐπανεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

οα΄. 71. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς μὲν τὸ ἱερὸν οὐκ ἦλθον, ξυγκομίσαντες δὲ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, καὶ ἐπὶ πυρὰν ἐπιθέντες, ηὐλίσαντο αὐτοῦ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῖς μὲν Συρακουσίοις ἀπέδοσαν ὑποσπόνδους τοὺς νεκρούς· (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων περὶ ἑξήκοντα καὶ διακοσίους·) τῶν δὲ σφετέρων τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν, (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὡς πεντήκοντα·) καὶ, τὰ τῶν πολεμίων σκῦλα ἔχοντες, ἀπέπλευσαν ἐς Κατάνην. χειμών τε γὰρ ἦν, καὶ, τὸν πόλεμον

Ἀήσσητοι] Stephanus et Acacius recte *integri*; *invicti*, quod Vallæ et Porto placuit, anceps est. Vide Schol. Duck.

Προσδιώκοντας] Quatuor Mss. non infimæ notæ προδιώκοντας. Utrum horum præferendum sit, non definire possum. Nam, neque hoc, neque illud, valde obvium esse, ex eo intelligitur, quod utrumque omnia, tam vetusta, quam recentiora, Lexica ignorant. Προδίωξις in his adfertur e Jo. Diaconi Scholiis in Hesiodi ἀσπ. pag. 201. Ed. Heins. Duck. Ex super. ἐπὶ πολὺ expl. Abr. Non video, quo nexu. Nam προσεῶντος, quod huc notat ex Act. 27. 7. aliud longe est, et *admittere* notat, *hinanlassen*. Aut redundat πρὸς, aut προδιώκ. leg. aut sign. *propius* insequendo illatos: ut nimium propinquarent hosti.

Ὅμως] Cur *tamen, nihilo secius?* Nempe, quia *hic* egebant copiis, ægre nunc dimittendis.

Τῶν χρημάτων, ἃ ἦν αὐτόθι, κινήσωσι] Etiam alibi κινεῖν dicit pro, pecunias sacras, vel ad certum usum sepositas, adtrectare, auferre, et ad alios usus convertere. I. 143. Εἴτε καὶ, κινήσαντες τῶν Ὀλυμπιάσιν, ἢ Δελφοῖς χρημάτων. Et II. 24. Ἢν δέ τις εἴπῃ, ἢ ἐπιψηφίσῃ, κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι. Appianus κινεῖν et σαλεύειν II. Civit. pag. 453. Τῶν τε ἀψαύστων ἐκίνει χρημάτων, ἅ φασιν ἐπὶ Κελτοῖς πάλαι σὺν ἀρᾷ δημοσίᾳ τεθῆναι μὴ σαλεύειν εἰς μηδὲν, εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι. Diodorus Siculus XIII. pag. 333. scribit, Olympium ab Atheniensibus statim, postquam magnum portum ingressi sunt, captum fuisse. Thucydidi potius credendum, arbitror. Duck.

Ξυγκομίσαντες δὲ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς] Acacius et Portus recte: "*congestis* suorum cadaveribus." Xenophon VI. Ἀναβ. pag. 384. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ὁδὸν ἧκον τὴν ἐκ τῶν κωμῶν, ἔνθα ἔκειντο ἀθρόοι, συνενεγκόντες αὐτοὺς ἔθαψαν. Nam ita mos erat in bello. Livius XXVII. 2. "Spolia per otium legere, et *congestos in unum locum* cremavere suos." et Cap. 42. "Spolia legi cæsorum hostium, et suorum corpora *collata in unum* sepeliri jussit." Add. XXXVI. 8. Et sic accipiendum, puto, locum Plutarchi in Agesil. p. 606. Ed Francof. etsi aliter sentire videntur Viri docti: Οὐ πρότερον ἐπὶ σκηνὴν ἀπῆλθεν, ἢ φοράδην ἐνεχθῆναι πρὸς τὴν φάλαγγα, καὶ τοὺς νεκροὺς ἰδεῖν ἐντὸς τῶν ὅπλων συγκεκομισμένους. Duck.

Ἑξήκοντα] Οἱ Ἀθηναῖοι τετρακοσίους τῶν ἐναντίων ἀνελόντες. Diodorus XIII. p. 333. d. Wass.

Τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν] Ut in patriam relata ibi sepelirentur, ut arbitror: quod et de Themistoclis ossibus quidam prodiderunt, I. 88. et de Eumene Plutarchus et Corn. Nepos Eum. in fin. Notus est ex omnibus Scriptoribus hic mos veterum. Duck.

Χειμών τε γὰρ ἦν] Ex hoc loco corrigendus est Suidas, apud quem hæc in αὐτόθεν ita le-

αὐτόθεν ποιεῖσθαι, οὔπω ἐδόκει δυνατὸν εἶναι, πρὶν ἂν ἱππέας τε μεταπέμψωσιν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, καὶ ἐκ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων ἀγείρωσιν, ὅπως μὴ παντάπασιν ἱπποκρατῶνται, καὶ χρήματα δὲ ἅμα αὐτόθεν τε ξυλλέξωνται, καὶ παρ' Ἀθηναίων ἔλθῃ, τῶν τε πόλεων τινὰς προσαγάγωνται, ἃς ἤλπιζον μετὰ τὴν μάχην μᾶλλον σφῶν ὑπακούσεσθαι, τά τε ἄλλα καὶ σῖτον, καὶ ὅσων δέοι, παρασκευάσωνται, ὡς εἰς τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις.

οβ΄. 72. Καὶ οἱ μὲν ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Νάξον καὶ Κατάνην διαχειμάσοντες. Συρακούσιοι δὲ, τοὺς σφετέρους αὐτῶν νεκροὺς θάψαντες, ἐκκλησίαν ἐποίουν. καὶ παρελθὼν αὐτοῖς Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος, ἀνὴρ καὶ ἐς τὰ ἄλλα ξύνεσιν οὐδενὸς λειπόμενος, καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐμπειρίᾳ τε ἱκανὸς γενόμενος, καὶ ἀνδρείᾳ ἐπιφανὴς, ἐθάρσυνέ τε, καὶ οὐκ εἴα τῷ γεγενημένῳ ἐνδιδόναι· τὴν μὲν γὰρ γνώμην αὐτῶν οὐχ ἡσσῆσθαι, τὴν δὲ ἀταξίαν βλάψαι. οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε λειφθῆναι, ὅσον εἰκὸς εἶναι, ἄλλως τε τοῖς πρώτοις

guntur: Χειμὼν ἦν, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὕτως ἐδόκει. Duck.

Αὐτόθεν] Unde ergo *alias?* Significare possit, *ex illo tempore, jam* hiberno; sed apparet, *distingui* hiemis caussam, ut *aliam*, per τε, ab ea, quæ subjiciatur, per καί. Et manifesto satis ἀδύνατον refertur ad πρὶν, post quod nil reddatur, in quo *hiemis* partes sint. Est ergo, *indidem*, ex illa *sola terra* Siciliæ, hujus viribus et copiis solis, non aliunde, non domo instructis; aut, inde ab illo *tempore*, quo nondum satis parati valerent. Sed, ad *regionem* referri, paullo infra relatum αὐτόθεν satis docuerit, ubi dicat, χρήματα αὐτόθεν ἔλθῃ, et opponat, vel distinguát, παρ' Ἀθηναίων. Hoc interim tenendum, non *locum* ipsum per sese signare hic αὐτόθεν· Unde enim *alias* bellum gererent, aut ubi? sed copias, opportunitates, quas præberet *tunc* regio illa, immo nondum præberet; ut et temporis ratio, et *statús*, vel conditionis, (*der Lage der Sachen*,) rationem contineat τὸ αὐτόθεν.

Παρ' Ἀθην.] Atqui et ipsi hic erant Athenienses! Intell. ex ipsa urbe, civitate et republ. Atheniensium, domi ab ipsis relictorum: *domo*. Et tamen *socii* quoque una hic aderant, non soli Athenienses. Est quasi ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀθήνηθεν.

Πόλεων] Πολεμίων Msqu. male haud dubie, vel ob ἃς, (neque enim οὓς legi notatur,) vel ob ὑπακούσεσθαι, vel omnino rem totam.

Ταύτῃ τῇ γνώμῃ] Ita reposui e Mss. et Edd. ante aberat τῇ. Wass.

Θάψαντ.] i. e. compositos rogis cremarunt; ut c. 71. (ἐπιθέντες ἐπὶ τὰς πυράς.) Idem monuit Ernest. de v. θάπτειν. (in Lex. Gr. Hed.) V. d' Orvill. ad Charit. An. 73. *Gottleb.* Ita et ἔθαπτον Noster 2. 52. de rogis. Sed tamen *conditi* cineres et repositi in urnis.

Ἐκκλησ. ἐποίουν] Pro ἐποιοῦντο· *suorum*, scil. *suæ civitatis*, ipsorum.

Παρελθ. αὐτ.] Manifesto hic a παρελθὼν pendet Dat. p. πρὸς αὐτούς· neque enim ἔλεγεν hic sequ.

Ὁ Ἕρμωνος] V. d' Orvill. ad Charit. p. II. Xenoph. (Hist. Gr.) p. 441.

Ἐθάρσ. κ. οὐκ εἴα] Scil. αὐτούς· repet. (ex παρελθὼν) αὐτοῖς· οὐκ εἴα reddendum erat, *vetuit*, dehortatus est; ostendit, deficere illos non debere. Ita vicissim Horat. Epist. 2. 1. 228. *egere vetes*, i. e. non sinas; et Carm. 4. 8. 28. *Dignum laude virum Musa vetat mori*, i. e. et non patitur.

Ὅσ. εἰκ. εἶναι] Pro, ὅσ. εἰκ. εἴη· ut solent Græci, Noster utique, (v. Phil. Th. P. p. 88. extr.) in obliqua orat. non itidem Latini, nisi aut interrogantes; ut Liv. *quem enim nescire? Ubi enim ita nominari? Quantum enim interesse? Quid enim referre?* pro Conjunctivo: *an obscurum cuiquam esse?* p. *es-*

τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας, ὡς εἰπεῖν χειροτέχνας, ἀνταγωνισαμένους. μέγα δὲ βλάψαι καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν, καὶ τὴν πολυαρχίαν, (ἦσαν γὰρ πεντεκαίδεκα οἱ στρατηγοὶ αὐτοῖς,) τῶν τε πολλῶν τὴν ἀξύντακτον ἀναρχίαν. ἢν δὲ ὀλίγοι τε στρατηγοὶ γένωνται ἔμπειροι, καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ παρασκευάσωσι τὸ ὁπλιτικὸν, οἷς τε ὅπλα μή ἐστιν, ἐκπορίζοντες, ὅπως ὡς πλεῖστοι ἔσονται, καὶ τῇ ἄλλῃ μελέτῃ προσαναγκάζοντες, ἔφη, κατὰ τὸ εἰκὸς κρατήσειν σφᾶς τῶν ἐναντίων, ἀνδρείας μὲν σφίσιν ὑπαρχούσης, εὐταξίας δὲ ἐς τὰ ἔργα προσγενομένης. ἐπιδώσειν γὰρ ἀμφότερα αὐτὰ, τὴν μὲν, μετὰ κινδύνων μελετωμένην, τὴν δ' εὐψυχίαν, αὐτὴν ἑαυτῆς, μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης, θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι. τούς τε στρατηγοὺς, καὶ ὀλίγους καὶ αὐτοκράτορας χρῆναι ἑλέσθαι, καὶ ὀμόσαι αὐτοῖς τὸ ὅρκιον, ἦ μὴν ἐάσειν ἄρχειν, ὅπῃ ἂν ἐπίστωνται. οὕτω γὰρ, ἅ, τε κρύπτεσθαι δεῖ, μᾶλλον ἂν στέγεσθαι, καὶ τἄλλα κατὰ κόσμον καὶ ἀπροφασίστως παρασκευασθῆναι.

set, sit; quod utique reddendum sit, ubi τῷ *an* præmittatur, *rogare se, quærere;* aut, ubi pro Demonstr. valet Relat. veluti: *quem quidem venisse*, p. *illum; quamquam* etiam, ubi non sit Antecedens τῷ *tamen*, sed Germ. (*Mie wohl, zwar,*) *sane*, quidem: ut Livio, 4. 15. med. *Quamquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita,—cuiquam pandere—viam;* i. e. *sane; (frenlich:)* sequ. *sed tamen*, rel. ceu nova sententia; ubi post *sustulisse* subjiciatur, *unde nefas fuerit*, non, *fuisse*. At ibid. antea: *At quis homo?* non, *quem hominem?* Quia nimirum præc. *ut Sp. Mælius spem conceperit.*

Ἄλλως τε τ. πρ.] Omissum est καὶ post τε· ἄλλως τε καὶ, cum aliis de caussis, tum, quod, rel. Tanquam ἄλλως per se notet *utique, præsertim, maxime.* Omissum καὶ, forte exciderit, ut mox ante χειροτέχνας· ubi v. not. Sed et Theodoret. ἄλλως sine καί· V. Glossar. Theodor. h. v.

Χειροτέχνας] Etiam Pollux, ut videtur, I. 156. legit χειροτέχναις. Sed nihil muto. Wass. Si vera est lectio Ms. Cod. Pollucis, quo Jungermannus usus est: Pollux non potuit hic aliter legere, quam χειροτέχναις· idque probant Henr. Stephanus in Thes. Ling. Gr. et Jungermannus ad Pollucem. Sed non satis firmum est id, quo præcipue nituntur, ἰδιώτας hic opponi χειροτέχναις· quæ utraque ad Syracusanos referri posse, non male in Notis Jungermanni ad Pollucem disputat Camero. Illud magis probem, quod Stephanus putat, sive χειροτέχνας, sive χειροτέχναις in Thucydide legas, omnino scribendum esse, καὶ ὡς εἰπεῖν. Idem visum fuit Sebero ad Pollucem. Duck. Χειροτέχναις probanti, ad Athenienses scilicet referendum; in quibus ut fuerint sane χειροτέχναι quam plurimi, ut Demosthenis ipsius, patris certe, exemplum, Xenoph. M. S. L. 3. 10. C. 7. 6. et Ælianus in Var. Hist. 2. 1. doceat: nil tamen ad belli ἐμπειρίαν. χειροτέχνας utique retinendum: intellecto καὶ, aut ita omisso, ut aut ἰδιώτας huic, aut hoc illi, Epitheton sit, sc. ὄντας. Haud inficete tamen ita intellexeris, ut ὡς εἰπεῖν non sit *fere, plerosque*, ut solet, sed, *ut ita dicam;* tanquam ἰδιῶται, imperiti, certent cum χειροτέχναις, cum artificibus, peritis rei, operis, in quo certent nimirum: *als wenn Unerfahrne mit (geübten) Meistern stritten.* Ac pæne est, ut sic placeat χειροτέχναις.

Προσγενομ.] Hic non redundat πρὸς, sed sign. præterea, insuper, præter ἀνδρείαν, *nova virtus accesserit.*

Μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης] Vegetius de Re milit. Lib. I. Cap. 1. *Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse, confidit.* Acac. Duo simul notat τὸ πιστόν· 1) ipsam peritiam certam, firmam; ut τὸ πιστὸν τῆς πολιτείας. 1. 68. init. firmus reip. status. 2) fidem ac fiduciam, sensum et consciam alacritatem usu subactorum. μετὰ sign. *per*;

ογ΄. 73. Καὶ οἱ Συρακούσιοι, αὐτοῦ ἀκούσαντες, ἐψηφίσαντό τε πάντα, ὡς ἐκέλευε, καὶ στρατηγὸν αὐτόν τε εἵλοντο τὸν Ἑρμοκράτην, καὶ Ἡρακλείδην τὸν Λυσιμάχου, καὶ Σικανὸν τὸν Ἐξηκέστου, τούτους τρεῖς· καὶ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπέστειλαν, ὅπως ξυμμαχία τε αὐτοῖς παραγένηται, καὶ τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον βεβαιότερον πείθωσι ποιεῖσθαι ἐκ τοῦ προφανοῦς ὑπὲρ σφῶν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἵνα ἢ ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀπαγάγωσιν αὐτοὺς, ἢ πρὸς τὸ ἐν Σικελίᾳ στράτευμα ἧσσον ὠφέλειαν ἄλλην ἐπιπέμπωσι.

οδ΄. 74. Τὸ δ᾽ ἐν τῇ Κατάνῃ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων ἔπλευσεν εὐθὺς ἐπὶ Μεσήνην, ὡς προδοθησομένην. καὶ, ἃ μὲν ἐπράσσετο, οὐκ ἐγένετο. Ἀλκιβιάδης γὰρ, ὅτε ἀπῄει ἐκ τῆς ἀρ-

propter, *ben.* Addidisse ex Nostro detur, (mente quidem) τεταγμένην· 2. 63. extr. τὸ ἄπραγμον——μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον. Paullus 1 Tim. 6. 6. εὐσέβεια μετ᾽ αὐταρκείας.

Τὸν Ἐξηκέστου, τούτους τρεῖς· καὶ] Antea legebatur τὸν Ἐξηκέστου. τούτους τρεῖς καί. Recte vidit Portus; hæc perperam distingui. Cl. Wasse etiam, ex auctoritate librorum scriptorum, distinctiones suis locis ita, ut hic editum est, posuerat. Et, Hermocratem inter legatos, qui Corinthum et Lacedæmonem missi sunt, non fuisse, intelligi potest e Cap. 75. Duck.

Τούτ. τρεῖς·] Ordinem poscere, ut sit, στρατηγοὺς εἵλοντο τούτους τρεῖς, αὐτόν τε, rel. ex Abr. notat Gottleb. Ita Paullus 1 Cor. 13. 13. νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· i. e, μένει τὰ τρ. ταῦτα (δηλονότι) πίστ. rel. *Hic* tamen aliter vix poterat Thuc. quam dedit, ut de Hermocrate proxime et unice locutus; cui et Singularem dederit, αὐτόν τε, innuens, non paruisse modo ad omnia illi, sed *ducem* quoque creasse *ipsum*, maxime *adjunxisse* deinde duos, ut sic tres essent. Hunc ordinem rei alio positu verborum non explicaret. Quin et, *paucitatem* secutos, ad Hermocrate commutatam, illo, τούτους τρεῖς, sign.

Ξυμμαχ. παραγ.] *Auxilia* vertit Port. propter παραγένηται haud dubie; quod de *fœdere* tamen dici quî minus possit, quam προσγίγνεσθαι de ἐμπειρίᾳ, C. 72. extr. Nec vero ξυμμαχία tum erat Syracusanis cum Lacedæmoniis, qualem describit Noster, 1. 44. init: ut haberent eosdem et hostes et socios, *Offensio-Bündnik.* Vix tamen defendere ausim, ξυμμαχία παραγίνεται, *fœdus venit.* Sit ergo ξυμμαχία pro ξυμμάχοις· ut non *socios* tamen hi significent ipsos, sed τὸ ξυμμαχικὸν, *milites* auxiliares: quam ὠφέλειαν infra vocat, c. extr. quam ξυμμαχίαν rursus expl. Schol. haud dubie his ipsis Nostri verbis fisus et motus, alioqui βοήθειαν explicaturus.

Τὸν πρ. Ἀθ. πόλ.] Abest τὸν Msq. et sane redundat, quia *nondum erat* Lacedæmoniis bellum contra Athenienses. Solet tamen ita redundare Nostro Attic. et vero *clam* et occulte jam tumebat bellum.

Βεβαιότ.] Retuleris vel ad πείθωσι· quo firmius illis persuaderent; vel ad ποιεῖσθαι· ut certius, qs. evidentius, *erklärt, sicher*, ut et Syracusani et Athenienses *satis* scirent, hostes his esse Spartanos, susciperent hi bellum, non cunctanter, nec mussitantes aut dissimulantes, sed ex *edicto*, ut Liv. loquitur, 1. 27. init. (ubi legerim, *ex indicto.*)

Ἐκ τοῦ προφ.] i. e. προφανῶς. *Modum* agendi hic sign. ἐκ, ut Latinis, *ex æquo* (ἐξ ἴσου Græcis itidem,) *ex aperto*; Ovid. *quod venit ex facili*, p. facile, promte, um.

Ἀπαγάγ.] *Averterent*, arcerent, nempe domi relictos Athenienses, *populum*, cogerent eos plane abstinere Sicilia, abjicere illam cogitationem et conatum. Dilogiam tamen habere videtur αὐτοὺς, ut et ad *populum* Athen. domi, et ad *milites* referatur in Sicilia tum agentes ac belligerantes: quia subjicitur: *aut*, (certe) ne auxilia summitterent, nempe, si persistere tamen in cœpto vellent, neque abducere exercitum.

Ἄλλην] *Nova* auxilia. Ita vicissim *novus* pro *alius*, Exod. 1. 8. *rex novus*, חָדָשׁ, pro quo LXX. et Actor. 7. 15. ἕτερος· Aqu. et Theod. καινός.

χῆς ἤδη μετάπεμπτος, ἐπιστάμενος, ὅτι φεύξοιτο, μηνύει τοῖς τῶν Συρακουσίων φίλοις τοῖς ἐν Μεσήνῃ, ξυνειδὼς τὸ μέλλον. οἱ δὲ τούς τε ἄνδρας διέφθειραν πρότερον, καὶ τότε στασιάζοντες καὶ ἐν ὅπλοις ὄντες, ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους οἱ ταῦτα βουλόμενοι. ἡμέρας δὲ μείναντες περὶ τρισκαίδεκα οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἐχειμάζοντο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια οὐκ εἶχον, καὶ προὐχώρει οὐδὲν, ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ Θρᾷκας, σταύρωμα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι, αὐτοῦ διεχείμαζον· καὶ τριήρη ἀπέστειλαν ἐς τὰς Ἀθήνας ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας, ὅπως ἅμα τῷ ἦρι παραγένωνται.

οέ. 75. Ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐν τῷ χειμῶνι πρός τε τῇ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν, ὅπως μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὦσιν, ἢν ἄρα σφάλωνται· καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον, καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο. καὶ τὴν θάλασσαν προεσταύρωσαν πανταχῇ, ᾗ ἀποβάσεις ἦσαν. καὶ, τοὺς Ἀθηναίους, εἰδότες, ἐν τῇ Νάξῳ χειμάζοντας, ἐστράτευσαν πανδημεὶ ἐπὶ τὴν Κατάνην· καὶ τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον, καὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων σκηνὰς καὶ τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσαντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. καὶ πυνθανόμενοι, τοὺς Ἀθηναίους ἐς τὴν Καμαρίναν, κατὰ τὴν ἐπὶ Λάχητος γενομένην ξυμμαχίαν,

Ὅτι φεύξ.] Possis et vertere: *futurum, ut reus perageretur.* Sed hoc sensu diceret, φεύγει· certum quippe hoc norat; c. 71.

Μεσήνῃ] Μεσσήνῃ Cl. Gr. At cum vulgatis Lycurgus adv. Leocr. 140. tamen p. 167. Μεσσηνίους. Cum σσ etiam Theophrast. VIII. 3. et sæpe Polybius, Numi, Strabo, Herodotus, Diodorus, Pausanias. WASS.

Ξυνειδ. τὸ μέλλ.] V. not. ad Schol. (ad ἐπιστάμ. et ξυνειδ. Quodsi ad Messanam prodendam retuleris: τὸ μέλλον erit, *quod pararetur*, quod agitarent: *was im Berte war, was man vorhatte.*

Διέφθειρ.] Est pro διεφθάρκεσαν, (inusit.) jam interfece*rant antea, et tunc* in armis erant. Quin et μηνύει antea, de Alcibiade, esse possit pro Plusqpf. ἐμεμηνύκει.

Ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ Θρᾷκας] Locus procul dubio corruptus. Quomodo enim Thracia ad talem expeditionem opportuna? Ego autem censeo, omnino legendum esse, ἀπελθόντες ἐς Νάξον, καὶ θρανίοις σταύρωμα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι. Scalmis scilicet e triremibus ablatis usi sunt ad muniendа castra. Si quis vero putet, ideo Thucydidem scripsisse ἐς Νάξον καὶ Θρᾷκας, quod, antequam Cares occupasaent eam insulam, a Thracibus habitatam fuisse, narrat Diodorus, errabit manifesto: non enim solet Thucydides tales fabulosas antiquitates suæ historiæ inserere, quales Diodorus in primis quinque libris narrat. Quin et ipse Diodorus l. 5. ubi de Thracibus loquitur, ait, eos ob siccitates et calores in ea insula factos periisse, et Cares eam occupasse duce Naxio, qui eam Naxum nominavit, ante Diam et Strongylen appellatam. *Palmerius* Exercitat. pag. 54. HUDS.

K. Θρᾷκας] Contortæ sunt conjecturæ omnes tentantium emendationem; Heilmanni unice placet, quæ mihi quoque in mentem illico venerit: loci nomen latere, Naxo vicini, nobis ignoti, neque alibi memorati, aut Θρᾷκας, immo Θράκας, si Thracæ sit loci nomen, ut Heilmanno placet, vel simile.

Σταύρωμά περὶ τὸ στρατ.] Σταυρώματα libri scripti: forte σταύρωμά τε περὶ τ. στ. WASS.

Πυνθαν.] Pro πυθόμενοι, γνόντες· ut solet Noster.

πρεσβεύεσθαι, εἴπως προσαγάγοιντο αὐτοὺς, ἀντεπρεσβεύοντο καὶ αὐτοί. ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι, μὴ προθύμως σφίσι μήτ᾽ ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι, ἃ ἔπεμψαν· ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν, ὁρῶντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῇ μάχῃ εὖ πράξαντας, προσχωρῶσι δ᾽ αὐτοῖς, κατὰ τὴν προτέραν φιλίαν πεισθέντες. ἀφικομένων οὖν, ἐκ μὲν Συρακουσῶν, Ἑρμοκράτους, καὶ ἄλλων, ἐς τὴν Καμαρίναν, ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηναίων, Εὐφήμου, μεθ᾽ ἑτέρων, ὁ Ἑρμοκράτης, ξυλλόγου γενομένου τῶν Καμαριναίων, βουλόμενος προσδιαβαλεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ἔλεγε τοιάδε.

οστʹ. 76. "ΟΥ᾽, τὴν παροῦσαν δύναμιν τῶν Ἀθηναίων, ὦ Καμαριναῖοι, μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε, δείσαντες, ἐπρεσβευσάμεθα· ἀλλὰ μᾶλλον, τοὺς μέλλοντας ἀπ᾽ αὐτῶν λόγους,

Ἀντεπρεσβ.] Quasi *contra* illos, quo impedirent postulata illorum; Aut simpliciter, ut Gall. *à leur tour*; quippe urgenti τὸ ἀντὶ, redundet καὶ αὐτοί.

Εὖ πράξ.]. De *statu* alioqui et conditione *universa*, (*Wohlbefinden, Wohlergehen,*) *felicitate*, dicitur εὖ πράττειν· hic de *una* re singulari, pro κατορθώσαντας.

Ἐκ μ. Συρ. — ἀπὸ δὲ τ. Ἀθ.] Dupliciter variavit Thuc. per ἐκ et ἀπὸ, per *urbis* nomen, Συρακουσῶν, et *civium*, Ἀθηναίων. Sedulo imitatur Tacit. maxime in Præpositt. Ann. 1. 1. a) *florentibus*, b) *ob metum falsæ*, a) *postquam occiderunt*, b) *recentibus odiis compositæ*. C. 3. extr. *abolendæ magis infamiæ, quam cupidine, aut dign. ob præmium.*

Προσδιαβαλεῖν] Nulla potest idonea adferri ratio, cur hoc præferendum sit scripturæ omnium librorum scriptorum, qui in hoc composito non præpositionem πρὸς, sed πρὸ, habent. Προδιαβληθῆναι est in Philopatri *Luciani* Tom. II. p. 768. Duck. i. e. βουλόμενος τοὺς Ἀθηναίους διαβαλ. πρὸς τοὺς Καμαριναίους. *Gottl.* (ex Abresch.) contra usum linguæ omnem, et putide plane. Aut sign. *insuper* criminari, *plus*, ultro, aut pro simplici ponitur; aut leg. προδιαβαλεῖν, *antea*, priusquam Athenienses se venditarent atque ingererent; *occupare* criminando et prævertere, occurrere illis, quæ pro se deinde dicturi essent Athen. φθάσαι διαβαλόντες. — Clare hoc indicat ipse init. Orat. c. 76. τοὺς ἀπ᾽ αὐτῶν λόγους, μὴ ὑμᾶς πείθωσιν.

Οὐ τ. παρ. δύν. rel.] Comma posui post οὐ, nec non post καταπλαγῆτε, qui ordinem verborum indicarem, ita instituendum: Οὐ (οὐκ) ἐπρεσβευσ. δείσαντες τὴν παρ. δύν. τ. Ἀθ. μὴ καταπλαγῆτε αὐτὴν (i. e. δι᾽ αὐτ. κατ᾽ αὐτ.) ἀλλὰ, (ἐπρεσβ. δείσαντες) τοὺς ἀπ᾽ αὐτ. λόγ. μὴ πείθ. ὑμ. Ita certe expediendum ex interpretat. Fr. Porti, haud improbanda; Sed et sic possit: οὐκ ἐπρεσβευσ. ἵνα μὴ καταπλαγ. (διὰ) τ. παροῦσ. δύν. τ. Ἀθ. δείσαντες αὐτήν. Simplicissimum tamen forte fuerit, κατὰ intellexisse et ad τ. παρ. δύν. et ad τοὺς ἀπ᾽ αὐτ. λόγ. Οὐκ ἐπρεσβ. κατὰ (i. e. διὰ τ. παρ. δύν. τ. Ἀθ. ἵνα μὴ καταπλ. δείσ. αὐτήν· ἀλλὰ (ἐπρεσβευσ.) (κατὰ, διὰ) τοὺς ἀπ᾽ αὐτ. λόγ. rel. Notatum hoc nemini, miror, ne Abreschio quidem, diligenter satis, utut suo jure, constituenti verborum ordinem; quem impeditum hic laborare, et Accusativi implexi ostendant, et non una conditio ejus constituendi; qui quidem quocunque modo placuerit, distractum tamen est totum illud et pleonastice expressum pro: δείσαντες, μὴ καταπλαγ. τὴν δύν. τ. Ἀθ. et in altero: (δείσ.) μὴ οἱ ἀπ᾽ αὐτ. λόγοι πείθωσιν ὑμᾶς. Plane ut Terent. Phorm. A. 3. Sc. 2. init. *Metuo lenonem, ne quid suo suat capiti*; i. e. met. ne *leno* aliqu. suat V. Phil. Thuc. P. p. 295. rel. ubi et hunc ipsum notavi Nostri locum, p. 207. Adde (ex pag. ibi 278. post med.) 2. τὸν δὲ πόνον, μὴ γένηταί τε πολὺς, rel. quod ibid. explico. Neque absimilis locus Xen. M. S. 2. 3. 9. κύνα μὲν, εἰ — — ἦν — ἐπιτήδ. καὶ ἠσπάζετο, — — — ἐπειρῶ — πραΰνειν αὐτόν· pro, εἰ κύων, rel. et porro, quod propius etiam huc faciat; ἀδελφὸν δὲ — — οὐκ ἐπιχειρεῖς μηχανᾶσθαι, ὅπως σοι ὡς βέλτιστος ᾖ, i. e. οὐκ ἐπιχ. μηχ. ὅπ. ὁ ἀδελφὸς ᾖ ὡς βέλτ. V. et hic, C. 77. ad vv. τ. ἐκεῖσ. Ἑλλ.

Μέλλ. ἀπ᾽ αὐτ. λ.] Intelligi ad μέλλοντας potest, εἰρήσεσθαι; sed et junxeris, τοὺς λόγους ἀπ᾽ αὐτῶν, pro Genit. *illorum* orationem, futuram, exspectandam, jam nunc habendam.

πρίν τι καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, μὴ ὑμᾶς πείσωσιν. ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν Σικελίαν, προφάσει μὲν, ᾗ πυνθάνεσθε, διανοίᾳ δὲ, ἣν πάντες ὑπονοοῦμεν. καί μοι δοκοῦσιν οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι. οὐ γὰρ δὴ εὔλογον, τὰς μὲν ἐκεῖ πόλεις ἀναστάτους ποιεῖν, τὰς δὲ ἐνθάδε κατοικίζειν· καὶ Λεοντίνων μὲν, Χαλκιδέων ὄντων, κατὰ τὸ ξυγγενὲς κήδεσθαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ, ὧν οἵδε ἄποικοί εἰσι, δουλωσαμένους ἔχειν. τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ ἐκεῖνά τε ἔσχον, καὶ τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται. ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων, τῶν τε Ἰώνων, καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι, ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ, τοὺς μὲν, λειποστρατίαν, τοὺς δὲ, ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν, τοῖς δ', ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ, ἐπενεγκόντες, κατεστρέψαντο. καὶ οὐ περὶ τῆς ἐλευθερίας ἄρα, οὔτε οὗτοι τῶν Ἑλλήνων, οὔθ' οἱ Ἕλληνες τῆς ἑαυτῶν, τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν, περὶ δὲ, οἱ μὲν σφίσιν, ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ, καταδουλώσεως, οἱ δ', ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ, οὐκ ἀξυνετωτέρου, κακοξυνετωτέρου δέ.

οζ΄. 77. "Ἀλλ' οὐ γὰρ δὴ τὴν τῶν Ἀθηναίων, εὐκατηγό-

V. rursus Phil. Th. P. p. 126. a) α) et 130. init. lit. ξ.)

Πρίν τι κ. ἡμ. ἀκ.] Non ad δείσαντές retuleris hæc verba, quod suadere positus videatur, sed ad posteriora: μὴ ὑμ. πειθ. *ne vos inducant*, priusquam et nos audieritis, sola a solis audita, qs. sine remedio a nobis. καὶ abest Msqu. non bene, utut redundans in membro priori; nam πρὶν necessario facit hoc membrum *prius:* redundat tamen καὶ in oppositis; et vero jam *præsentem* habebant Atheniensium orationem ac certam; et sic cohæret: metus est, ne vos ducant, nisi *et* nos antea audieritis; *antea* quidem, sed nos *quoque* tamen et ipsos.

Ἥκουσι — ἐξοικίσαι] Dionys. Halic. Tom. II. pag. 160. ψυχρὰ, inquit, ἡ παρονομασία, καὶ οὐ προσβάλλουσα πάθος, ἀλλ' ἐπιτήδευσιν. Wass.

Κατοικίσ.] Κατοικῆσαι Msqu. male, ob diversum, ἐξοικίσαι. Nam ἐξοικῆσαι, quod idem habet, ne Græcum est quidem.

Τῇ δ' αὐτῇ ἰδ.] *Formula, ratione, consilio, arte; (System, Plan, Maakregeln;)* nempe et a) voluntatis; et b) agendi; Quod utrumque expresseris Gallico, *idée*, quasi hinc expresso: *il lui vint l' idée de*, rel. i. e. a) volens, a) id agens.

Ἐκεῖνά τε — κ. τὰ ἐνθ.] Pessime vertit Port. *res illas occuparunt*; ne Latine quidem; *illic* certe poneret. Sed est, more nostri, pro τοὺς ἐκεῖ (Chalcidenses,) τοὺς ἐνθάδε (Leontinos).

Ἀπὸ σφ. — — ξύμμ.] *Coloni* vertit Port. At hoc non sign. ξύμμαχοι. Aut est pro ἐξ αὐτῶν, nempe Ἰώνων· aut brevius dictum pro, ἀπ' αὐτῶν (κτισθέντες, ἀποικισθέντες, καὶ κατὰ, (vel διὰ) τοῦτο ξύμμ. Omnino ξύμμαχοι, ut Romanis *socii*, sunt *subjecti* imperio, qui pareant, qui sub imperio sint, *Unterthanen*.

Τοὺς μ. λειποστρ. rel.] Prius τοὺς refer ad κατεστρέψαντο· ad λειποστρ. intell. ἐπενεγκόντες, (*aufbürden, schuldgeben,*) sc. αὐτοῖς· ad alterum τοὺς δὲ aut rursus intell. κατεστρέψαντο, et ἐπενεγκόντες αὐτοῖς· tanquam sit, ἐπενεγκ. (αὐτοῖς) τὸ στρατεύειν· aut etiam αἰτιασάμενοι repetiveris ex αἰτίαν ἐπενεγκόντες. Sic asperitatis nihil admodum relinquatur. Quem Abr. confert locum ex proximo C. 77. τοὺς μὲν λόγοις διϊστάνειν, rel. nil simile habet præter partitionem, nil difficultatis habentem, et usum τοῦ ὡς ἑκάστοις. Ad τοῖς δὲ quod intelligi vult αὐτοὺς, haud assequor, quo pertineat: ad κατεστρέψαντο haud dubie voluit; ne hoc quidem opus, ubi ab hoc Verbo pendeat τοὺς μὲν, τοὺς δέ.

Λειποστρατίαν] Vide I. 99. ubi est λειποστράτιον. Duck.

Καὶ οὐ—κακοξυνετωτέρου δέ.] Dionys. Halicarn. Tom. II. p. 160. hæc vocat πεπλεγμένα, καὶ πολλὰς τὰς ἕλικας ἔχοντα. Wass.

Κακοξυνετωτέρου] Hoc a scripto Cod. Dionysii abesse, adnotat Sylburgius. At ita Noster alibi non semel. Wass.

Ἀλλ' οὐ—ἁλωτοί ἐσμεν] Dionys. Halic.

ρητον οὖσαν, πόλιν νῦν ἥκομεν ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν, ὅσα ἀδικεῖ· πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιασόμενοι, ὅτι, ἔχοντες παραδείγματα τῶν τε ἐκεῖσ' Ἑλλήνων, ὡς ἐδουλώθησαν, οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταῦτα παρόντα σοφίσματα, Λεοντίνων τε ξυγγενῶν κατοικίσεις, καὶ Ἐγεσ-

160. ταῦτα, inquit, ἐν τῷ σαφεῖ καὶ καθαρῷ τῆς διαλέκτου τρόπῳ λεγόμενα προσείληφε καὶ τὸ τάχος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὸν τόνον, καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὴν δεινότητα· καὶ πάθους ἐστὶν ἐναγωνίου μεστά. Ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν, ut Æschylus Pers. Ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ ΕἸΔΥΙ'ΑΙΣΙΝ ἂν Ὑμῖν λέγοιμι. Euripides Hec. Οὐ καινὸν εἶπας, ΕἸΔΟ'ΣΙΝ δ' ὠνείδισας. Wass. Libenter usus est hoc genere loquendi Thucydides; II. 36. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω. II. 43. ἣν ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι. IV. 59. περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν, ὡς χαλεπὸν, τί ἄν τις, πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων, ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; Duck.

Ἡμᾶς αὐτ.] Ὑμᾶς Msqu. male, vel ob add. αὐτοὺς, vel, quod asperam habeat increpationem et rusticam atque irritaturam animos, vel, quod sequ. infra, βουλόμεθα. κοίνωσις hæc est oratoria plane et amica, qua et Paullus fere utatur; Rom. 13. 11. 1 Cor. 10. 22. 1 Thess. 5, 6. 8. rel.

Τ. ἐκεῖσ' Ἑλλ. ὡς ἐδουλ.] Primo ἐκεῖσε est pro ἐκεῖ, per Meton. totum deinde distractius dixit, pro, ἔχοντες παραδ. ὡς οἱ ἐκεῖ Ἕλληνες ἐδουλώθησαν. Cf. ad c. 76. init. ad vv. οὐ τ. παροῦσ δύν. rel. Ipse jam Genit. τῶν Ἑλλήνων est pro, (ἔχοντες) τοὺς Ἕλληνας παράδ. zum Beyspiele: ut Paullus, Phil. 3. 17. καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς· et Noster, 3. 39. παράδειγμα—αὐτοῖς—αἱ ξυμφοραὶ ἐγένοντο· quamquam et illud licebat.

Οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς] Solus ex Interpretibus Valla hoc ad Siculos retulit; nam vertit: *non tamen defenditis vosmet ipsos*; quod in margine Ed. suæ *secundæ* emendavit Stephanus. Apertum est, hæc ad Græcos pertinere. Quum sciamus, ait Hermocrates, Græcos ab Atheniensibus in servitutem redactos esse, quia οὐκ ἤμυναν σφίσιν αὐτοῖς, merito nos ipsi incusamus, qui idem faciamus, et οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι. Itaque neque conjectura Sylburgii, in Notis ad Dionys. Halic. legentis, ἀμύνομεν, locum habere potest. In sequentibus, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταῦτα παρόντα σοφίσματα, Valla, Acacius, et Interpres Dionysii, quod ex interpretationibus illorum adparet, putarunt, ellipsin esse. Melius Stephanus et Portus ea suspendunt a præcedente participio ἔχοντες. Duck. Refertur ad ἐδουλώθησαν· (οἱ Ἕλληνες·) *eo* in servitutem redacti sunt, *quod* neglexerunt sibimet ipsis, et mutuo alter alteri, succurrere.

Ταῦτα παρόντα σοφ.] Scil. ἔχοντες, vel ὁρῶντες· quod non lateat modo in ἔχοντες, sed plane significetur illo; *habere* enim documentum exempli, quid est, nisi *videre*? Aut *haberi* exemplum qui possit nisi *videndo*, i. e. *habendo* ob *oculos*? Nil tamen impediverit, quo minus hi sint accusatt. simpliciter positi, pro Genitt. τούτων τ. παραδειγμάτων παρόντων ἐφ' ἡμᾶς. ἐφ' ἡμᾶς autem retuleris vel ad παρόντα· ut Col. 1. 6. τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, *quod inter vos versatur, cognitum* vobis est; vel ad σοφίσματα, quæ struantur ἐφ' ἡμ. *contra* nos, nobis *intententur*. *Præsentia* vertit Portus. Non placet; Græce enim foret, τὰ νῦν. *Commenta* idem vertit σοφίσματα· non male; etsi *artes*, fraudem, technas, *petitiones* maxime, (ut gladiatorum, oratorum deinde, Cic. Divin. in Cæc. c. 14. init. μεθοδείας Paullus vocat, Eph. 6. 11. et clarius 4. 14. μεθοδείαν τῆς πλάνης,) malim, *Kunstgriffe*. Cur obliquis tamen literis expressum habeat Edit. Duker. nescio, cum sit in Græco.

Λεοντ.——ἐπικουρ.] Explicant hi Accuss. quænam sint illa σοφίσματα Atheniensium. Ante ξυμμάχων, et deinde ξυγγενῶν, intell. ὡς, *tanquam*, quasi; quia *dicebant* hæc Athenienses, ea προφάσει utebantur, quam speciem obtenderent veris consiliis. κατοικίσεις, ἐπικουρίας, Plur. intell. Singulari, *una* enim utrobique cura, una Leontinorum, una Segestanis ferenda ἐπικουρία, non plures; sed Plurali utitur, quasi *genera* et *modos* notaturus τῶν σοφισμάτων, *qualia* sint; qua ratione et nos utimur, maxime, cum indignabundi loquimur; in propriis quoque Nominibus. Cicero quoque: *Crassos et Antonios superavit. Catilinas omnes Antonius vicit.* Liv. 2. 13. *Supra Coclites et Mucios—id facinus esse.* Et, cum (Annibal apud Liv.) dicit, 35. 14. *Tum vero me supra Alexandrum, et supra Pyrrhum——posuissem*, poterat *idem*, et Cicero, qui hoc amet, et hic forte, (utut alieniori loco,) diceret, *supra Alexandros et Pyrrhos.* Rursus tamen Liv. 3. 35. *medius* (App. Claud.) *inter tribunicios Duilios et Icilios in foro volitare;* quorum *unus* tantum uterque esset; *genus* nimirum hominum notaturus, popularium, quorum sese usu App. plebi venditarit. Genit. autem, Ἐγεσταίων, ad ἐπικουρίας, sign. *iis ferendum* auxilium. Ita Galli: *Venir au secours de quelqu'un; venés*

ταίων ξυμμάχων ἐπικουρίας, οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν, οὐδ' Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται, οἳ, δεσπότην ἢ Μῆδον, ἢ ἕνα γέ τινα αἰεὶ μεταβάλλοντες, δουλοῦνται, ἀλλὰ Δωριεῖς, ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. ἢ μένομεν, ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις ληφθῶμεν, εἰδότες, ὅτι ταύτῃ μόνον ἁλωτοί ἐσμεν, καὶ ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους, ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διϊστάναι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες, δύνανται κακουργεῖν. καὶ οἰό-

à mon secours! c. 78. init. τῇ ἐμῇ προφάσει, *meo obtentu*, i. e. *qua* me, *de* me, cujus ego *materia* sim. Ps. 40. 14. 70. 1. חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי, ad *meum* auxilium propera, i. e. *mihi* ferendum; *à mon aide!* Act. 4. 9. εὐεργεσία ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, i. e. homini infirmo *præbitum* beneficium. Quin Gen. 16. 5. חֲמָסִי עָלֶיךָ, iniquitas *mea* (esto) super te, i. e. tu culpam sustineas, auctor es iniquitatis *mihi illatæ*. Unde et explices Ps. 40. 13. עֲוֺנֹתַי, delicta *mea*, iniquitates *meæ*, i. e. mihi illatæ, quibus ego lædar; quoad Messias ibi loqui intelligatur; ac fortasse et Gen. 4. 13. cum Cainus dicit עֲוֺנִי, iniquitas *mea*, i. e. pœna gravissima mihi imposita, major est מִנְּשֹׂא, quam quæ toleretur, ferri possit. Cf. Phil. Thuc. PP. 42. rel. lit. h. Adde huc ex pag. ibi 27. L. 3. C. 10. ξυμμάχων δούλωσιν ἐπαγομένους, pro, τοῖς ξυμμάχοις. Qui tamen ibi Dat. tunc pendeat ab ἐπαγομένους· sed et hic poterat, Ἐγεσταίοις ἐπικουρίας, *für sie*: ut 1. 5. init. τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς, pro ἀσθενῶν, *für die Lermern*, in usum tenuiorum.

Ἐγεσταίων] Αἰγεσταίων Dionys. Halicarn. Vide Nos supra. WASS.

Οὐ ξυστρ. βουλ.] Transpositum, pro, οὐ βουλ. ξυστρ.——i. e. συστραφῆναι καὶ δεῖξαι. Neque enim ad ξυστραφ. refertur οὐ, verum ad βουλόμεθα, a quo δεῖξαι deinde pendeat, ut ab hoc ξυστραφέντες· quod tamen sit, ut dixi, ξυστραφῆναι καὶ δ. ξυστραφέντες autem non tam est p. ξυνελθόντες, sed sign. *conjuncti*, sociati, *vereinigt, mit vereinigter, zusammengesekter (Entschliekung und) Macht*: conjunctis animis et viribus; Gallis, *d'un commun consentement*; infra opp. κατὰ πόλεις ληφθῶμεν· ubi bene addit Schol. ἰδίᾳ, i. e. *jeder für sich*. Ita LXX. Intt. σύστρεμμα, συστροφὴν, adhibent pro *conjuratione, conspiratis* factionibus. Loca congessit J. C. Biel. in N. Thes. Phil. v. Lex. in LXX. (Hag. Com) vv. σύστρεμμα, συστρέφω et συστροφὴ, T. 3. p. 398, 399. σύστημα quoque huc pertinet, quod ibid. v. Ita Noster 1. 1. init. τὸ Ἑλληνικὸν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, *adjunxisse* se Græcos parti alterutri; Ubi ad ipsum Ἑλληνικὸν intellexisse detur σύστημα, ut ad ναυτικόν.

Οὐκ Ἴωνες τάδε] Apud Aristidem, Tom. III. pag. 651. Ed. Cant. hæc laudantem, pro τάδε est ταῦτα. DUCK.

Δεσπ.—δουλ.] Brevitas hæc est, pro μεταβάλλ. ἀεὶ δεσπότας, καὶ ἔχοντες, vel ὥστε ἔχειν, (δεσπότην) ἢ Μῆδ. ἢ ἕνα γέ· vel brevius; μεταβλήδην, (μεταβολάδην, κατὰ μεταβολὰς, μεταβαλλόμενοι,) per vices, ἔχοντες δεσπ. ἢ M. rel. *Unus* enim non mutatur, *umgewechfelt*, sed *plures* deinceps. γε hic est *utique*, δὴ, *oder doch gewik*; δουλοῦνται verteris, (qui) *patiantur*, se in servitutem redigi, non, *serviunt*; id enim sit δουλεύειν· aut per Metonym. pro hoc illud dicatur, Antec. p. Consequ. vel caussæ, pro effecto. ἀεὶ potest hic sane esse, *semper*, sed, ex more Nostri, et hic apte verteris, *von Zeit zu Zeit*. Hic tamen non opus. μεταβάλλοντες pro Medio est, *suum* scil. dominum.

Αἰεὶ] Ἀεὶ etiam Dionys. Halic. qui alicubi ait, formam Nostro placuisse αἰεί. WASS.

Ἢ μένομεν] Hæc Interpretes recte per interrogationem expresserunt. Sed nemo illam in textum Græcum recipere voluit. DUCK.

Κατὰ πόλ. ληφθ.] Liv. diceret: *dum aggressi singulos carpunt*.

Λόγοις διϊστ.] vel *rumoribus* falsis, *Aussyrengungen*, vel *calumniis* serendis et suspicione injicienda, *Anschwärzungen*.

Τοῖς δὲ—λέγ.—κακ.] Non cohæret cum super. hæc structura, neque, ut debet ta-

μεθα, τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινὸν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα, καθ' ἑαυτὸν δυστυχεῖν.

οή. 78. "Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, ἑαυτὸν δ' οὔ, πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπέρ γε τῆς ἐμῆς κινδυνεύειν, ἐνθυμηθείτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον, ἐν ἴσῳ δὲ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ, μαχούμενος· τοσούτῳ δὲ καὶ ἀσφαλέστερον, ὅσῳ, οὐ προδιεφθαρμένου ἐμοῦ, ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ, καὶ οὐκ ἔρημος, ἀγωνιεῖται· τόν τε Ἀθηναῖον μὴ τὴν τοῦ Συρακουσίου ἔχθραν κολάσασθαι, τῇ δ' ἐμῇ προφάσει τὴν ἐκείνου φιλίαν οὐχ ἧσσον βεβαιώσασθαι

men, ab ὥστε pendet. Port. vertit: *prout possunt*; sed adversante omnino v. λέγοντες. Debebat enim esse aut λέγειν, aut, τοῖς δὲ ὡς ἑκ. δύνανται, προσηνές τι λέγοντες, aut certe: ὡς ἑκ. προσην. τι δύνανται, (λέγειν,) λέγοντες. Et tamen τοῖς δὲ referri non potest ad κακουργεῖν, cui Accus. τοὺς δὲ, debeatur, repetendus certe ille ex τοῖς δὲ, quod a λέγοντες pendeat, aut etiam a προσηνὲς, (quæ *secunda* expresserit Liv.) ut ad κακουργ. intelligas αὐτούς. Sed ubique obstat illud δύνανται et incommodat; quod si quis abesse e contexto pro *glossemate* voluerit, nil sane morer, adscriptum forte ab interpretaturo τὸ ὡς ἑκάστοις. Tunc omnia plana fuerint. Quod si retinuisse placuerit, tamen ita ordinaveris atque interpretere: ὥστε δύνανται (quippe et Indicativum post se habet ὥστε,) τοὺς μ. λόγ. διϊστ. τοὺς δὲ—ἐκπολ. τοῖς δὲ λέγοντες ὡς ἑκάστοις (redundante ὡς, vel suppleto, ᾗ, τυγχάνῃ, ἐνῇ, vel δύνωνται,) κακουργεῖν, sc. αὐτούς· ut 1. 20. Ἱππάρχῳ περιτυχόντες, —— ἀπέκτειναν, scil. αὐτόν. 1. 144. τούτοις ἀποκρινάμενοι, ἀποπέμψωμεν, scil. αὐτούς. V. Ind. in *Ellipsi*: (*Casus ex alio casu repetendi*.) δύνανται tamen abesse, optimum fuerit.

Καὶ εἴ τῳ—κολάσασθαι] Dionys. Halic. p. 160. ταῦτα, inquit, μειρακιώδη, καὶ περίεργα, καὶ τῶν λεγομένων αἰνιγμάτων ἀσαφέστερα. A Gr. perperam abest ἄρα. Wass. Dionysius l. d. reprehendit in Thucydide τὸ κατακορὲς, ut ait, τῆς μεταγωγῆς ἐκ τοῦ πληθυντικοῦ εἰς τὸ ἑνικόν. Et Epist. II. ad Ammæum p. 134. hoc inter ἰδιώματα Thucydidis refert. H. Stephanus, locis ab Hudsono in Var. Lect. adnotatis, negat, hoc peculiare esse Thucydidi, et Aristophanem ac Demosthenem quoque non raro singularibus pro pluralibus uti, ostendit. In Dionysio, pag. 134. pro εἴ τῳ, ἑαυτὸν, et τῷ Ἀθηναίῳ, male legitur οὕτως, αὐτὸν, et τὸν Ἀθηναῖον· quæ ex ipso Dionysio pag. 160. et h. l. Thucydidis emendat Stephanus. Duck.

Παρέστηκε] Ut nos: *und ob sich jemand beygehen lieke*. In reliquis Sigul. ἐμὴν, ἐμοῦ, rel. est pro ἡμῶν, τῶν Συρακουσίων· per ἰδιοποίησιν, quia et Paullus utatur, Rom. 3. 7. 1 Cor. 6. 12. 10. 29. 14. 11. 15. et maxime Rom. 7. 7. rel.

Ἔχων δὲ——καὶ rel.] Profecto aut δὲ redundat, aut καί· nam simpliciter positum ἀγωνιεῖται friget, et absonum pæne est; nisi retuleris etiam ad οὐ προδιεφθ. ἐμ. ut *modum* significent *tria* illa, quo ἀγωνιεῖται· (quod nimirum ante esset, μαχούμενος·) 1) non sublatis Syracusanis, 2) socios habens illos, et hinc 3) non solus. Sed plane; Antecedens cum sit οὐ προδιεφθ. ἐμοῦ, vel conditio, qua pugnaturi sint cum sociis, non soli, ut Genit. explicandus sit: *si* nos antea non fuerimus dejecti, sane, velut intellecto τότε, *tum vero*, inquit Syracusanus, nobis integris, ita pugnarit, ut socios habeat nos; neque inops auxilii decertarit: tum vero aut del. fuerit δὲ, aut mutandum in τε. Quodsi, ἔχων δὲ ξύμμ. ἐμὲ, ipsum est Anteced. conjunctum et diversum τῷ οὐ προδ. ἐμ. *non* sublatis nobis, *sed* sociis usus nobis: tum vero non est, quin καὶ redundet, ad Consequens. ὅσῳ autem est pro ὅτι. neque enim subjicitur comparativ. utut *præcesserit* Compar. ἀσφαλέστ. cum Comparitiva τοσούτῳ, cui data nimirum sit altera, ὅσῳ. ἔρημον autem pro ἔρημος frustra defendit Abr. Quid enim alienius aut ineptius *socio* non destituto *aliis* auxiliis? cum *ipsius* auxilium spectetur, alii præstandum, non *aliorum* auxilia, quibus utatur ipse aut careat!

Τόν τε Ἀθ.] Pendet ab ἐνθυμηθείτω, cui antea subjecisset Partic. μαχούμενος, quia *de se ipse* judicare juberet alterum; ut 1. 36. init. γνώτω——προνοῶν· ubi antea dixisset: τὸ δεδιὸς

βούλεσθαι. εἴτε τις φθονεῖ μὲν, ἢ καὶ φοβεῖται, (ἀμφότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω·) διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν, ἵνα σωφρονισθῶμεν, βούλεται, περιγενέσθαι δὲ, ἕνεκα τῆς αὐτοῦ ἀσφαλείας, οὐκ ἀνθρωπείας δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει. οὐ γὰρ οἷόν τε, ἅμα τῆς τε ἐπιθυμίας καὶ

—φοβῆσον, i. e. φοβήσειν. (V. Ind. v. Particip.) Sophocl. Œd. Tyr. ἴσθι δύσποτμος γεγώς.

Εἴτε τις — γενέσθαι] Dionys. Halicarn. pag. 160. Wass.

Ἵνα σωφρον.] Suid. ταπεινωθῶμεν. Cf. 3. 65. *Gottl.* (ex Abr.) Suidæ glossa ex h. l. et Schol. depromta intelligitur. Locus autem 3. 65. (extr.) ubi est σωφρονισταὶ ὄντες τῆς γνώμης, nihil huc facit; quippe *correctores* ibi sign. σωφρονισταὶ, monitores, qui recte sentire doceant, ad vera et salubria revocent. Et vero hic σωφρονισθῶμεν non sign. ταπεινωθῶμεν, sed, (ut) sapere discamus, modestius nos geramus, tolerabiliores aliis simus, minusque insolentes, minus impotenter agamus.

Περιγ. δὲ] Comma posui post δὲ, quia non ad ἕνεκα refertur τὸ περιγενέσθαι, sed ad βούλεται· vult suæmet salutis caussa. Sic et, ἵνα σωφρ. non ad κακωθῆναι refertur, sed ad idem βούλεται· damno affici nos, ideo vult, ut modestiores simus.

Ἀνθρωπείας] Ante ἀνθρωπίνης. ἀνθρωπείας, vel contra Mss. vel potius Codicum tractatores, ut Thucydideum accipere placuit. Thomas Magister, ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ, inquit, ἀνθρωπίνη. Mœris, Ἀνθρωπεία φύσις, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνθρωπίνη Ἑλληνικῶς. Vide Stephanum de Dial. pag. 158. Vox Platoni, Aristoph. Xenoph. Dionys. Halic. Sophocl. pag. 8. aliisque Scriptoribus Atticis frequentata; pro qua Iones ἀνθρωπήϊος. Herodot. I. 214. ubi pro ἐπαναπλέειν legendum, ὥστε, κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ἘΠΑΝΑΠΝΈΕΙΝ ὑμῖν ἔπεα κακά. ut, ἔμπνευσε μένος. firmat Codex Baroc. v. Suidam in ἀναπνέοντες. Hesiodum ob oculos habuit Theog. v. 31. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν Θείην, ὥστε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Hac etiam forma loquitur Idem II. 55. et II. 57. si Ms. sequi velimus. Pollux II. 5. idem de Nostro testatur. Wass. Add. quæ adnotata sunt ad III. 40. Duck.

Βούλ. ἐλπ.] Βούλησις hic est *res* ipsa, *quam ille velit*; cupita; rem cupitam sibi, expetitam, eventum habituram, sperat; qs. *Objectum*, materiam voluntatis, voti. Neque enim voluntas speratur, nec (τὸ) *velle*, quantumvis magna et vere ἀδύνατα, vires humanas exsuperat; quid enim non concupiscimus homines? Ita *voti compos*, *spei potitus*, i. e. rei votis expetitæ, speratæ. Cic. Epist. Fam. 7. 23. *ex istis emtionibus nullam desidero*, i. e. ex *emtis* a te stabulis. Utramque notionem, et sperandi, et rei speratæ, Paullus jungit Rom. 8. 24. in verbis: ἐλπὶς βλεπομένη, i. e. spes boni jam præsentis. Sic et *propinqua spes*, *longinqua*, *sera* quoque, Livio et Tacito dicitur pro, rei prope imminentis, longinquæ, sero venturæ. Quo tamen non retulerim, cum *differri spes* dicitur; i. e. extrahi in longum, teneri. Quippe et *homo differri* dicitur; i. e. teneri, extrahi, lactari. Nostris, *hinhalten*. Gall. *amuser*. Nostris ergo verba pressius sic vertantur: optat et sperat, quod effici, non sit humanarum virium.

Τ. τε ἐπιθ.——ταμ. γ.] H. e. ut is, qui concupiverit aliquid, (idque sic eventurum, speret, sicuti concupiverit,) eodem modo exitum illi accommodet, quo procedere rem cupitam speratamque, voluerit. Sane ταμίαν ad τύχης magis retuleris. Quis enim sit ταμίας τῆς ἐπιθυμίας; Nempe, qui *moderetur* cupiditatibus, ut neque concupiscat non obtinenda, neque accelerare exitum aut expugnare festinet. Quod alienum hic esse, appareat. Quare per Syllepsin magis, et concinnitati antithesique servandæ, additum est etiam vocabulo ἐπιθυμίας. Hic tamen sensum habeat ταμίας cupiditatis: qui sic eam *temperet*, sic ei moderetur, ut, non omnino perire, cupiat, Syracusanos, sed frangi tamen; tanquam *medium* aliquod spectans. Fortunæ ergo, exitûs, idem velit esse ταμίας, ut *temperetur* eadem mediocritate eventus, ita fractis illis, ut ne deleantur; eodem scil. modo et temperamento, quo cupiditatem vel votum ἐταμιεύσατο, (Gall. *menager*,) ut, fractos, superesse tamen, vellet. Quippe et fortunæ, eventûs, ταμίας esse idem voluerit, ut ne omnia velut effundat, sed reliqui faciat aliquid, molesta sibi et nocitura detrahat, commoda et profutura retineat, et quasi excerpat. Acutam sane sententiam atque salubrem, et quæ largam præbeat materiam de moribus disputandi. Converti enim in multos possit, qui sine incommodis bona tenere velint, ut æstivum teporem sine tonitrubus ac fulminibus hibernam requiem, sed frigore vacantem, honores sine periculis, sine curis opes, rel. tanquam spinis carentes rosas. Sed ista non fuerint hujus loci, ubi interpretandum sit, non disputandum de mori-

τῆς τύχης τὸν αὐτὸν ὁμοίως ταμίαν γενέσθαι. καὶ, εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, τοῖς αὑτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθεὶς, τάχ᾽ ἂν ἴσως καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ποτὲ βουληθείη αὖθις φθονῆσαι. ἀδύνατον δὲ προεμένῳ, καὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς κινδύνους, οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων, ἐθελήσαντι προσλαβεῖν. λόγῳ μὲν

bus. Illustrandæ tamen sententiæ Nostri haud supervacua plane aut incongrua fuerint.

Καὶ, εἰ — προσλαβεῖν.] Dionys. Halic. p. 160. Et λόγῳ—σωτηρίαν ibidem. οὐδὲ μειρακίῳ προσῆκον ἐπιφώνημα, inquit. Postrema, etsi alicui frigida videantur, tamen ex usitatissimo loquendi genere nata sunt. Æschylus Prom. ἔργῳ, κοὐ λόγῳ, τεκμαίρομαι. Herodotus VII. 49. Μάθε, ὅτι αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐκὶ ὤνθρωποι τῶν συμφορέων. Wass.

Γνώμῃ ἁμάρτ.] Supra, 1. 33. extr. γνώμης ἁμαρτάνει· quod, si Libri hic præferant, ut Thucydideum magis, Græcius quoque prætuleris.

Ὀλοφυρθεὶς] Male Port. vertit, *ob mala sua deploratus.* A quo ergo? Aut hoc quid ad caussam, ut *alii* eum deplorent? Medium est ὀλοφύρεσθαι, sign. suis malis afflictus, dolens, sua incommoda deflens. At hæc ipsa, quî cohærent: suis malis afflictus (meam ergo opem requirens), invidere meis bonis voluerit? Nempe αὖθις, *alio tempore*, ubi nos rursus evolverimus, ipse auxilio nostro haud egeat, aut etiam dum egeat, indoluerit tamen lividus, eos esse nos, quorum opem expetisse cogatur.

Ἀδύν. δὲ] Nempe, ut nos fruamur iis bonis, quibus ipsum vicissim juvemus. Non ad φθονῆσαι refertur ἀδύνατον, sed ad superiora, opinor: περιγενέσθαι, ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας· quin verba inde ab οὐ γὰρ οἷόν τε ad φθονῆσαι, vel certe ab illo, καὶ, εἰ γνώμῃ ἁμ. ad φθον. per parenthesin dicta interpretere. Tamen et, invidisse alienis bonis, ἀδύνατον, si *non obtinuerit* illa alter, mea maxime culpa.

Καὶ μὴ] Non verteret Port. *et qui*, tanquam de *alio* sermo jam sit; debebat, ut est in Græco, *nec—voluerit.* Idem enim est hic μὴ ἐθελήσας τῷ προεμένῳ.

Οὐ περὶ τ. ὀν. rel.] Int. ὄντας, οἵτινες (κίνδυνοι) εἰσί. *Caussam* enim inserit, cur, suscepisse, conveniat, ista pericula, quæ, ut recipiant, *postuletur*, nunc quidem, pro Syracusanis, vere sane, sed ita, ut *simul* atque effectu, semet quoque tutentur. Nempe, ὀνόματα, quem λόγον deinde vocet, hic non sunt inanes προφάσεις, obtentui sumtæ caussæ, sed non minus vera caussa, quam illa, quam ἔργῳ subesse, dicat. Quippe, Syracusanis ut adessent, vere tunc postulabatur; quod qui audissent, et *hoc* nomine recepissent, viderentur sane, *solis* et simpliciter adesse Syracusanis; at non minus, quasi interiore vi et latente, cujus mentio *nunc* quidem haud fieret, nec conditio appareret, vere tamen sibimet consulturi. Sunt ergo hic ὀνόματα et λόγος, quorum *nunc mentio* fiat, quæ directo et proxime nunc palam petantur, ut nihil aliud agi jam videatur; ἔργον autem, quod subsit huic postulationi, ea contineatur atque efficiatur, utut *nunc* quidem haud *aperte* proximeve propositum aut spectandum. Ita, qui ὀνόματι Deum colat virtute, i. e. profiteatur, et velit, Deo illam dari, ἔργῳ tamen, quasi interius et effectu ac vi hujus cultûs, sibimet profuerit, et prodesse dicatur: aut, qui ὀνόματι, i. e. ut nunc palam ab illo postuletur, in parentum aut magistri gratiam, literarum studia coluerit, sibimet ἔργῳ consuluisse. Germanice extuleris: *Tekt heikt es nur, ihr sollt uns helfen; aber im Grunde, in ver Folge, der Mirfung nach, rettet ihr euch selbst.* Ita intellecta hæc, ut convenerit sane, et res doceat, quid μειρακιῶδες aut frigidi habeant, non video. Quid, si quis dixerit, in Psalmis et vaticinationibus de Messia ὀνόματι et λόγῳ quidem Davidem, et Cyrum, ἔργῳ tamen Christum, innui? *Vere* sane utrumque, sed *proxime* illos ac directo nominatos, hunc autem *simul*, per Dilogiam consilii et sensûs remotioris, et (tunc quidem) magis abditi, minus eminentis? Nempe error hic fuit, quod *falsam* utique πρόφασιν et confictum in speciem obtentum quærerent in λόγῳ et ὀνόμασιν· hoc nimirum sit μειρακιῶδες· quasi non et *veri* sint λόγοι, *vera* nomina rerum, sub quibus tamen et aliud *lateat.* Denique ὄνομα et λόγος hic est, quod nunc proferatur, in præsenti, palam, directo proximeque, agatur ac postuletur; ἔργον, quo eodem, utut nunc quidem haud prolatum, haud spectatum proxime aut directo, contineatur tamen et efficiatur; ac si dixerit: nos servando vosmet servaritis. Ita 1 Cor. 8. 12. οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς,—εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. Nonne hoc Thuc. efferret: λόγῳ μὲν ἁμαρτάνετε εἰς τοὺς ἀδ. ἔργῳ δὲ εἰς Χριστόν; Vere utrumque, sed illud directo et proxime, prout perpetretur nunc factum; hoc veluti latentius ac remotius, simul tamen et eodem facto.

γὰρ, τὴν ἡμετέραν δύναμιν σώζοι ἄν τις, ἔργῳ δὲ, τὴν αὑτοῦ σωτηρίαν. καὶ μάλιστα εἰκὸς ἦν, ὑμᾶς, ὦ Καμαριναῖοι, ὁμόρους ὄντας, καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας, προορᾶσθαι αὐτὰ, καὶ μὴ μαλακῶς, ὥσπερ νῦν, ξυμμαχεῖν, αὐτοὺς δὲ, πρὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἰόντας, ἅπερ ἂν, εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσωμεν, φαίνεσθαι. ἀλλ' οὔθ' ὑμεῖς νῦν γέ πω, οὔθ' οἱ ἄλλοι, ἐπὶ ταῦτα ὡρμήσθε.

οθ'. 79. "Δειλίᾳ δὲ ἴσως τὸ δίκαιον πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας θεραπεύσετε, λέγοντες, ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν πρὸς Ἀθηναίους· ἥν γε οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἥν τις ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ· καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ, ὥσπερ νῦν, τοὺς πέλας ἀδικῶσιν. ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι, ὄντες Χαλκιδεῖς, Χαλκιδέας ὄντας Λεοντίνους ἐθέλουσι ξυγκατοικίζειν. καὶ δεινὸν, εἰ ἐκεῖνοι μὲν, τὸ ἔργον τοῦ καλοῦ δικαιώματος ὑποπτεύοντες,

Σωτηρίαν] Quidni dixeris, *σωτηρίαν σώζειν*, *salutem servare?* præsertim per Syllepsin, ad *δύναμιν*; *statum* enim conditionemque *salus* notat, *servare*, opus, factum. Nulla ergo Pleonasmi species. V. et ad vv. c. 79. init. *τῶν δὲ ἐχθρῶν.*

Τὰ δεύτ. κινδ.] Verteris: ad quos proxime a nobis perventurum sit periculum; statim periculo proximos.

Αὐτ. δὲ——φαίν.] Ordo est: (εἰκὸς δὲ) αὐτοὺς (ὑμᾶς) ἰόντας (pro ἐλθόντας, et hoc pro ἐλθεῖν, καὶ) φαίνεσθαι παρακελευομένους, (i. e. παρακελεύεσθαι· putidius vertit Port. *palam hortari*; quid enim hic sit *palam*, aut cui usui? Et vero diceret, ἐκ τοῦ φανεροῦ. Ergo παρακελεύεσθαι) νῦν ἐκ τοῦ ὁμοίου (i. e. ὁμοίως, ut nos nunc,) ταῦτα, ἅπερ ἂν δεόμενοι ἂν (redundat alterum ἂν, repetitum ob longiorem structuram et impeditiorem;) εἰ οἱ Ἀθηναῖοι ἀφίκοιντο πρῶτον (ad vos *primos*) ἐς τὴν Καμαριναίαν, (quid petituri?) ὅπως μὴ ἐνδώσωμεν.

Θεραπεύσετε] Quidam Mss. θεραπεύετε. non male. Wass.

Ἥν γε] Γε hic est *tamen*, vel Lat. *quidem*, et ipsum hic pro *tamen*.

Τῶν δὲ ἐχθρ.] Ubi ἐπὶ a Schol. intellectum, velit Abr. non assequor; nisi, quod, cum explicet, κατὰ δὲ τῶν ἐπιστρατευσάντων, rel. per κατὰ explicare videatur τὸ ἐπὶ, et ab illo ἐπὶ suspendere Genitivum, τῶν ἐχθρῶν. Equidem ita ordinaverim: ἣν δὲ, i. e. ἀλλ' (ἐποιήσασθε αὐτὴν,) ἤ τις τ. ἐχθρῶν ἴῃ ἐφ' ὑμᾶς. Neque enim c. Genit. ἐπὶ *contra* notare solet; neque id probaverint nobis allata Abreschio loca; quiidem Scholii partem, inde a v. v. τοῦτο ἐξήγησις, rel. refert ad vv. ἔργῳ δὲ τ. ἑαυτ. σωτηρ. C. 78. ante extr. et pro ἀσφαλέστερον in Schol. legit ἀσαφέστερον. Quod hic quid sit, equidem minus assequor. Neque enim σαφέστερον quidquam, quam, σωτηρίαν σώζειν. ἀσφαλέστερον intell. *confidentius*, securius, (*etwas*) *gewik, zuversichtlich*; aut, si malveris, *certius, zuverläkig*; quia ipse tantum dixerat Schol. ἡγήσεται, *putarit*; ipsum ergo Thuc. dixisse, σώζειν (σώζοι) σωτηρίαν, *vere*, certo, liquido servarit suammet salutem. ἀσάφεια certe quæ sit in σωτηρίαν σώζειν, non video. Cæterum, ad Nostri verba ut redeam, Porti interpretationem sequente, *adversus hostes*, comma ponendum fuerit post ἐχθρῶν.

Ἐκεῖνοι μ. rel.] Ἐκεῖνοι hic sunt Rhegini, diffisi Atheniensibus. τὸ ἔργον est *vis*, consilium, *res* ipsa, verbis non significata, neque aperte (*förmlich*) eminens. Ita Rom. 2. 14, 15. νόμον μὴ ἔχοντες,— —ἐνδείκνυνται (nam οἵτινες ibi respicit, τοὺς νόμον μὴ ἔχοντας,) τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἑαυτῶν· h. e. utut carentes lege, nempe scripta, aperta, literis declarata, qs. *formali*, promulgata, (*fein formliches, ausdrüctliches, geoffenbartes, Gesek*,) ostendunt tamen, (factis, et sensu interno,) τὸ ἔργ. τ. ν. *vim* legis, ipsam naturam, *das wirfliche, wesentliche, eigentliche Gesek*, inscriptam animis ipsorum.

ἀλόγως σωφρονοῦσιν, ὑμεῖς δ' [ἐν] εὐλόγῳ προφάσει, τοὺς μὲν φύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν, τοὺς δὲ ἔτι μᾶλλον φύσει ξυγγενεῖς μετὰ τῶν ἐχθίστων διαφθεῖραι. ἀλλ' οὐ δίκαιον· ἀμύνειν δὲ, καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν· οὐ γὰρ, ἣν ἡμεῖς ξυστῶμεν πάντες, δεινή ἐστιν, ἀλλ', ἣν (ὅπερ οὗτοι

Ita Diog. Laërt. in Præf. ait, barbaros habuisse τὸ ἔργον τῆς φιλοσοφίας, *vim* philosophiæ, studium et curas philosophicas, utut carentes forma philosophiæ externa, expressa, diserta, professa (systematica). Porro καλὸν δικαίωμα hic est *postulatio* speciosa, vel *species*, obtentus postulandi, postulantium justi specie; πρόφασις· ἔργον igitur τοῦ δικαιώμ. est *vis* (*der wahre Sinn, l' intention.*) consilium (improbum scil. et nociturum,) velatum et prætentum specie postulationis in speciem haud iniquæ. ὑποπτεύοντες autem τὸ ἔργον, est, suspicati, fraudem, malum consilium, hoc obtentu tegi, divinantes et conjectantes, quo animo, qua *intima* caussa, ut Tac. loquitur, Ann. 1. 53. init. ita agant Athenienses, illa in speciem postulent. Ita et Latini: *fraus suspecta est*, i. e. suspicio est, fraudem subesse. Ad rem et verba contuleris Nostri 1. 23. extr. ἀληθεστάτην την πρόφασιν, (i. e. αἰτίαν,) ἀφανεστάτην δὲ τῷ λόγῳ. Ubi et εἰς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι commemorantur; itidem diversæ illæ veris et abditis animo; ut Rom. 2. 28, 29. ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος opp. τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, i. e. qui vere, animi sensu, sit Judæus, legi divinæ parens, et ἡ ἐν τῷ φανερῷ περιτομὴ opp. τῇ περιτομῇ τῆς καρδίας, in animo sitæ, sensu (reverentiæ Dei internæ) exserenti vim suam.

Ἀλόγ. σωφρ.] Male Port. obscurius certe, utut prolixe satis: *præter id, quod rationi consentaneum videtur, sapiunt.* At præter rationem sapere qui possis? Aut *cui* viderentur præter rationem sapere? sibimetne ipsis? Cur ergo facerent, ita quidem, ut *sapere* etiam sibi viderentur? Aliis ergo? At non Hermocrati certe, nec prudentiori cuipiam alii. Quid ergo hic est ἀλόγως, sane per Oxymori speciem additum τῷ σωφρονοῦσιν; Sed diversum attendamus et Antithesin, (ἐν) εὐλόγῳ προφάσει· est ergo ἀλόγως, sine εὐλ. προφ. cum careant illa, nec possint idonei quidquam obvertisse Atheniensibus, cur juvisse postulantes non possint. σωφρονοῦσι tamen, odorantur fraudem, cauti agunt, periculum declinant, utut ἄνευ λόγου, i. e. carentes prætexto et excusatione, qua amoliantur a se Atheniensium subdolam postulationem.

Ἐν εὐλ. προφ.] Minime omiserim equidem τὸ ἐν· neque enim a verbis ὠφελεῖν et διαφθείρειν sat commode pendeat ille Dat. (immo Ablat.) εὐλόγῳ προφάσει· quia non *obtentu* juverint hostes, aut prodiderint amicos. ἐν εὐλ. πρ. est pro σὺν εὐλ. πρ. cum habeatis tam probabilem excusationem, (non *occasionem*, ut vertit Port. ubi enim hoc sign. πρόφασις;) caussam, quam merito obvertatis, quam improbare nemo possit; Germ. *bey so gutem Borwande, Behelfe* (*Behufe*). Idem est, ac, si dixerit, δι' εὐλόγου προφάσεως· quod eodem sensu Paullus adhibet Rom. 2. 27. σὲ, τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου· te, legis contemtorem, qui utare divinitus scripta lege. Quippe, διὰ pro ἐν valere, quod hic leg. exempla docent, διὰ χειρῶν ἔχειν, διὰ μέσου γενόμενον, Nostro L. 1. διὰ χρόνου ἐγίγνετο, alia. V. Phil. Thuc. P. p. 132. lit. ו, 133. lit. ח. 134. Adde ex Nostro, διὰ φόβου εἶναι, nec non, διὰ τιμῆς ἄγειν. Ita promiscue Paullus, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, 1 Cor. 2. 3. et, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, Phil. 2. 12. Ita Lat. *perduellis*, qui sit *in* bello: *per* otium, *per* inducias, p. *in* otio, *in* induciis: *per silentium accepta*, i. e. (*cum*) silentio; *per occasionem*, alia.

Μᾶλλ. φ. ξυγγ.] *Magis* nempe *natura* cognatos, quam natura hostes habeant Athenienses; nempe quod hi non modo sint *non Dorici* generis, qs. alieni tantum simpliciter et ἀλλόφυλοι, sed Iones quoque, *infesti* natura Doriensibus. Ita hodie nationes complures; Turci, v. c. non amant Francos, Persas etiam odere; Itali, Angli, non amant nos sane, Francogallos tamen odere; ut Judæi olim Samaritanos, cum reliquos spernerent magis. Vigebat enim inter Iones et Peloponnesios et Dores illa, quam *Antipathiam* vulgo, *National-Hak*, dicimus.

Κ. μὴ φοβ.] Hic repeti non potest δίκαιον, quod ad ἀμύνειν δὲ repetiveris: neque enim in metuendo aut non metuendo *æqui* ratio, sed prudentiæ, habeatur; intell. εἰκός· quod ipsum ponat, eadem de re c. 80. init. οὐκ εἰκὸς ἀθυμεῖν· ubi, rursus addito, ἰέναι ἐς τ. ξυμμαχίαν, ex εἰκὸς, immo ipsum εἰκὸς, intell. δίκαιον, vel δεῖ, vel ἄξιον· quæ lateant sane in δίκαιον, utut alio sensu, et paullulum inflexo; ut in Lat. *convenit, par est, oportet, dignum, consentaneum est, decet*, et nostro, *es gehört, gebührt, geziemt sich*; et æqui, vel officii, et prudentiæ, habita ratione.

Ξυστῶμ.] Hic rectius vertitur, *conjungamur*; Germ. (*alle*) *für einen Mann stehen.*

σπεύδουσι,) τἀναντία διαστῶμεν. ἐπεὶ οὐδὲ, πρὸς ἡμᾶς μόνους ἐλθόντες, καὶ μάχῃ περιγενόμενοι, ἔπραξαν, ἃ ἠβούλοντο, ἀπῆλθον δὲ διὰ τάχους.

π΄. 80. "Ὥστε οὐκ, ἀθρόους γε ὄντας, εἰκὸς, ἀθυμεῖν, ἰέναι δὲ ἐς τὴν ξυμμαχίαν προθυμότερον· ἄλλως τε, καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου παρεσομένης ὠφελείας, οἳ τῶνδε κρείσσους εἰσὶ τὸ παράπαν τὰ πολέμια· καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ

Τἀναντία διαστ.] C. 80. *Gottl.* Cur notaret, non adscripsit; Ellipsin forte indicaturus τῆς ἐς vel κατά· qua duplici C. 80. init. κρείσσους τὸ παράπαν τὰ πολέμια.

Καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ] In Var. Lect. Hudsoni e Cod. Bar. adnotatur προμυθίαν, et Scholiasten quoque ac Vallam ita videri legisse. Puto, vitio operarum προμυθίαν editum esse pro προμηθίαν, quod alii Mss. habent; nam προμυθία nihil est; et neque Scholiastes, neque Valla, ita legerunt, sed προμήθειαν, vel προμηθίαν· quorum utrumque recte dici, docet Auctor Etymol. M. in θυσία. Atque hoc multo melius sententiæ hujus loci convenit, quam vulgatum προθυμίαν. Portus quidem tuetur προθυμίαν, et exponit studium Camarinæorum et adseverationem benevolentiæ erga Syracusanos. Sed hoc alienum est a mente Hermocratis, quæ hæc est: non debere quemquam putare, prudens et circumspectum consilium esse, quod Camarinæis tutum esse possit, a Syracusanis autem æquum haberi debeat, si, neutros juvandos esse, existiment, utpote utrorumque socii. Orationem infinitam, καὶ μὴ δοκεῖν, Portus non male ita supplet, καὶ μὴ δεῖ δοκεῖν· nam et aliis, in quibus infinitivus pro imperativo poni dicitur, supplementum τοῦ δεῖ, vel χρὴ, advocari potest. Nec tamen minus hic ἀπὸ κοινοῦ repeti potest εἰκὸς, quod est in principio hujus Capitis. Sed, quæ sit vis articuli τῷ, aut quo ille referri possit, non intelligo. E scriptura Cod. Cass. cœpi cogitare, fortassis legendum esse, καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμήθειαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι· τῳ pro τινί. Duck.

Προθυμ· δοκ. τῷ, rel.] Difficilior locus, ut si qui alius: primo ob varietatem Lect. προθυμίαν et προμηθίαν. Quarum illam quidem alienissimam ego hic putaverim. Nam quænam ista sit προθυμία, neutros juvare velle, i. e. quiescere, nihil plane conari? At προμήθεια illa fuerit, et vero habita semper fuit, medium gerere sese; cui et τὸ ἴσην εἶναι congruerit et τὸ ἀσφαλῆ. Quare προμηθίαν unice amplexus interpreter, immo, egere interprete, haud putaverim. τῷ deinde incommodat; quod sine accentu legenti, τῳ, pro τινὶ, et ad δοκεῖν referenti nil obscuri supersit. Pro διὰ τὸ accipienti Abresch. assentiar, si referatur ad ἴσην et ἀσφαλῆ simul. At, ὑμῖν δὲ ἀσφ. explicanti quasi Consequens τῷ ἴσην εἶναι, obstet et usus loquendi, qui tum (i. e. tali sensu,) poscat, καὶ ὑμῖν ἀσφαλῆ, vobis *quoque*, et ipsis, et rei ratio; quale enim argumentum: *Quia* æqua in nos fuerit, *ideo* tuta vobis? Ne multa: fefellit, opinor, Intt. usus, Pronom. ἐκείνην, quod jungerent τῷ προθυμίαν vel προμηθίαν, quasi subjecto, cui prædicatum deinde quærerent; frustra: carituri labore vano, si usum attendissent Linguæ utriusque Pronom. et Relat. Demonstr. aptantis Generi Nominis alterius, quod sequeretur ut Prædicatum. Quo more Liv. 3. 37. init. *Et illi carcerem esse ædificatum, quod* (ille) *domicilium plebis Rom. vocare sit solitus:* En, *quod* refertur ad *domicilium* prædicatum vel attributum, *quem* cum debuerit ad *carcerem*, subjectum! Ita et hic: ne junxeris ἐκείνην τὴν προμηθίαν, sed acceperis pro ἐκεῖνο, *hoc*, scil. *factum*, hoc consilium: non oportet, hoc consilium videri cuipiam (esse) cautionem, prudentiæ nomen mereri, *quia* (nempe si τῷ legeris, et cum Abr. pro διὰ τὸ acceperis) *eo, quod* æquum sit in nos, tutum qua vos, neutros velle adjuvisse. Subjectum ergo fuerit ἐκείνην, pro ἐκεῖνο, *hoc*, consilium tale, et Attributum, προμηθίαν, haberi pro cauta prudentia, vel cautione prudenti. Obstare videatur artic. τήν. Sed et Joh. 17. 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, similiter c. Artic. ἡ, et αὕτη pro τοῦτο, referendum ad id, quod sequatur: ἵνα γινώσκωσι σὲ, i. e. τὸ γνῶναι σέ. Ergo et hic: non oportet, *illam* (i. e. *illud*, hoc consilium) videri (τὴν, qs. veram, ipsam, *die rechte*) προμηθίαν —— τὸ — μηδετέρ. βοηθεῖν. Ita interpretanti, non ironice, ut apud Horat. Epist. 2. 1. sed vere ac serio: *Nil intra est (in) olea, nil extra est in nuce duri.* Liv. 21. 10. extr. *dedendum hoc piaculum —— deportandum — censeo;* i. e. *hunc*, Annibalem, *tanquam* piaculum, pro piaculo, *quod* (i. e. *qui*) sit piac. Neque aliter acceperis Christi verba, Cœnam S. instituentis: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, i. e. οὗτος ὁ ἄρτος· (quocunque tandem deinde sensu τὸ ἐστὶν acceperis.) V. et mox ad vv. τὸ μηδ. δὴ β.

ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ, ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους, βοηθεῖν. οὐ γὰρ ἔργῳ ἴσον, ὥσπερ τῷ δικαιώματι, ἐστίν. εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας ὅ τε παθὼν σφαλήσεται, καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, τί ἄλλο, ἢ τῇ αὐτῇ ἀπουσίᾳ τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι, τοὺς δὲ οὐκ ἐκωλύσατε κακοὺς γενέσθαι; καίτοι κάλλιον, τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ἅμα ξυγγενέσι προσθεμένους, τήν τε κοινὴν ὠφέλειαν τῇ Σικελίᾳ φυλάξαι, καὶ τοὺς Ἀθηναίους, φίλους δὴ ὄντας, μὴ ἐᾶσαι ἁμαρτεῖν. ξυνελόντες τε λέγομεν οἱ

Μηδ. δὴ] Qs. Ironiam habet δὴ, *nimirum, si Diis placet; dak ihr etwa.* Sad refertur ad προμηθίαν εἶναι· ne cui (vestrum) videatur *illa* (pro, *illud*) esse (vera) prudentia, ut (male Port. *quod;* necdum enim professi hoc erant;) — ut neutros juvetis. Ad superiora, (not. ad προμηθ.) adde Liv. 3. 35. extr. *Comitiorum habendorum—munus—ei injungunt. Ars hæc erat, ne semet ipse creare posset:* i. e. *hoc, id, quod facerent,* τὸ *injungere,* erat ars: *Diek war ein Runstgriff.* Virgil. Æn. 6. 128, 129. *Sed, revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.* Terent. Adelph. *Quod illi maledictum vehemens esse, existimant, Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet:* i. e. *hoc,* τὸ *placere,* quod placet illis, laudem max. ducit. Notabiliter in primis Cic. p. Mur. c. 28. init. *Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis;* i. e. *qui* Cato.

Δικαιώματι] Specie juris externa, tanquam legitima, et gentium juri congrua: æquitatis asseveratio et obtentus; nempe, qui non *alios* modo, de industria eo compositos, sed *ipsos* quoque, fallat, qui, illo usi, declinare sibi posse pericula videantur, ipsi, recte obtendi illum, rati. Dixit enim supra, δοκεῖν τῳ.

Δι' ὑμ. μὴ ξυμμ.] Portum interpretem sequenti, *propter vos, qui,* rel. comma ponendum post ὑμᾶς et post μὴ ξυμμαχ. Sed ego junctim acceperim pro, διὰ τὸ μὴ ξυμμαχῆσαι ὑμᾶς Ital. *pel non esser voi giunti,* Angl. *for* (by) *your having not assisted us.* V. Philol. Thuc. P. p. 102. lit. א.) Itaque omisi commata.

Ὁ παθ. σφ. κ. ὁ κρατ. π.] Si παθὼν est, ut Port. vertit, qui *oppugnatus* fuerit: sane ὁ κρατῶν esse debet, qui *oppugnaverit,* qui aggressus fuerit: *Der angreifende Zheil.* At enim hoc non sign. κρατεῖν. Nam et, impugnatus qui fuerit, belloque petitus, tamen possit κρατεῖν, vicisse. *Victorem* tamen interpretatus, Pleonasmum induxeris: ὁ κρατῶν περιέσται, victor vicerit. Sed nimirum in utroque repetitum intell. quod, hoc ipso consilio, ut commune utrique præmiserit Thuc. δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας. Si is, qui victus fuerit, *eo* victus fuerit, *quod* vos ei non adfueritis, victor autem *eo* superior fuerit, *quod* vos non adjuveritis eum, quem ille aggrederetur: nempe vos plane et cladis illi caussa, et huic victoriæ auctores fueritis, non adjuvando illum, quo minus vinceretur, non impediendo hunc, (altero non adjuto hoc illi præbentes, vel non impedientes hunc vincere, illos juvando,) quo minus vinceret; quasi *negativa* caussa, τῇ ἀπουσίᾳ non juvantes illum, hunc non impediendo. Ecquid videmus, quam recte et necessario commata absint post ὑμᾶς et post ξυμμαχήσαντας· nec jam egeamus contortis Porti supplementis.

Τί ἄλλο] Scil. ἐποιήσατε; (ἂν) Livium, notum satis est, ita loqui. Gallice: *Vous n'aurez fait que ne pas défendre,* rel.

Ἀπουσίᾳ] Hæc vox abest a Cod. Reg. Vir doctus, qui Edit. Hudsoni cum eo comparaverat, adscripserat, videri Scholion esse. Poterat abesse: nam nihil obstat, quo minus verba τῇ αὐτῇ ad præcedens προμήθειαν referantur. Sed retinendum puto. DUCK. Subtrahendo vos, ἐκποδὼν γενόμενοι, non immixti bello; *mit (eben) dieser (derselben) Reutralität.*

Ἠμ. σωθ.] Scil. ὥστε vel πρὸς τὸ σωθ. Notus sane Infinitivi usus. V. tamen Phil. Th. P. p. 96. lit. ב) et ז) Hic utrumque notat, et consilium, et effectum.

Φίλ. δὴ ὄντ.] Non video, cur Port. verterit, *qui jam sunt vobis amici.* An ἤδη legerit? At nil varietatis notatur. Acerbissimam Ironiam et hic habet τὸ δή· *welche ja eure (lieben) Freunde sind;* hos ergo peccare ne sinitis: *Ihr werdet doch eure lieben Freunde sich nicht so vergehen lassen!* Summa illa est irrisio et Charientismus idem, qui Paulli, 2 Cor. 11. 20. ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι (δὴ) ὄντες· Tam prudentes decet, et vero solent, stultos perferre. Ironiam enim esse hanc, (*Persiflage*) vs. 20. declarat. Tam faceta

Συρακούσιοι, ἐκδιδάσκειν μὲν, οὐδὲν ἔργον εἶναι, σαφῶς, οὔτε ὑμᾶς, οὔτε τοὺς ἄλλους, περὶ ὧν αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον γιγνώσκετε· δεόμεθα δὲ, καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα, εἰ μὴ πείσομεν, ὅτι ἐπιβουλευόμεθα μὲν ὑπὸ Ἰώνων, ἀεὶ πολεμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν, Δωριεῖς Δωριέων· καὶ, εἰ καταστρέψονται ἡμᾶς Ἀθηναῖοι, ταῖς μὲν ὑμετέραις γνώμαις κρατήσουσι, τῷ δ' αὑτῶν ὀνόματι τιμηθήσονται· καὶ τῆς νίκης οὐκ ἄλλον τινὰ ἆθλον, ἢ τὸν τὴν νίκην παρασχόντα, λήψονται. καὶ, εἰ αὖ ἡμεῖς περιεσόμεθα, τῆς αἰτίας τῶν κινδύνων οἱ αὐτοὶ τὴν τιμωρίαν ὑφέξετε. σκοπεῖτε οὖν, καὶ αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως δουλείαν, ἢ κἂν, περιγενόμενοι μεθ' ἡμῶν, τούσδε τε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν, μὴ ἂν βραχεῖαν γενομένην, διαφυγεῖν.

πα'. 81. Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἑρμοκράτης εἶπεν. ὁ δ' Εὔφημος, ὁ τῶν Ἀθηναίων πρεσβευτὴς, μετ' αὐτὸν, τοιάδε.

hæc est irrisio Nostri, et plane κατ' ἄνθρωπον disputatio urbana et Charientismi plena, ut advertat plane (*frappirt*) in tam severo alias scriptore: Si amici sunt vobis Athenienses, quod creditis et jactatis: agitedum, monete illos familiariter, ne sic delinquant. Nil vidi urbanius aut χαριέστερον.

Σαφῶς] Refer ad ἐκδιδάσκειν, per Metathesin, vel Synchysin, aut Hyperbaton, cujus plura, cum hoc ipso, exempla notavi in Phil. Th. p. 283. lit. α.)

Δεόμεθα — λήψονται] Dionys. Halic. pag. 160. WASS.

Δεόμ. δε] Πεισθῆναι (ὑμᾶς) intell. Abr. Malim ex toto, quod sequatur, intelligi, μὴ ἐπιβουλεύεσθαι ἡμᾶς, μὴ προδίδοσθαι. Anacoluthon magis fuerit, abruptæ orationis, inserto, καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα. V. et ad Schol. prox.

Δωριέων] Scil. ὑπὸ Δωρ. concinnitatis caussa omiss. ὑπὸ, qs. per παρηγμένον Casuum.

Καὶ εἰ καταστρ.] Colon pro puncto posui post Δωριέων· ut, καὶ εἰ rel. penderet porro a μαρτυρόμεθα· concinnius, ut arbitror.

Ὑμετέραις γνώμαις] Ἡμετέραις γνώμαις Dionys. Hal. p. 160. WASS.

Αὐτ. ὀνόμ.] Ut penes solos Athenienses gloria sit et commoda victoriæ, ad Camarinenses, quorum opera vicerint tamen, nihil inde redundet; Athenienses *ferant* omnes, Camarinacos nemo.

Ἆθλον] Cave, pro Mascul. acceperis, deceptus τῷ ἄλλον· ἆθλος enim est *certamen*, ἆθλον *præmium* certaminis; ut notum. Et vero poterat ἄλλο dedisse Thuc. sed nimirum dedit τῷ, τὸν παρασχόντα. Comma ergo posui post ἆθλον, et post παρασχ. τ. νίκην. Metonymiæ quidem, permutantis hæc duo, non succurrunt exempla.

Εἰ αὖ ἡμ.] Mollius fuerit, εἰ ἡμεῖς αὖ περιεσ. Neque Logica ratio abnuerit, *subjectis* ita oppositis: Athen. si vicerint; *nos* contra si vicerimus. Hoc positu, qui editus sit, *res* opponuntur, facta et *prædicata*: καταστρέψονται et περιεσόμεθα.

Αἱρ. — — δουλείαν, ἢ — λαβεῖν, — κ. — διαφ.] Varietatem obs. Nominis primo, dein Verbi, ab eod. (αἱρεῖσθε) suspensi: qua eâdem Hor. Carm. 4. 1. 29.——31. *Me nec femina*, —*nec spes*,—*nec certare juvat mero*. V. Bentl. (quem supra jam hoc nomine memoravi,) ad Hor. Carm. 1. 1. 6. (p. 3. Edit. Amst.)

Ἤδη] Bene Port. satis, *jam nunc*. Malim, *continuo, sogleich, eben jekt*; quod supra dixisset: αὐτόθεν δὴ διανοήθητε.

Τ. αὐτ. ἀκινδ. δουλ.] Utrumque pro Adject. τὴν παροῦσαν (*certam*, imminentem, καὶ, immo καίπερ, *utut*,) ἀκίνδυνον δουλ. nempe *nunc* quidem, in præsenti, (αὐτίκα,) *vor der Hand*, *si* quidem periculum subire pro nostra libertate vestraque nolueritis. Id enim sane hic notet Adv. ἀκινδύνως· *si* nunc periculo (belli contra Athenienses) subducere vos volueritis. Neque enim ἀκίνδυνον per se diceret δουλείαν· Ecquod enim periculum servitio majus, illis utique populis? Ceterum eâdem brevitate Paullus, 2 Cor. 4. 15. τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, h. e. ἡ θλίψις πρόσκαιρος καὶ ἐλαφρά. et Liv. 1. 13. extr. *ex bello tam tristi læta repente pax*, i. e. pax læta et repentina post bellum t. tr.

πβʹ. 82. "ἈΦΙΚΌΜΕΘΑ μὲν ἐπὶ τῆς πρότερον οὔσης ξυμμαχίας ἀνανεώσει· τοῦ δὲ Συρακουσίου καθαψαμένου, ἀνάγκη καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς εἰπεῖν, ὡς εἰκότως ἔχομεν. τὸ μὲν οὖν μέγιστον μαρτύριον αὐτὸς εἶπεν, ὅτι οἱ Ἴωνες ἀεί ποτε πολέμιοι τοῖς Δωριεῦσιν εἰσίν. ἔχει δὲ καὶ οὕτως. ἡμεῖς γὰρ, Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οὖσι, καὶ παροικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα, ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα αὐτῶν ὑπακουσόμεθα. καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ ναῦς κτησάμενοι, τῆς μὲν Λακεδαιμονίων ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἀπηλλάγημεν, οὐδὲν προσῆκον μᾶλλόν τι, ἐκείνους ἡμῖν, ἢ καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις, ἐπιτάσσειν, πλὴν καθόσον ἐν τῷ παρόντι μεῖζον ἴσχυον. αὐτοὶ δὲ τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ πρότερον ὄντων ἡγεμόνες καταστάντες, οἰκοῦμεν,

Εἰκ. ἔχ.] Scil. αὐτήν. Totum distractum, περὶ τ. ἀρχ. rel. pro, ὅτι εἰκότως ἔχομεν τὴν ἀρχήν. Vix aliter tamen poterat, quin præmitteretur ἀρχὴ, ut caput hic caussæ ac disputationis.

Τὸ μ. —— αὐτ. εἶπ.] Scil. ἐστὶν, ὅ· Brevius pro: τὸ μ. μέγ. μαρτ. τοῦτό ἐστιν, ὃ αὐτ. εἶπ. Ita subinde apud Xen. M. S. τοῦτο μὲν ἀληθὲς λέγεις, vel, ταῦτα μὲν ἀληθῆ εἶπας, i. e. τοῦτο, ὃ λέγεις, ἀληθές ἐστι, ταῦτα, ἃ εἶπας, ἀληθῆ ἐστίν. Aut brevius intell. ὡς· *ut, tanquam* maximum argumentum, *pro* maximo argumento, hoc ipse dixit. Durius etiam 1. 142. init. μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, i. e. μέγ. δὲ ἐστὶ, (τοῦτο,) ὅτι —— κωλυθήσονται.

Ἔχ. δὲ κ. οὕτ.] Transpos. pro, καὶ ἔχει δὲ οὕτως. Alienum enim est καὶ ad οὕτως, quasi *et aliter* se habere posse res intelligatur. Cf. Phil. Thuc. P. p. 282. lit. ג), et 285. c). α).

Οὐδὲν προσῆκον] Scholiastes non recte putat, ἀπὸ κοινοῦ repetendum esse, ἐσκεψάμεθα. Προσῆκον inter ea est, quæ Grammatici participia impersonalia vocant, quibus utuntur ut genitivis absolutis; cujus generis sunt ἐξὸν, ἐνὸν, δέον, et alia. Thucydides III. 40. Εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον (ὑμῖν ἄρχειν), ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾷν. IV. 95. Παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν, ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. Et VI. 84. Ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς, ὡς οὐ προσῆκον ὑμῶν κηδόμεθα. Ita et hic οὐδὲν προσῆκον, *quum nihil causæ esset, eo, quod nulla causa erat.* Duck. Pro, προσήκοντος (κατ᾽) οὐδὲν μ. i. e. Genitt. simpliciter positis. *Decebat* vertit Port. τὸ προσῆκον· malim, *jus erat: es fam ihnen se wenig zu, als uns.*

Ἢ καὶ ἡμ.] Redundat καὶ, ut solet, in partitione et diversis vel disjunctis.

Τῷ βασιλεῖ] Articulus τῷ plerisque libris deest, et debet abesse. Wass.

Οἰκοῦμεν] Valla vertit: nostra *incolimus; Acacius:* imperium *amplexi retinemus.* Non apertissima est significatio τοῦ οἰκοῦμεν· sed puto, Portum melius vidisse sententiam, quam illos. Οἰκεῖν πόλιν, et οἰκίαν, pro διοικεῖν, dicunt omnes. Hoc etiam οἰκεῖν solum sine casu dicit Thucydides II. 37. Καὶ ὄνομα μὲν, διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους, ἀλλ᾽ ἐς πλείονας, οἰκεῖν, δημοκρατία κέκληται. Duck. H. e. ἐσμέν· et καταστ. οἰκ. p. καθεστηκότες ἐσμὲν, καθέσταμεν, vel κατέστημεν, *facti* sumus et adhuc *manemus.* Nam neque supplementum Abr. ἀρχὴν satis placet, ut durum, et et per Ellipsin, et qua sensum, neque explicatio intelligentis αὐτοὺς, ut οἰκεῖν sit *regere.* Si quid intelligendum, τὴν χώραν, (ἡμῶν,) τὴν Ἀττικὴν, addiderim animo; simpliciter satis; et ex usu, Latini quoque *habitare*, ita simpliciter positi, sicut et *colere, incolere.* Aliquanto tamen simplicius, et citra omissionem, οἰκεῖν significet *esse, manere*, perstare, qs. καθῆσθαι· *sedemus* principes, *sumus*, agimus. In sacris certe libris crebro ita occurrit, ex Ebr. יָשַׁב: tanquam 1 Tim. 6. 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, i. e. ὤν. Ipse enim Deus *esse lux* dicitur, 1 Joh. 1. 5. et ἐν τῷ φωτὶ, i. e. φῶς, ut ἐν ἀληθείᾳ pro ἀληθὲς, בֶּאֱמֶת. Jer. 30. 18. וְאַרְמוֹן עַל־מִשְׁפָּטוֹ יֵשֵׁב, *et palatium super judicio suo sedebit*, i. e. *erit*, manebit, ut ante fuit, ut convenit. Ibi tamen יֵשֵׁב pro Niph. יוֹשַׁב Activ. pro Pass. acceperis, *habitabitur.* At Ps. 55. 20. קֶדֶם יוֹשֵׁב, ὁ ὤν, ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ies.

νομίσαντες, ἥκιστ' ἂν ὑπὸ Πελοποννησίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες, ἢ ἀμυνούμεθα. καὶ, ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ ἀδίκως καταστρεψάμενοι τούς τε Ἴωνας καὶ νησιώτας, οὓς ξυγγενεῖς, φασὶν, ὄντας, ἡμᾶς Συρακούσιοι δεδουλῶσθαι. ἦλθον γὰρ ἐπὶ τὴν μητρόπολιν, ἐφ' ἡμᾶς, μετὰ τοῦ Μήδου, καὶ οὐκ ἐτόλμησαν ἀποστάντες τὰ οἰκεῖα φθεῖραι, ὥσπερ ἡμεῖς, ἐκλιπόντες τὴν πόλιν· δουλείαν δὲ αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν.

57. 15. שֹׁכֵן עַד, Vulg. *habitans æternitatem*, i. e. æternus. Ps. 102. 13. Tu vero, Deus, in æternum תֵּשֵׁב, LXX. εἰς τὸν αἰῶνα μένεις. (F. μενεῖς.) Ps. 125. 1. *Deo qui fidunt*, (sunt) *sicut mons Zion*, (qui) *non movetur*, (sed) *æternum* יֵשֵׁב, i. e. *manebit*. Denique (notavi enim hæc subinde, passim notata inter legendun, ad illum Paulli locum, φῶς οἰκῶν, qui me ipse juvarem, interpretantem τὸ οἰκεῖν, *esse*;) Prov. 8. 12. *Ego sapientia* שָׁכַנְתִּי, *habito*, i. e. usque *sum*, maneo, persto; ant si, quod sequitur ibi, עָרְמָה, quod Munach accentus jungat τῷ שָׁכַנְתִּי, junxeris illi, vel intellecto בְּ, habito *in* calliditate, i. e. *sum* callida, consilii plena, vel simpliciter, *habito* (ut, tanquam) *calliditas*, i. e. *sum*; eodem redierit, quo dixerim. Quin et Ps. 22. 4. Tu (es) sanctus (venerandus,) יוֹשֵׁב, *habitans*, vel, Tu, sancte Deus, *habitas*, laudes Israëlis, explicasse ausim, deturque, Tu *es* laudes Israëlis, i. e. tu *es* materia laudum, tu *es* ille, quem perpetuo celebrent. Quid autem pronius ad intelligendum, quam, *sedere, habitare*, significare *esse, agere, perstare?* cum et Poëtæ, *habitat sub pectore vulnus, habitantem in pectore curam* dicant, i. e. ibi agentem, versantem, ὑπάρχουσαν, nec, cum Paullus ait, Rom. 7. 17. *habitans in me pravitas*, aut vs. 18.—negat, quidquam in pravo animo *habitare* boni, aliter interpretere, quam *esse*, agere, inveniri, *sich befinden*. Virgil. Æn. 6. 599. de vulture, Tityi jecur usque carpente: *habitatque sub alto pectore*, i. e. ibi *est*, agit, versatur, ἀμφιπολεῖται· pro quo Horat. Carm. 3. 4. 74. 78. *Nec Tityi jecur relinquit ales*. (Ubi, pro *reliquit, relliquit* legere Metrum jubet; nunquam enim ab iambo incipit Alcaicus, sed semper a spondeo; præterquam 1. 9. 1. *Vides, ut alta*, rel.) Ergo, καταστάντες οἰκοῦμεν, est, καταστ. ἐσμὲν, μένομεν, διάγομεν· immo totum κατ. οἰκ. pro uno et simplici, κατέστημεν, vel καθέσταμεν, *sumus*. Ita καθεστὼς νόμιμον. Nostro 3. 9. init. καθεστῶτες νόμοι, καθεστῶσα πολιτεία, p. παροῦσα, παρόντες, παρὸν, quæ *sit*, sint, vigeant, maneant. Idem L. 1. πᾶσα ἰδέα κατέστη θανάτου, (in prœlio,) *fuit*, exstitit *omnis imago mortium*, ut Tacit. loquitur, Hist. 3. 28. extr. Quid, quod et *stare* Latinis nonnunquam sign. *esse?* (unde Italis quoque expressum, *sono stato, star in casa, star in ozio*;) Hor. Carm. 1. 16. 19. *Urbibus ultimæ stetere caussæ*, i. e. fuere, κατέστησαν. Ac, ni fallor, Tac. Ann. 1. vel 2. *exitii caussa illi stetit*. Hinc *status rerum, civitatis*, i. e. conditio, quales *sint*; plane ut nos: *wie stehet es? so stehen die Sachen; es stehet wohl um ihm; es stand gefährlich*; nec non, *in Freundschaft, Bündnik, Briefwechsel, stehen*: in quibus omnibus itidem *stare* pro *esse* dicatur: manifestius etiam in illo: *es stehet zu befürchten, zu beweisen*. Unde explicasse fortasse detur Latinum, *magno stare*, et nostrum, *zu stehen tommen*, i. e. *fieri, esse*, (*cedere*, proprium esse,) alicui; ut Horat. expl. Epist. 2. 2. 5. *Fiet eritque tuus numorum millibus octo*. Ita Gen. 23. 20. וַיָּקָם, *Ita stetit ager Abrahamo* (pro) *quadringentis didrachmis*, i. e. cessit, factus ei est; (proprius;) οἱ ό, ἐκυρώθη, *firmatus* est, quem teneret, haberet; ejus denique jam *fuit*. Ignosce, Lector, prolixitati digressionis, neque alienæ hic prorsus, neque supervacuæ, arbitrer.

Ἐς τὸ ἀκρ. εἰπ.] Aut bis intell. τὸ, ἐς τὸ εἰπ. τὸ ἀκριβὲς, aut saltem junge, ἐς τὸ εἰπ. ἀκριβές. aut rursus, εἰπεῖν, scil. ὡς, ὥστε εἰπ. ἐς (pro εἰς, κατὰ) τὸ ἀκρ. i. e. ἀκριβῶς. Postremum hoe probo. Neque enim, *ut dicam, dicamus*, Græce est, ἐς τὸ εἰπεῖν, sed ὡς, v. ὥστε εἰπ. ut notum. V. et ad c. 83. extr. ad v. ἤδ. τοπαρ. τ.

Οὐκ ἐτόλμ.] Non sustinuere, a se impetrare non potuerunt; *sie hatten nicht die Standhaftigfeit, Entschlossenheit*, (*Resolution*, constantiam, animum præsentem,) *tonnten es nicht über das Herz bringen, sich entschlieken*.

Τὰ οἰκ. φθεῖρ.] Pro φθείρεσθαι, *sua* nimirum.

πγʹ. 83. "Ἀνθ' ὧν ἄξιοί τε ὄντες, ἅμα ἄρχομεν, ὅτι τε ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεσχόμεθα ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ διότι καὶ τῷ Μήδῳ ἑτοίμως τοῦτο δρῶντες οὗτοι ἡμᾶς ἔβλαπτον· ἅμα δὲ, τῆς πρὸς Πελοποννησίους ἰσχύος ὀρεγόμενοι. καὶ οὐκ ἄλλῳ ἑπόμεθα, ὡς ἢ, τὸν βάρβαρον μόνοι καθελόντες, εἰκότως ἄρχομεν, ἢ, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῇ τῶνδε μᾶλλον, ἢ τῶν ξυμπάντων τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν, κινδυνεύσαντες. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον, τὴν προσήκουσαν σωτηρίαν ἐκπορίζεσθαι. καὶ νῦν, τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας ἕνεκα καὶ ἐνθάδε παρόντες, ὁρῶμεν καὶ ὑμῖν ταῦτα ξυμφέροντα. ἀποφαίνομεν δὲ, ἐξ ὧν οἵδε τε διαβάλλουσι, καὶ ὑμεῖς μάλιστα ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ὑπονοεῖτε· εἰδότες τοὺς περιδεῶς

Ἄξιοί τε ὄντ. rel.] Obscuritatem loco inducunt particulæ distribuentes, τε post ἄξιοι, ἅμα, et καὶ ante διότι, dubium reddentes, quid cuique respondeat. Præcipua est notio, ad quam referantur omnia, ἄρχομεν, cujus causas deinceps afferat: ἀνθ' ὧν, ob ea, quæ fecerimus Persico bello: ἄξιοι ὄντες, novam sane caussam non affert; sed intell. ἄρχειν· ob ea, quæ fecerimus, digni principatu imperamus: ἅμα non refertur ad ἄξιοι ὄντ. sed ad id, quod sequatur, ὅτι τε — — καὶ διότι: hæc duo sibi respondent; quibus ἅμα præmissum complectatur utrumque: imperamus, *tum* (hoc sign. τε post ἄξιοι,) quod digni sumus: *tum*, vel, *sed et simul*, (ἅμα) eo, quod et (nos) fideliter promtum animum probaverimus, *tum* (hoc sign. illud, καὶ διότι,) quod eandem voluntatem Persis accommodarunt Peloponnesii. Ita, apparuerit, opinor, quo quidque referatur: ἄξιοι ὄντες (ἄρχειν· unde comma posui post ὄντες,) ἅμα ἄρχομεν, (διὰ τοῦτο,) ὅτι τε, tum, quod, scil. ἡμεῖς, — — παρεσχόμεθα, καὶ (ἄρχομεν ἄξιοι ὄντ.) καὶ (hoc quoque nomine,) διότι, quod illi etiam Persis, hostibus, eadem promti præstitere; καὶ τῷ Μήδῳ, Persis *adeo*, Græciæ hostibus; non satis habentes, nil contra illos movisse, verum etiam *ultro* (insuper) promti illis fuere; haudquaquam digni ergo hi, qui principatum affectent. Possis et hic digerere: ἀνθ' ὧν ἄρχομεν. Cur ἄρχομεν; ἄξιοί τε ὄντες. Cur ἄξ. ἐσμέν; a) ὅτι τε, quam plurima præsidia animumque fideliter promtum adhibuimus; cur porro digni imperamus? b) quia (e diverso) Peloponnesii non modo nos, aliosve Græcorum, non adjuverunt contra Persas, sed iidem (etiam) promtum animum hostibus Persis accommodarunt, quem nobis præstare debebant. ἄρχομεν ergo, 1) ἄξιοι ὄντες, a) ὅτι παρεσχόμ.—2) quia Peloponnesii non in nos, sed in hostem, promti. Sic omnibus particulis distribuentibus satisfeceris, quæ neglectæ, si verum fateri volumus, obscuritatem offuderint; neque laboraveris cum Heilm. in significatione τοῦ ἄξιοι, quod hic non *parem*, idoneum, sed *dignos* plane ac merentes notare, satis declararint caussæ adjectæ, ex *animo* maxime et sensu utrumque Athen. et Pelop. diverso repetitæ.

Κ. οὐκ ἄ. ἑπ.] Καλλιεπούμεθα cur pro conjectura Valken. Diatr. ad Eurip. p. 231. notet Gottl. non video, cum e Gramm. jam notarit Duker. Elegans haud dubie lectio, et structuram promte expeditura, quam impediat recepta Lect. utut non minus apta, atque, haud scio, an præferenda, οὐκ ἄλλῳ ἑπόμ. Pessime tamen vertitur: *non alterius auspicia sequimur.* Nihil hic alienius: Verte: *nulli alii* (rei, argumento, *Umstande*,) *innitimur*, fidimus, incumbimus. quin, ad verbum, plane, non aliud (i. e. hoc unum) sequimur; (tenemus, amplectimur;) *wir fussen darauf, halten uns daran.* Quod pro ὡς ἢ Heilm. legit, vel conjicit, ἢ ὡς, satisfecerit illud quidem τῷ ἄλλῳ, sed alterum ἢ destituerit, cui respondeat prius ἢ in posita Lect. Vulg. satis a me defensa, monente: οὐκ ἄλλῳ esse idem, quod, τούτῳ μόνῳ. V. et, quæ noto ad Sanct. Min. P. 1. L. 4. C. 4. n. m. Terent. ad v. *pretium*.

Εἰδότες] Nempe ἡμεῖς, οἱ Ἀθηναῖοι. Ad utrosvis enim referri, structura patiatur, ubi præcedat ὑμεῖς ὑπονοεῖτε, *vos*, Camarinenses; sed, ad hos referenti sensus obstiterit; hoc enim si scirent Camarinenses, non sequerentur dicta speciosa, quæ quidem vocet Euphemus, Syracusanorum; sed, confidere se, ostendit, futurum, ut tandem intelligant, vere sibi profutura.

ὑποπτεύοντάς τι, λόγου μὲν ἡδονῇ τοπαραυτίκα τερπομένους, τῇ δ' ἐγχειρήσει ὕστερον τὰ ξυμφέροντα πράσσοντας. τήν τε γὰρ ἐκεῖ ἀρχὴν, εἰρήκαμεν, διὰ δέος ἔχειν, καὶ τὰ ἐνθάδε, διὰ τὸ αὐτὸ, ἥκειν μετὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς καταστησόμενοι, καὶ οὐ δουλωσόμενοι, μὴ παθεῖν δὲ μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες.

πδ'. 84. "Ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς, ὡς οὐδὲν προσῆκον ὑμῶν κηδόμεθα, γνοὺς, ὅτι, σωζομένων ὑμῶν, καὶ διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακουσίοις, ἧσσον ἂν, τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν Πελοποννησίοις, ἡμεῖς βλαπτοίμεθα. καὶ ἐν τούτῳ προσήκετε ἤδη ἡμῖν τὰ μέγιστα· διόπερ καὶ, τοὺς Λεοντίνους, εὔλογον, κατοικίζειν, μὴ ὑπηκόους, ὥσπερ τοὺς ξυγγενεῖς αὐτῶν τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀλλ' ὡς δυνατωτάτους· ἵνα ἐκ τῆς σφετέρας, ὅμοροι ὄντες, τοῖσδε ὑπὲρ ἡμῶν λυπηροὶ ὦσι. τὰ μὲν γὰρ ἐκεῖ, καὶ αὐτοὶ ἀρκοῦμεν πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ ὁ Χαλκιδεὺς, ὃν ἀλόγως ἡμᾶς, φησὶ, δουλωσαμένους, τοὺς ἐνθάδε ἐλευθεροῦν, ξύμφορος ἡμῖν, ἀπαράσκευος ὢν, καὶ χρήματα μόνον φέρων· τὰ δὲ ἐνθάδε, καὶ Λεοντῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι, ὅτιμάλιστα αὐτονομούμενοι.

Ἡδ. τοπαρ. τ.] Cf. 1. 22. (extr.) *ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν*. *Gottl.* Nil sane simile ista habent; cum sermo ibi sit de libro ad *ingenium* ostentandum composito, legentem oblectaturo, hic de *illecebris* male suadentium, quibus ad se vertant audientes, ipsorum *malo*. Ceterum hoc loco utare ad superiora, C. 82. extr. *ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν*, scil. *ὥστε*· Ita et hic; (nempe 1. 22.) *ἀγώνισμα*, scil. *ὥστε, ἐς τὸ παραυ. ἀκούειν*.

Τῇ ἐγχειρ.] Scil. *ἐν*, qs. pro *ἐγχειροῦντας*, cum aggressi rem fuerint, ubi ad rem accesserint; non, *per* conatum.

Διὰ δέος] Pro, *διὰ τὸ δ.* timoris caussa. Vix abesset hic Artic.

Οὐδ. προσ.] Non ad *necessitudinem* vel cognationem referri, satis declaraverint quæ sequantur, *ἧσσον βλαπτοίμεθα*· ut ad *securitatem* magis pertineat. V. et mox ad *προσήκετε*.

Ἐν τούτῳ] P. *διὰ τοῦτο, ἐκ τούτου*, *hoc nomine*; plane ut nos, *hierinnen*.

Προσήκετε] *Non alieni* estis nobis, non *negligendi*; quia, ut Liv. loquitur, per vestrum latus nos petimur. Apparet, non de cognatione agi, sed de periculo.

Κ. αὐτ. ἀρκ.] Καὶ sign. hic, *vel, auch wohl*, vel *ἤδη*, *schon selbst*.

Ξύμφορος ἡμῖν] In Thoma Magistro v. *συμφέρων*, male editur *ἡμᾶν*. Duck.

Ἀπαρ. ὢν — φέρων — αὐτονομ.] Non verteret Portus Participia ista, *quod*, veluti caussam redditura *τοῦ ξύμφορος ἡμῖν*. Debebat, *si*, vel, *ita*, µt, *ita* demum, *tum* demum, *nur so*; sensus est: Chalcidenses *ita* nobis apti sunt, *si*, apparatu carentes belli, tributarii tantum sint: at Siculi, et (i. e. nominatim, maxime) Leontini, *tum* demum, *ita* nobis apti et profuturi, *si* quam maxime liberi agant; suo quisque modo nobis prodest, alius alia conditione. Ita Horat. Carm. 3. 29. 53. *Laudo manentem*; (fortunam;) i. e. *si* manet, non, *quia* manet; subjicit enim: *si celeres quatit pennas, si* abire a me parat. Eurip. Alc. Vs. 14. (Ἄδμητον) ᾅδην — — ἐκφυγεῖν, Ἄλλον διαλλάξαντα — νεκρὸν, *permutantem* i. e. *si* permutasset; (quod hic, per Hypall. est, pro se dedisset, suggessisset, reddidisset.)

Τὰ δὲ ἐνθάδε] Non bene vertitur, obscurius certe: *res istæ*; debebat, *hic*, quæ (qui) *hic* sunt, res Siculæ, immo populi Siciliæ, homines Siculi. Neutr. *τὰ δὲ* pro Mascul. *οἱ δέ*.

Καὶ Λεοντ.] Καὶ hic sign. *nominatim*, utique, *aut* (*specifice*) aut *tanquam*, veluti. *Zum Beyspiele, so wie*. Notare hoc pravus omisi in Philol. Thuc. P. p. 53. hic ergo reddidero: Eph. 6. 18. 19. *preces facite* pro omnibus Christianis, *καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ*, *et* pro me,

πέ. 85. " Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ, ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ, οὐδὲν ἄλογον, ὅ, τι ξυμφέρον, οὐδ᾽ οἰκεῖον, ὅ, τι μὴ πιστόν. πρὸς ἕκαστα δὲ δεῖ ἢ ἐχθρὸν ἢ φίλον μετὰ καιροῦ γίγνεσθαι. καὶ ἡμᾶς τοῦτο ὠφελεῖ ἐνθάδε, οὐκ, ἢν τοὺς φίλους κακώσωμεν, ἀλλ᾽, ἢν οἱ ἐχθροὶ διὰ τὴν τῶν φίλων ῥώμην ἀδύνατοι ὦσιν. ἀπιστεῖν δὲ οὐ χρή. καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους, ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους, νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς, χρημάτων βιαιότερον φορᾷ· ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους, διότι ἐν χωρίοις ἐπικαίροις εἰσὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον. ὥστε, καὶ τἀνθάδε, εἰκὸς, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, καὶ, ὃ λέγομεν, ἐς Συρακουσίους δέος, καθίστασ-

i. e. nominatim. 1 Tim. 2. 1, 2. *deprecationem et gratias pro cunctis hominibus*, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ—ἐν ὑπεροχῇ—ὄντων, i. e. *maxime* pro regibus, et si qui (*alii*, præterea; id enim hic notat καὶ, ut Ζεῦ, καὶ θεοὶ, scil. ἄλλοι·) in magistratu sint. Sane non legitur ibi καί· sed, ubi præcesserit, *pro omnibus* hominibus, et subjiciatur, *pro regibus*, manifestum satis, intelligi (*et*) *præsertim*, *nominatim*.

Ἀνδρὶ—γίγνεσθαι] Stobæus p. 246. qui δεῖν ἐχθρὸν pro δεῖ, omisso ἤ. Sed ex χρὴ sequente, nihil mutandum, patet. WASS.

Μετὰ καιροῦ] i. e. πρὸς τὸν καιρὸν, *prout* opportunum se dederit; Infra, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν. Ita μετὰ τοῦ δικαίου, μετὰ τοῦ προσήκοντος, Noster pro δικαίως, προσηκόντως

Ἡμᾶς] Recte, non ὑμᾶς, propter κακώσωμεν· et ita pergit 1. Pers.

Τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους — ἐξηγούμεθα] Ἐξηγοῦμαι ea significatione, quam hic locus postulat, sine dubio usitatius genitivum adjunctum habet. Accusativum tamen ei etiam I. 71. adponit Thucydides: τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι, ἢ οἱ πατέρες ἡμῖν παρέδοσαν· ubi Scholiastes ἐξηγεῖσθαι exponit ἄρχειν, κρατεῖν, ἢ ἄγειν. Sed ibi Stephanus probat scripturam *Marg.* τῆς Πελοποννήσου. Cum dativo est in Thucydide III. 55. Ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοῖς ξυμμάχοις, quod Interpretes itidem imperandi, ducendi, et præeundi notione accipiunt. Verum hic τοῖς ξυμμάχοις, quod est in plerisque Mss. non potest recipi propter sequentes accusativos, Χίους, Μηθυμναίους, et alios. DUCK.

Ἐξηγούμ.] Sæpius c. Accus. ponit Noster; ut 1. 71. extr. 76. init. Sign. *habere*, (sub imperio,) tractare, *behandeln*; vel, civitatis formulam illis constituere.

Νεῶν παρ. αὐτ.] Scil. σύν· ut naves præbeant, cetera liberi agant; vel, ἐπί· ut, navibus præbendis defuncti, (*damit burclifommen*,) redimant et habeant leges suas. Arguta sane brevitas; αὐτονόμους autem est pro, ὥστε εἶναι αὐτ.

Παροχῇ] Ita Mss. Unus, opinor, Suidas in παρακωχὴ dat παρακωχὴ, pro παροχὴ, inquit, ut ἀνακωχὴ et διακωχή· nec displicet. Dionysius alterum tuetur. Josephus Antiq. XVII. 9. 5. ὡς ἐπεπόμφει γράμματα, συνῆγεν ἐπὶ ΠΑΡΑΚΩΧΗ͂Ι γνωμῶν τοὺς φίλους. Suidam exscribit Phavorinus. WASS.

Χρημ. βιαιότ. φ.] Βιαιότ. retuleris aut ad ἐξηγούμεθα, ut χρημ. φορᾷ, sit cogendo illos tributa pendere; aut ad φορᾷ, quod deinde pendeat ab ἐξηγούμενοι, sicut antea παροχῇ. ἐξηγ. φορᾷ, i. e. εἰς φορὰν χρ. ὥστε φέρειν χρήματα, βιαιότερον; βιαιότερον φορᾷ, i. e. ad quam violentius adigantur. Nam φορὰ tamen hic est, ut *cogantur* a nobis pendere tributa nobis.

Ἐλευθέρ. ξυμμ.] i. e. ὥστε, ἐλευθέρους ὄντας, ξυμμαχεῖν· vel ὥστε εἶναι (μένειν, διατελεῖν,) ἐλευθέρους, καὶ (μόνον) ξυμμαχεῖν. Hunc sensum, unice tamen verum, non cognoveris e Porti interpretatione; *ut summa cum libertate nobis—ferant auxilium*; quod significet magis: ut *liceat* illis, plane liberum sit, omni modo, ferre auxilium nobis; ergo et *non* ferre; et *liceat* tantum, non necesse sit; quod et falsum sit, et minus Latine expressum. Ita pro Adject. positi Adverbii exempla attuli in Philol. Thuc. P. p. 114. Et tam argute junctorum duorum attributorum simile exemplum Taciti est, Ann. 13. 52. extr. *pecuniosa orbitate et senecta*, i. e. quod esset pecuniosus, orbus et senex.

Ὃ λέγ. ἐς Συρ. δέος] Nescio, cur refugiat Abr. δέος cum εἰς, ubi tamen et *amor* et *re-*

θαι. ἀρχῆς γὰρ ἐφίενται ὑμῶν, καὶ βούλονται μὲν, ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ, βίᾳ, ἢ κατ' ἐρημίαν, ἀπράκτων ἡμῶν ἀπελθόντων, αὐτοὶ ἄρξαι τῆς Σικελίας. ἀνάγκη δὲ, ἢν ξυστῆτε πρὸς αὐτούς. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἔτι ἔσται ἰσχὺς τοσαύτη, ἐς ἓν ξυστᾶσα, εὐμεταχείριστος, οὔθ' οἵδ' ἀσθενεῖς ἂν, ἡμῶν μὴ παρόντων, πρὸς ὑμᾶς εἶεν.

πστ'. 86. "Καὶ, ὅτῳ ταῦτα μὴ δοκεῖ, αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. τὸ γὰρ πρότερον ἡμᾶς ἐπηγάγεσθε, οὐκ ἄλλον τινὰ προσείοντες φόβον, ἢ, εἰ περιοψόμεθα, ὑμᾶς ὑπὸ Συρακουσίοις γενέσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν. καὶ νῦν οὐ δίκαιον, ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν· οὐδ', ὅτι δυνάμει μείζονι πρὸς τὴν τῶνδε ἰσχὺν πάρεσμεν, ὑποπτεύ-

verentia, et *contemtus*, *misericordia*, *odium* et *favor in* aliquem, recte atque usitate dicatur, pro Genitivo alias subjici solito. εἰς est *erga*, *qua*, κατὰ, πρός. Tac. Ann. 1. 41. extr. *Invidia in Treviros*; et memorabilius aliquanto, 3. 24. init. *in rempubl. fortuna*, i. e. reipubl. *qua* rempubl. opp. enim ibi *domi*. Nam, quod ipse proponit Abr. contortum est totum, et otiosum plane relinquit ac sine sensu, ὃ λέγομεν. Nec vero *in timorem conjicere* Syracusanos volebant Athenienses, sed cavere tantum, atque ita constituere res Siciliæ, ne ipsis essent metuendi. Et verborum positus repugnet, ἐς Συρ. δέος καθίστ. quod esse non possit, Συρακ. ἐς δέος καθίστ. Hoc vero est, vim facere, non expedire. καθιστάναι quoque diceret, non Media forma. Mox contra Thuc. ἡμετέρῳ ὑπόπτῳ, pro εἰς ἡμᾶς· quidni idem dixerit, δέος ἐς Συρακουσίους, pro Συρακουσίων.

Ἰσχ.——εὐμεταχ.] Quid in mentem venerit Porto, ut verteret, sicut vertit, nescio. Num enim μεταχειρίζεσθαι est *transportare*, trajicere? An, quod nunc potuissent Athenienses, ut *trajicerent* copias, minus denuo possent? *Trajecisse*, dico; non, ut *admitterentur*, ut antea novas conficerent copias, alia res hæc erat. Nec Valla melius; nunc verum vidit reddiditque Acac.

Κ. ὅτῳ—ἐλ.] Potest intelligi αὐτὸν, cum Porto, ad ἐλέγχει· sed et αὐτὸ, nempe τὸ δοκοῦν, *quod* ille *credat*. Nam ὅτῳ, more Nostri, est pro εἴτῳ, εἴτινι, *si cui*. Et tamen vel sic interpretatus, intellexeris αὐτόν.

Προσείοντες φόβον] Προσείειν dicuntur pastores, quum, frondem manu quatientes, pecus, quo volunt, ducunt. Vid. Casaubonum ad Athen. I. 19. Hinc fortassis potest duci προσείειν φόβον, quasi dicas, *metu ostenso aliquo compellere*; vel ab iis, qui ad terrorem hosti incutiendum gladios et hastas vibrant; quod τὰ ξίφη καὶ τὰ δόρατα προσείειν dicit Ælianus, XII. V. H. 23. Sed pleraque alia cum σείω composita significationem minarum et metus habent. Φόβον ἀνασείοντες Pollux I. 151. Οὐ Δαρεῖον, οὐδὲ Πέρσας ἐπισείων, neque Darii, neque Persarum *metu eos terrens*, Plutarchus Themistoc. pag. 206. Ed. Steph. Duck. *Ostendentes*, quasi, quo nos huc extraheretis. Alienior tamen ab h. l. fuerit notio τοῦ προσείειν θαλλὸν, ut rei *gratæ* atque ad se allicientis, cum hic de re *horribili* magis et periculosa agatur; Germ. *vorspiegeln* huc egregie congruerit.

Περιοψόμ.] *Passi* fuerimus, *insuper* habuerimus, per levitatem, quasi *leve*, haud prohibuerimus. Hor. Carm. I. 28. 30, 31. *Negligis—fraudem committere?* i. e. an perinde tibi est, non caves?

Ὅπερ] Non deterius videtur ᾧπερ, quod est in Reg. et Cass. Duck. ᾧπερ legenti talis fuerit ordo verbb. ἀπιστεῖν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ᾧπερ (λόγῳ) ἠξιοῦτε κ. ἡμ. πείθειν. Et sane præplacet ᾧπερ. nam ὅπερ referatur ad *rem* ipsam, intellecto εἰς, πρός· at enim rei non creditur, sed λόγῳ, *orationi*, demonstrationi.

Δυν. μείζ.] Arguta vero condensatio, et λογικωτάτη. Æquum haud fuerit, nos vocari in suspicionem eo, quod advenerimus *majori* exercitu adversus horum vires: i. e. hoc ipso opus erat, cum majoribus copiis nos adventare, quia Syracusani quoque copiis valent. πρὸς tamen retuleris aut ad πάρεσμεν, ubi significet *contra*, aut etiam ad μείζονι, ut sit, majori, *quam pro* Syracusanorum viribus, (opus foret.) Ea vero apta suspicioni materia: Quo pertinuit, tantas copias adduxisse, cum contra Syracusanos minoribus defungi liceret? Nisi majora

εσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖσδε ἀπιστεῖν. ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοὶ μὴ μεθ᾽ ὑμῶν· εἴτε καὶ, γενόμενοι κακοὶ, κατεργασαίμεθα, ἀδύνατοι κατασχεῖν, διὰ μῆκός τε πλοῦ, καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς πόλεων μεγάλων, καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπειρωτίδων. οἵδε δὲ, οὐ στρατοπέδῳ, πόλει δὲ μείζονι τῆς ἡμετέρας παρουσίας, ἐποικοῦντες ὑμῖν, ἀεί τε ἐπιβουλεύουσιν, καὶ, ὅταν καιρὸν λάβωσιν ἑκάστου, οὐκ ἀνιᾶσιν. ἔδειξαν δὲ καὶ ἄλλα ἤδη, καὶ τὰ ἐς Λεοντίνους· καὶ νῦν τολμῶσιν ἐπὶ τοὺς ταῦτα κωλύοντας, καὶ ἀνέχοντας τὴν Σικελίαν μέχρι τοῦδε

tentant Athen. Et sane suadere hoc videatur Comparat. quem tamen intellexeris, *nimio, satis* magno (*etwas, ziemlich grokem*) exercitu; haudquaquam illo tamen nimio contra Syracusanos, aliorum quoque opibus succinctos; ut maneat illa πυκνότης, quam supra laudarim.

Γενόμ. κακ. κατ.] At quî tandem κακοὶ γενόμ. κατεργάσαιντο; Nam, sive *ignavi* hic sunt κακοὶ, profecto non κατεργάσαιντο· seu *perfidi*, dolosi, vix video, apud *quos* uterentur dolo, i. e. proditione, factionibus conjurationibusve serendis, largitionibus; nam socios quidem Syracusanorum vix tentarent. Sola certe hæc via esset τοῦ γενέσθαι αὐτοὺς κακοὺς, vel, qua κακοὶ γενόμ. κατεργάσαιντο, *dejicerent* Syracusanos.

Διὰ μῆκ.——κ. ἀπορ.] Rursus variavit, de more, Noster: διὰ μῆκος, ἀπορίᾳ pro, διὰ τὴν ἀπορίαν.

Καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπειρωτίδων] Recte exponit Scholiastes. Thucyd. I. 35. Καὶ ναυτικῆς, καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης. DUCK.

Στρατοπέδῳ] Sc. σὺν στρ. qs. *per* castra, ut castra tantum in propinquo vobis habeant, uti nos, non munita, nec tam copiosa, et facilius expugnanda aut amovenda, quam urbem, per quam vobis immineant.

Μείζονι τῆς ἡμετέρας παρουσίας] Non reprehendo, quæ hic scribit Portus in Var. Lect. Hudsoni. Sed tamen, videndum, puto, an παρουσία hic possit esse *vires, opes, potentia*. Nam, παρουσίαν pro περιουσίᾳ et τῇ τῶν παρόντων δαψιλείᾳ dixisse veteres, ostendunt Harpocration, Suidas et Hesychius: de quo etiam monet Celeberr. Bentleius Emendat. in Menand. CXLII. DUCK.

Παρουσίας] Comparat Abr. e super. δυνάμει μείζονι πάρεσμεν· dissimile hoc illi, neque hic juverit quidquam sensum τῆς παρουσίας. Aptius contuleris 2 Cor. 10. 10. ἡ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, i. e. αὐτὸς (ὁ Παῦλος) παρὼν τῷ σώματι ἀσθενής. (ἐστίν.) Est abstractum pro Concreto, pro, ἡμῶν παρόντων, vel, ἢ ὡς ἡμεῖς (νῦν, ἤδη) πάρεσμεν. Signat tamen hic παρουσία *apparatum* quoque omnem et molitionem adventandi et belli inhibendi, *speciem* quoque castrorum.

Ἐποικοῦντ.] *Infesti* haud dubie, ut monet Abr. accolæ, gravis ac periculose imminentis, notionem, hic certe, habet. ἐφεδρεύοντες, tamen in Schol. non explicem *insidiantes*, sed *adsidentes, additi*, imminentes, *auf dem Halse*.

Καιρ. λάβ.] *Tempore capto*, apud Liv. 3. 9. confert Abr. quod tamen ibi sit, ut *ipse*, (Trib. pl.) speculatus tempus, illi insidiaretur; quod sit Græcum λαβέσθαι (vel ἐπιλαβ.) καιροῦ· καιρὸν autem λαβεῖν, ut hic, est, *nancisci* opportunitatem, *oblatam* forte; ubi opportunum fortuna dederit; casu oblato. V. et mox ad ἀνιᾶσιν.

Ἀνιᾶσιν.] i. e. ἀφιᾶσιν, (ut Eph. 6. 9. ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, i. e. ἀφέντες, omissis minis, seposita truculentia;) μεθιᾶσιν, *amittunt*, (*vorben lassen*,) scil. αὐτὸν, τὸν καιρόν. Unde appareat, καιρὸν λαβεῖν non esse, hic utique, *captare tempus*, sed *nancisci* oblatum. Ita Actor. 24, 25. καιρὸν μεταλαβὼν, i. e. λαβών· nam μεταλαβ. Genitivo jungitur alias ut προσελάβοντο τροφῆς, Act. 27. 36. et μετελάμβανον τροφῆς, 2. 46. quæ notent verba, *consulto* capere; at μεταλαβὼν, supra Actor. 24. et λαβεῖν hic Nostro sign. *forte* nancisci, oblatum, non utique *tum* captatum. Cæterum non erat, cur *omittent*, futuro, ἀνιᾶσιν verteret Port. cum et futurum sit illi verbo, ἀνήσουσιν, et *Præter.* ἔδειξαν subjiciat Thuc.

Ἀνέχ.] *Tropice* dictum interpretatur Abr. (qui cur in afferendo loco ponat τελμῶντες, pro τολμῶσι, nescio, ubi varietatis nihil notetur; memoriæ fortasse lapsu;) nempe a *navi* ductum; quod appareat ex alio loco, quem afferat, Aristidis: τῷ μεγίστῳ τῶν κυβερνητῶν, ὃς—τοὺς λόγους ἀνεῖχε μὴ (i. e. ὥστε μὴ) καταδῦναι· Sit ergo, *sustinere navim*, ne mergatur: *über Masser halten*. Possit tamen simpliciter esse, *prohibentes*, arcentes, qs. ἐπέχοντας, *sustinentes*, inhibentes,

μὴ ὑπ' αὐτοὺς εἶναι, παρακαλεῖν ὑμᾶς ὡς ἀναισθήτους. πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν γε σωτηρίαν ἡμεῖς ἀντιπαρακαλοῦμεν, δεόμενοι τὴν ὑπάρχουσαν ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις μὴ προδιδόναι· νομίσαι τε, τοῖσδε μὲν, καὶ ἄνευ ξυμμάχων, ἀεὶ ἐφ' ὑμᾶς ἑτοίμην, διὰ τὸ πλῆθος, εἶναι ὁδὸν, ὑμῖν δ' οὐ πολλάκις παρασχήσειν, μετὰ τοσῆσδε ἐπικουρίας ἀμύνασθαι. ἣν εἰ τῷ ὑπόπτῳ ἢ ἄπρακτον ἐάσετε ἀπελθεῖν, ἢ καὶ σφαλεῖσαν, ἔτι βουλήσεσθε καὶ πολλοστημόριον αὐτῆς ἰδεῖν, ὅτε οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγενόμενον ὑμῖν.

πζ'. 87. "Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς, ὦ Καμαριναῖοι, ταῖς τῶνδε διαβολαῖς ἀναπείθεσθε, μήτε οἱ ἄλλοι· εἰρήκαμεν δ' ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ ὧν ὑποπτευόμεθα, καὶ ἔτι ἐν κεφαλαίοις ὑπομνήσαντες, ἀξιώσομεν πείθειν. φαμὲν γὰρ ἄρχειν μὲν τῶν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὑπακούωμεν ἄλλου, ἐλευθεροῦν δὲ τὰ ἐνθάδε, ὅπως μὴ ὑπ' αὐτῶν βλαπτώμεθα· πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι πράσ-

Ἀναισθήτους] Vide Orationem Corinthiorum ad Lacedæmonios, I. 68. seqq. WASS.

Πολὺ δὲ ἐπὶ ἀλ.] Trajectum, pro, ἐπὶ πολὺ (κατὰ πολὺ, πολλῷ) ἀληθ. σωτηρ. σωτηρία hic sit *via* salutis, conditio, qua servemini. γε post ἀληθ. sign. *certe.*

Ἀντιπαρακ.] *Vicissim,* nostra ex parte; Gall. *à notre tour, de notre côté. (part.)*

Παρασχήσειν] Scil. ἑαυτὸ, nempe τὸ πρᾶγμα, vel ἑαυτὸν, τὸν καιρόν.

Πολλοστημόριον] Si tantum habenda est ratio numeri Msstorum: scribendum est πολλοστὸν μόριον· nam nemo, opinor, dubitabit, quin æque dicatur πολλοστὸν μόριον ἐπικουρίας, quam πολλοστὸν μέρος, cum apud alios, tum apud Lucianum Pseudomanti pag. 749. aut βραχὺ μόριον ἡμέρας apud Thucydidem I. 84. et βραχὺ μόριον δαπάνης VIII. 46. Sed nihil possum decernere. Nam et compositum πολλοστημόριον hic agnoscit Scholiastes, et alii multi eo utuntur. Vide Budæum, Commentar. pag. 249. DUCK.

Ἐν κεφ.—ἀξιώσ. πειθ.] Metonym. pro, ὑμᾶς πείθεσθαι. Ita 3. 59. αἰτούμεθα ὑμᾶς πεῖσαι τάδε, *regamus, ut vobis hoc persuadeamus,* i. e. ut vos patiamini vobis hoc persuaderi. V. Philol. Th. P. pag. 260. Adde Cic. Agrar. 3. 1. med. *Completi sunt animi et aures, me,* rel. i. e. vos audistis et credidistis. Id. p. Cluent. c. 37. extr. *adducti judices sunt,* non modo potuisse reum—condemnari, rel. Ubi, sensum habere τὸ *Adducti,* negat Ernest. Sed nimirum sign. *crediderunt,* qs. adducti sunt, ut crederent; seu per Metonym. malueris, sive per Ellipsin. Asperius, more suo, at eundem in modum, Tac. Ann. 1. 35. *neu mortem—in iisdem stipendiis, —— orabant;* i. e. orabant, ne (*neve,* ut *pluribus* jam memoratis,) pateretur Germ. ipsos mori in eâdem militia. Et c. 41. extr. *orant, obsistunt,* (pro, obsistentes orant, vel, inverse, pro, obsistunt, orant,) *rediret, maneret;* i. e. ut Germanicus *juberet redire* ac manere Agrippinam. Neque enim *ipsam* utique Agrippinam orabant, sed Cæsarem; quia sequ. *pars* Agrippinæ *occursantes, quidam ad Germanicum regressi:* plane ut Dilogiam ibi habeant illa verba: *maneret Agrippina,* rediret: redire ac manere *juberet* Germ. ἐν κεφαλαίοις est pro, κατὰ κεφάλαια. v. Ind. Ex Tacito allatis ad super. adde Hist. 5. 8. extr. *fugas civium, parentum neces,—ausi,* pro *ejectiones, interfectiones;* nempe qua *audentes,* patrantes.

Φαμ. γὰρ] Γὰρ hic est aut pro οὖν, aut sign. *nempe, nimirum.*

Πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι πράσσειν] Semper enim ob πολυπραγμοσύνης vitium Athenienses male audiebant. Sic præco Thebanus apud Euripidem in Supplic. v. 576. ad Theseum, Atheniensium Regem, ait: Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας, ἥ τε σὴ πόλις. Cui Theseus respondens: Τοιγὰρ πονοῦσα πολλὰ, πόλλ' εὐδαιμονεῖ. quod tamen non semper contigit Atheniensibus. ACAC. Erat quidem in hac expeditione Atheniensium in Siciliam πολυπραγμοσύνη reprehendenda: sed legatus Atheniensis hic πολλὰ πράσσειν, et paullo post πολυπραγμοσύνην Atheniensium, non magis in vitio videtur ponere, quam, quum πο-

σειν, διότι καὶ πολλὰ φυλασσόμεθα· ξύμμαχοι δὲ καὶ νῦν καὶ πρότερον τοῖς ἐνθάδε ὑμῶν ἀδικουμένοις οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δὲ, ἥκειν. καὶ ὑμεῖς μήθ' ὡς δικασταὶ γενόμενοι τῶν ἡμῖν ποιουμένων, μήθ' ὡς σωφρονισταὶ (ὃ χαλεπὸν ἤδη,) ἀποτρέπειν πειρᾶσθε. καθόσον δέ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε· καὶ νομίσατε, μὴ πάντας ἐν ἴσῳ βλάπτειν αὐτὰ, πολὺ δὲ πλείους τῶν Ἑλλήνων καὶ ὠφελεῖν. ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ, καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν, ὅ, τε οἰόμενος ἀδικήσεσθαι, καὶ ὁ ἐπιβουλεύων, διὰ τὸ ἑτοίμην ὑπεῖναι

λυπράγμονες prima et propria significatione vocabuli dicuntur, quos Reipulicæ, vel cujuscumque muneris, administratio multis negotiis implicat, et multarum rerum varietate distrahit. Suidas in *πολυπραγμοσύνη*· Ὁ πολυπράγμων οὐδέπω φανερὰν ἁμαρτίαν σημαίνειν δοκεῖ· εἴγε πολυπράγμων μέν ἐστιν ὁ ἐν πολλοῖς κυλιόμενος πράγμασι. δύναται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τύχης τινὶ περιγενέσθαι. Duck.

Φυλασσόμεθα.] Thucydides fere ubique verbo φυλάσσεσθαι ea significatione utitur, qua id Stephanus et Portus acceperunt. Vide IV. 11. 61. VI. 11. et 40. Duck. I. e. *cogimur*, oportet nos, debemus cavere; aut pro φοβούμεθα, per Meton. Paulus Ebr. 5. 4. οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, nemo sibi sponte, *sumit* munus, i. e. sumere *debet*, solet.

Οὐκ ἄκλ. παρακλ. δὲ] Perissologiam vocat Abr. et exemplis illustrat. *Hic* tamen non redundabat infitiatio diversi, sed inserviebat opprobrio revincendo, quod *non invitati* venissent. Nec magis *hæc* fuerit Perissologia, quam dicentis: *non mea*, sed tua caussa facio; *non aliis*, sed tibi offeceris. Hæc quis efferri posse, aut debere, sine illa infitiatione, putarit? Quin ad παρακλ. intell. *immo vel maxime:* adeo non venimus invocari, tantum abest, ut nostra sponte venerimus, ut ultro arcessiti a Siculis jam adsimus. Quod si, *nolentem* me facere, aliquis credat: nonne illi dixero: Ego vero *non invitus* fecero, sed quam maxime volens? Aut: *non uno* prœlio, sed *pluribus, non leviori, sed* gravissima, pugna Annibal devicit Romanos? Aut: *Non* solus, *sed* cum pluribus adest? Liv. 2. 12. extr. *non unus ego hos in te animos gessi; (sed, immo,) longus post me ordo est*, rel. Hanc vero Perissologiam quis dixerit? Immo *Oratorium* plane sit at consilio aptum. Paullus Gal. 1. 1. Paullus Apostolus *non* ab hominibus, (auctoribus,) *nec* per homines (ministros,) *verum* a Jesu Christo et Deo Patre. Cic. Epist. ad Qu. Fr. 1. 1. init. *Superioribus literis, non unus, sed pluribus. Amplificationis* hoc genus est, per Diversum. Nam Pleonasmi illius Herodotei ex Ebraismo ducti vel retenti, alia est conditio, ubi, negari diversum aut tolli, nil sane attineat. Eurip. Alc. vs. 205, 206. οὔ ποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον, — προσόψεται. Neque Homerus abludit: Il. 3. 416. ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν; Il. 1. 466. μίνυνθά περ, οὔτε μάλα δήν· nec minus Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί. Cujus infitiationis vim Virgil. expressit, Æn. 11. *O vere Phrygiæ! neque enim Phryges!* (scil. estis.) Adde Eph. 5. 17. μὴ γίνεσθε ἄφρονες, (nempe ut pagani, quales fuistis,) ἀλλὰ συνιέντες, rel.

Σωφρον.] *Censores* vertit Port. Malim, *correctores, castigatores;* emendatores, qui σώφρονα reddere velint γνώμην nostram.

Πολυπραγμοσύνης] *Multarum rerum* studium πολυπραγμονύνην appello, quæ non potest uno exprimi vocabulo Latino: ut A. Gellius lib. XI. cap. 16. docet. Is ibidem πολυπραγμοσύνην ait esse *ad multas res aggressionem earumque actionem.* Acac. Stephanus ex Gellio hic vertit *multarum rerum aggressionem.* Duck.

Τὸ αὐτὸ] Plane est Lat. *idem, simul:* sicubi *et hoc* habet sedulitas nostra, ut *simul*, nobis dum inservit, vobis *eadem* prosit.

Τούτῳ ἀπολ. χρ.] Haud spernenda sane lect. Arund. ἀπολαύοντες· τούτου tamen adderet Thuc. Sed et ἀπολαβόντες destituitur casu suo, τοῦτο· quod, pro more Nostri, repetiveris ex τούτῳ ad χρήσασθε. Præplacet tamen hic ἀπολαβόντες, vel Codd. consensu, vel sensus commoditate, innuentis 1) *decerpere*, excerpere ex re, quod sit in rem tuam; 2) *lætum* et volentem accipere; 3) *contentum* esse illo, id satis habere; *Rehmt es euch heraus.* ἀπολαύειν quidem, præterquam, quod auctoritate Libb. destituitur, jam inest in χρήσασθε.

Ὑπεῖναι] Ὑπάρχειν expl. Abr. i. e. εἶναι.

ἐλπίδα, τῷ μὲν, ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας ἀφ' ἡμῶν, τῷ δὲ, εἰ ἥξομεν, μὴ ἀδεεῖς εἶναι κινδυνεύειν, ἀμφότεροι ἀναγκάζονται, ὁ μὲν, ἄκων σωφρονεῖν, ὁ δ', ἀπραγμόνως σώζεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κοινὴν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν μὴ ἀπώσησθε, ἀλλ', ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις, μεθ' ἡμῶν τοῖς Συρακουσίοις, ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε."

πή. 88. Τοιαῦτα μὲν ὁ Εὔφημος εἶπεν. οἱ δὲ Καμαριναῖοι ἐπεπόνθεσαν τοιόνδε· τοῖς μὲν Ἀθηναίοις εὖνοι ἦσαν, πλὴν, καθόσον εἰ, τὴν Σικελίαν, ᾤοντο, αὐτοὺς δουλώσεσθαι, τοῖς δὲ Συρακουσίοις ἀεὶ, κατὰ τὸ ὅμορον, διάφοροι. δεδιότες δ' οὐχ

Habet tamen et adjunctam notionem, 1) occulti, non eminentis, 2) reliqui, ac velut subsidiarii, et, 3) cui incumbas, fidas. Nam nec Lat. *subesse* simpliciter notat *esse*, sed unam semper aut alteram notionum illarum comprehendit: ut, *fraus suberat, caussa hæc subest, solo natura subest,* Virg. Ge. 2. 49. *tanquam spes subesset,* Liv. 1. 41. init. Hic tamen *auxilii* maxime notio et conditio eminet atque tenenda est, propter ἑτοίμην.

Ἐλπίδα] Ad prius, τῷ μὲν, *spei* retinet notionem, ad alterum, τῷ δὲ, *metum* magis sign. ut recte obs. Abr. sicut ἀνέλπιστον κακὸν, Nostro L. 2. et Virgilio, Æn. 4. 419. *tantum sperare dolorem.* At, alterum (ἀμφότεροι) ἀναγκάζονται, in eâdem Syllepsi an sit, dubitem; quid enim repetiveris ex ἀναγκάζονται, quod congruat τῷ ἀπραγμόνως σώζεσθαι; immo ipsum ἀναγκάζονται, suo sensu, unice congruat illi; neque enim sign. ἀπραγμόνως, ut Port. vertit, *nullo negotium facessente,* sed, *quieti,* ut ipsi nil agant, quo se tutentur, nihil sese interponant, suis viribus ne utantur, verum Atheniensibus cuncta permittant, *sich (nur) leidend verhalten:* quod Mosis voci contuleris, Exod. 14. 13. *Consistite, quiescite, et videte,* (i. e. *ut* videatis, taciti quidem et admirabundi, vel, videbitis, Imperat. pro Fut.) vel, *exspectate salutem,* liberationem, *quam Deus sit vobis effecturus:* Et vs. 15. *Deus pro vobis pugnabit,* rem geret, *tacitis* et quietis. Ita Israëlitæ quoque ἀπραγμόνως, nulla opera sua, ἐσώζοντο. Quod molestum (nonnunquam, immo sæpius,) nimirum hominibus sit, pendere nolentibus aliunde, sed suo jure, suo consilio, suis viribus, uti; plane, ut *cogi* debeant pati, de aliis se servari.

Ἀντιτυχεῖν] Cur ἀντὶ addit, *vicissim, dafur, hingegen,* qs. in remunerationem? Nempe (pro eo,) quod pareat nobis, quod permittant nobis se, faveat, non officiat certe; Gallice, *en recompense, à son tour,* (*hinnwiederum auch,*) obsequii pretium.

Μὴ ἀδ. — κινδ.] Dupliciter verteris: vel, ad Athenienses: fore, ut nos appareamus (iis) non contemnendi; quippe ἀδεὴς, ut Lat. *formidolosus,* et (non) metuen*tem* sign. et (non) metuen*dum*: vel, ad turbulentos: in periculum venturos, ne non vacent timore ac terrore a nobis. Infitiatio est rei augendæ; ut nobis, *nicht ohne Furcht, nicht so garruhig.*

Ὁ μὲν ἄκ. σωφρ. —— σώζ.] Hic invertit ordinem, per *Chiasmum*; in priori quippe, priores posuerat quietos et patientes, altero loco, turbulentos et contra prius ἄκ. σωφρ. refertur ad turbulentos et contumaces, alterum, ἀπραγμ. σώζ. ad modestos: sic, puta:

a) τῷ μὲν, b) τῷ δὲ,
a) ἐπικουρ. ἀντιτυχ. b) μὴ ἀδεεῖς — κινδ.
a) ἀπραγμ. σώζ. b) ἄκοντες σωφρ.

Ἐξισώσ. τ. ἄλλ.] Scil. ἑαυτούς· æquate cæterorum animum et conatum, neu segnes patienter desideatis. Ita apud Soph. El. (quod affert Abr. ad h. l.) μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ, i. e. κατ' οὐδ' ἐξισ. ἑαυτὴν μητρί. Aut intell. τὸ πρᾶγμα, τὸ ἔργον, τὸν πόλεμον.

Μεθ' ἡμῶν] Interpunctione mutata Ed. Duk. μεθ' ἡμῶν retuli ad μεταλάβετε, non ad τοῖς ἄλλοις, aut ad ἐξισώσ. ubi sensu careat.

Ἀντεπιβ.—μεταλ.] Intell. τοῦ ἀντεπ. μεταλάβετε (μεθ' ἡμῶν) τοῦ ἀντεπιβ. *venite* in *partem* nobiscum et societatem una (nobiscum) vicissim insidiandi Syracusanis; capessite nobiscum τὸ ἀντεπιβ.

Καθόσον εἰ] Redundat εἰ post καθ' ὅσον, ut in εἰ μὴ εἰ, εἰ μὴ ἐὰν, et in Lat. *nisi si;* et apud Liv. 4. 3. post init. *perinde hoc valet, tanquam — aliquis dicat;* ubi notio *tam* in *perinde* jam insit; et sign. ὅτι immo totum, καθόσ. εἰ, est pro ὅτι. Schol. male neglexit τὸ ᾤοντο.

ἧσσον τοὺς Συρακουσίους, ἐγγὺς ὄντας, μὴ καὶ ἄνευ σφῶν περιγένωνται, τότε πρῶτον αὐτοῖς τοὺς ὀλίγους ἱππέας ἔπεμψαν· καὶ τὸ λοιπὸν ἐδόκει αὐτοῖς, ὑπουργεῖν μὲν τοῖς Συρακουσίοις μᾶλλον ἔργῳ, ὡς ἂν δύνωνται μετριώτατα· ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἵνα μηδὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἔλασσον δοκῶσιν εἶναι, ἐπειδὴ καὶ ἐπικρατέστεροι τῇ μάχῃ ἐγένοντο, λόγῳ ἀποκρίνασθαι ἴσα ἀμφοτέροις· καὶ οὕτω, βουλευσάμενοι, ἀπεκρίναντο· ἐπειδὴ τυγχάνει ἀμφοτέροις οὖσι ξυμμάχοις σφῶν πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ὤν, εὔορκον δοκεῖν εἶναι σφίσιν, ἐν τῷ παρόντι μηδετέροις ἀμύνειν. καὶ οἱ πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο ἐς τόν πόλεμον· οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδευμένοι, τὰ πρὸς τοὺς Σικελοὺς ἔπρασσον, ὅπως αὐτοῖς ὡς πλεῖστοι προσχωρήσωνται. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὰ πεδία μᾶλλον τῶν Σικελῶν ὑπήκοοι ὄντες τῶν Συρακουσίων, οἱ πολλοὶ ἀφειστήκεσαν· τῶν δὲ τὴν μεσό-

Τοὺς ὀλ. ἱππ.] Τοὺς addit; quos *ante* jam missos, dixi: *die oben erwähnten*; (c. 75.)

Ὡς ἂν δύν. μετρ.] In Parenthesi hæc verba accipit Abr. et, inseri, vult, δὲ post ὡς. Nescio, Parenthesi opus quid sit, ubi simpliciter jungi detur, ὑπουργεῖν μετριώτατα· alioquin enim diceret, ὑπουργεῖν μὲν, ἀλλ᾽ ὡς δ. μ.

Ἔλασσον δοκῶσιν εἶναι] Quum primum hæc legebam, putabam, εἶναι perperam scriptum esse pro εὖνοι, vel pro νεῖμαι, ut III. 3. μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ — Et Ibid. 48. μήτε οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ᾽ ἐπιεικείᾳ. Verum, quum neque in *scriptis*, neque in *editis*, quidquam varietatis invenissem, et Stephanum ac Portum hic ellipsin τοῦ εὖνοι statuere, vidissem, malui virorum Græcæ linguæ peritissimorum sententiæ adquiescere, quam conjecturis, fortassis inanibus, indulgere: etsi rationem hujus ellipseos nondum intelligo. Duck. ἔλ. δοκῶσι νεῖμαι emendat Valkenær. ad Eurip. Fragm. p. 77. v. Gloss. *Gottl.* Egregiam sane emendationem, et tali viro dignam! Quo opus tamen an sit, dubitasse liceat repetenti cum Viris Doctt. εὖνοι· quam non Ellipsin, sed Repetitionem esse, (ἀπὸ κοινοῦ) recte obs. Abr. utut paullo remotius sit illud εὖνοι, et complura interjecta. Quid, si lateat in εἶναι ipsum hoc εὖνοι, aut similitudine literarum absorptum, aut in illud mutatum?

Λόγῳ ἀποκρ.] Non redundat λόγῳ, ob super. ὑπουργ. μᾶλλον ἔργῳ. Duo quippe ad illud μᾶλλον intellexeris: et Συρακουσίοις μᾶλλ. ἢ Ἀθηναίοις· et vero, ἔργῳ μᾶλλ. ἢ λόγῳ. Sane enim λόγῳ tantum hic agebant *plus* præstantes Syracusanis *re* et *facto*, quam faterentur, *minus* Atheniensibus, quos metuerent tamen; et hactenus certe fallerent λόγῳ, quod, professi, se velle μηδετέροις ἀμύνειν, Syracusanis tamen equites misissent.

Τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο] In scriptura Msstorum, qui habent τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς, hic sensus est: *pro virili*, vel *omni ope*; ut hic Valla; ut in τὸ κατ᾽ ἐμὲ, et aliis hujus generis. Vulgata tamen satis defendi potest. Herodianus III. 1. Ὁ μὲν δὴ Νίγρος οὕτως ἐξήρτυε τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀσφαλέστατα καὶ προμηθέστατα. Duck. Ei respondet infra τὰ πρὸς τ. Σικελούς· unde appareat, τὰ legendum.

Τὰ πρ. τ. Σικ.] Si Accus. est τὰ, intellecto κατὰ, εἰς· ad προσχωρήσωνται intell. οἱ Σικελοὶ, ex Σικελούς· sign. illud τὰ, *quod attinebat* Siculos, *de* Siculis; disjectius sane, pro, ἔπρασσον, ὅπως αὐτοῖς προσχωρ. οἱ Σικελοί. Sed et Nominat. esse potest τὰ, hoc ordine: ἔπρασσον, ὅπως τὰ πρὸς Σικελοὺς (i. e. οἱ Σικελοὶ, τὰ τῶν Σικελῶν,) προσχωρ. αὐτ. ὡς μᾶλλ. Illud præplacet, vel ob superius, τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς, vel, quia diceret, τὰ τῶν Σικελῶν.

Οἱ μ. πρ. τὰ π. —— οἱ πολλοὶ] More Nostri, pro, τῶν πρὸς τὰ π. — οἱ πολλοὶ ἀφειστ.

Οἱ πολλοὶ ἀφειστήκεσαν] Interpretatio Scholiastæ, ἀφειστήκεσαν exponentis οὐ προσεχώρουν, videtur confirmari posse locis Demosthenis, Aristidis, et Luciani, quæ leguntur

γαιαν ἐχόντων αὐτόνομοι οὖσαι καὶ πρότερον ἀεὶ οἰκήσεις εὐθὺς, πλὴν ὀλίγοι, μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν· καὶ σῖτόν τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι, καὶ εἰσὶν οἳ καὶ χρήματα. ἐπὶ δὲ τοὺς μὴ προσχωροῦντας οἱ Ἀθηναῖοι στρατεύοντες, τοὺς μὲν προσηνάγκαζον, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Συρακουσίων φρουρούς τε πεμπόντων καὶ βοηθούντων ἀπεκώλυον· τόν τε χειμῶνα μεθορμισάμενοι ἐκ τῆς Νάξου ἐς τὴν Κατάνην, καὶ τὸ στρατόπεδον, ὃ κατεκαύθη ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, αὖθις ἀνορθώσαντες, διεχείμαζον· καὶ ἔπεμψαν μὲν ἐς Καρχηδόνα τριήρη περὶ φιλίας, εἰ δύναιντό τι ὠφελεῖσθαι· ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς Τυρσηνίαν, ἔστιν ὧν πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν. περιήγγελον δὲ καὶ τοῖς Σικελοῖς, καὶ, ἐς τὴν Ἔγεσταν πέμψαντες, ἐκέλευον ἵππους σφίσιν ὡσπλείστους πέμπειν, καὶ τἆλλα ἐς τὸν περιτειχισμὸν, πλινθία καὶ σίδηρον, ἡτοίμαζον, καὶ ὅσα ἔδει, ὡς ἅμα τῷ ἦρι ἑξόμενοι τοῦ πολέμου. οἱ δ' ἐς τὴν

in Lexicis, in quibus ἀφεστάναι est *abhorrere, alienum esse.* Sic rursus Lucianus de Saltat. pag. 800. Οὐ μὲν οὐδὲ ῥητορικῆς ἀφέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέχει. Et eo etiam pertinere potest hoc Thucydidis IV. 119. Οὐδενὸς ἀποστήσονται, ὅσα ἂν δίκαια λέγητε, οὔτε οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὔτε οἱ ξύμμαχοι, *nihil recusabunt.* Tamen, omnino considerandam, arbitror, conjecturam Guil. Canteri, qui VIII. Novar. Lection. 16. pro οἱ πολλοὶ reponendum, censet, οὐ πολλοί. Nam, verosimile, ait, esse, eos, qui aliorum imperio parebant, difficulter dominos mutare potuisse; eos autem, qui libertate fruebantur, multo se facilius ad quascumque vellent partes contulisse. Hoc mihi non minus placet, quam explicatio Scholiastæ, et quæ pro ea dici possunt. Nam et in omnibus illis, in quibus ἀφιστάναι est *alienum esse*, genitivus verbo adponitur; quem cur hic supprimere voluerit Thucydides, nulla causa est. Illa, ἀεὶ οἰκήσεις, explicabunt acutiores; mihi numeris Platonicis obscuriora sunt. Pro eo, quod paullo post legitur, εἰσὶν οἳ sæpius dicitur ἔστιν οἵ. Sed εἰσὶν οἳ etiam VII. 44. Et intercedente particula II. 49. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. Duck.

Τῶν δὲ τ. μεσ. —— οἰκήσεις] Et Portum laborasse in his extricandis, supplementorum frequentia loquitur: et Duker. quid sint ἀεὶ οἰκήσεις, acutioribus explicandum relinquit. Equidem sic ordinaverim; nec video, quid ita non statim apparuerit illis tam simplex ratio: (αἱ) δὲ οἰκήσεις τῶν ἐχόντων τὴν μεσόγαιαν, οὖσαι καὶ (i. e. *jam*) πρότερον ἀεὶ αὐτόνομοι, εὐθὺς ἦσαν μετὰ τῶν Ἀθηναίων, πλὴν ὀλίγοι (ἄνθρωποι, per Synesin.) Offecit nimirum illis primo omissum αἱ, ante οἰκήσεις, deinde οἰκήσεις pro πόλεις· pro quo tamen et poni possit, et vero, quodammodo certe, ponatur 1. 6. init. διὰ τὰς ἀφράκτους οἰκήσεις, pro quo dixisset, c. 5. init. πόλεσιν ἀτειχίστοις· ubi cum addat: καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις· similes his fortasse fuerint Siculorum mediterraneæ urbes. Sed comma maxime post οὖσαι sensum turbaverit; post οἰκήσεις quoque; quo sublato, ut feci, nil sane obscuri videam.

Εἰσὶν οἳ] Pro ἦσαν, οἵ· sed pro uno plane vocab. valet, τινές.

Ὑπὸ τ. Συρ.] Quis non, ἀπὸ legendum, cum Porto censeat? Nam, ὑπό τινος *facere* aliquid qui Græce dicatur, aut *jussu* ejus, aut *per* illum ministrum, facere intelligatur; quorum utrumque hinc alienissimum, ubi *contra* Syracusanos agerent; Glossema fortasse fuerit, Genitivo explicando adscriptum ab aliquo. Quod si accepisse detur pro ὑπὸ τοῖς Συρακουσίοις, τοὺς δὲ κ. ὑπὸ τοῖς Συρ. nempe ὄντας, i. e. ὑπηκόους αὐτῶν· nil jam obscuri fuerit.

Φρουρούς τε πεμπόντων] Non male Gr. φρουροὺς ἐσπεμπόντων. Wass. Conjectura Porti ἀπὸ pro ὑπὸ legentis probabilis est. Duck.

Οἱ δ' ἐς τ. Κόρ. — τ. Συρ. ἀποστ. πρ.] Trajectum, more Nostri, pro, οἱ δὲ τ. Συρ. πρ. ἀποστ. ἐς τ. Κόρ. Nempe Genit. τ. Συρ. loco haud positus, aliquid interturbat, ut, quo referatur, non appareat statim.

Κόρινθον καὶ τὴν Λακεδαίμονα τῶν Συρακουσίων ἀποσταλέντες πρέσβεις τούς τε Ἰταλιώτας ἅμα παραπλέοντες ἐπειρῶντο πείθειν, μὴ περιορᾶν τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ ἐκείνοις ὁμοίως ἐπιβουλευόμενα· καὶ, ἐπειδὴ ἐν τῇ Κορίνθῳ ἐγένοντο, λόγους ἐποιοῦντο, ἀξιοῦντες σφίσι κατὰ τὸ ξυγγενὲς βοηθεῖν. καὶ οἱ Κορίνθιοι, εὐθὺς ψηφισάμενοι αὐτοὶ πρῶτοι, ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν, καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ξυναπέστελλον αὐτοῖς πρέσβεις, ὅπως καὶ ἐκείνους ξυναναπείθοιεν τόν τε αὐτοῦ πόλεμον σαφέστερον ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐς τὴν Σικελίαν ὠφέλειαν τινὰ πέμπειν. καὶ οἵ τε ἐκ τῆς Κορίνθου πρέσβεις παρῆσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ Ἀλκιβιάδης, μετὰ τῶν ξυμφυγάδων περαιωθεὶς τότ' εὐθὺς ἐπὶ πλοίου φορτηγικοῦ ἐκ τῆς Θουρίας, ἐς Κυλλήνην τῆς Ἠλείας πρῶτον, ἔπειτα ὕστερον ἐς τὴν Λακεδαίμονα, αὐτῶν τῶν Λακεδαιμονίων μεταπεμψάντων, ὑπόσπονδος ἐλθών. ἐφοβεῖτο γὰρ αὐτοὺς διὰ τὴν περὶ τῶν Μαντινικῶν πρᾶξιν. καὶ ξυνέβη, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Λακεδαιμονίων, τούς τε Κορινθίους καὶ τοὺς Συρακουσίους τὰ αὐτὰ καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην δεομένους πείθειν τοὺς Λακεδαιμονίους. καὶ διανοουμένων τῶν τε Ἐφόρων καὶ τῶν ἐν τέλει ὄντων πρέσβεις πέμπειν ἐς Συρα-

Τὴν Λακεδαίμονα] Articulum non agnoscunt plerique. Sed interdum servat Noster. Wass.

Παρῆσαν] V. Valkenær. ad Herodot. p. 10 *Gottleb.* Nempe aut παρῆσαν est pro ἦλθον, aut ἐς. quod ego arbitrer, pro ἐν· Germ. *hatten sich eingefunden.*

Φορτηγικοῦ] Quidam Mss. φορτητικοῦ· atque ita citat Thomas Magister; mendose omnes. Huds. Est in Thoma v. φορταγωγόν. In Polluce quoque olim φορτητικὸν πλοῖον edebatur; pro quo H. Stephanus recte reposuit φορτηγικόν. Locus Pollucis est I. 83. ubi nunc ita legitur: φορτὶς, φορτηγὶς, φορτηγικὸν πλοῖον· καὶ, ὡς Θουκυδίδης, φορτικὸν, καὶ λῃστρίς. Adnotant ibi Interpretes, φορτηγικὸν πλοῖον esse in hoc loco Thucydidis; φορτικὸν ubi inveniatur, non dicunt. Suspicor, hoc corruptum esse e φορτηγὸν, et sic etiam in Thucydide, si apud eum alicubi legatur φορτικὸν, emendandum esse. Ναῦς φορτηγοὺς dicunt multi; πλοῖα φορτικὰ, quod sciam, nemo. Nec rara sunt exempla literæ ι pro η, et κ pro γ positæ. Duck.

Μεταπεμψάντων] Thomas Mag. h. v. et hunc et alium locum Thucydidis e Lib. VII. 8. profert, in quo μεταπέμπω, forma activa, usus est; sed tamen, potius μεταπέμπομαι dicendum esse, præcipit. Et Scholiastes Aristophanis in hoc, quod legitur Vesp. v. 678. παρ' Εὐχαρίδου καὐτὸς τρεῖς ἀγλίδας μετέπεμψα, reprehendit μετέπεμψα, tamquam εὔηθες, id est, ut puto, imperite dictum, vel, ut Florens Christianus, ὑποσόλοικον, pro μετεπεμψάμην. Idemque Florens, μεταπέμπομαι non solum usitatius, sed etiam Ἀττικώτερον, esse, putat, quam μεταπέμπω. Si, quo sæpius Scriptores Attici vocabulo aliquo utuntur, illud eo Ἀττικώτερον dici debet, recte sentit. Sed non credo, ea, quæ rarius in iis leguntur, ideo desinere esse Attica. Μεταπέμπω etiam IV. 30. VII. 15. et 42. dicit Thucydides. Duck.

Τὰ αὐτὰ καὶ τ. Ἀλκ.] Aut καὶ est pro ὡς, vel ἃ, aut trajectum, pro, τοὺς Κορ. καὶ τ. Συρ. καὶ τὸν Ἀλκιβ. τὰ αὐτὰ δ. rel. Illud magis arridet.

Τ. ἐν τέλ.] Intell. τῶν ἄλλων, (λοιπῶν,) τῶν ἐν τ. Quippe et Ephori ἐν τέλει, vel maxime quidem, utut additi regibus magis custodes, vel regundæ utique civitati; hic tamen pro τέλεσιν agebant.

κούσας, κωλύσοντας μὴ ξυμβαίνειν Ἀθηναίοις, βοηθεῖν δὲ οὐ προθύμων ὄντων, παρελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης παρώξυνέ τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ ἐξώρμησε, λέγων τοιάδε.

πθʹ. 89. "ἈΝΑΓΚΑῖΟΝ, περὶ τῆς ἐμῆς διαβολῆς πρῶτον ἐς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα μὴ χεῖρον τὰ κοινὰ τῷ ὑπόπτῳ μου ἀκροάσησθε. τῶν δ' ἡμῶν προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν κατά τι ἔγκλημα ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων, ἐθεράπευον ὑμᾶς, ἄλλα τε, καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου ξυμφοράν. καὶ, διατελοῦντός μου προθύμου, ὑμεῖς, πρὸς Ἀθηναίους καταλλασσόμενοι, τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, δι' ἐκείνων πράξαντες, ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν, περιέθετε. καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ὑπ' ἐμοῦ, πρός τε τὰ Μαντινέων καὶ Ἀργείων τραπομένου, καὶ ὅσα ἄλλα ἠναντιούμην ὑμῖν, ἐβλάπτεσθε· καὶ νῦν, εἴ τις καὶ τότε ἐν τῷ πάσχειν οὐκ εἰκότως ὠργίζετό μοι, μετὰ τοῦ

Κωλύσοντας] Plerique *κωλύοντας*, non male. WASS.

Παρώξ. τε κ. ἐξώρμ.] Pro Synonymis abierint duo ista verba, nisi distinguantur per τε et καὶ, *cum, tum*, qs. *non modo, sed* etiam, ut *minus* et *majus*. Nec vero cumulare synonyma solet Noster. Ergo παρώξ. sit, hic certe, *ira* incendit illos, *cura* implevit, ut indignarentur Atheniensibus, nec ῥαθύμως ἴδοιεν, lenti adspicerent ab illis tum mota; ἐξώρμ. autem, *exstimulavit*, commovit, ut factis quoque, re et paratu, obviam iis irent.

Ἐς ὑμ.] Ad εἰπεῖν retulisse, ob situm verborum, malit Abr. Sed ipse situs, vel positus, *Synchyseos* monere debebat, Nostro solitæ. Utrique tamen congruum, neutri plane supervacaneum, veluti *bis* positum interpreter. Multa enim consulto ita locantur, utrique ut aptari voluisse videantur Scriptt. Tacitus maxime; sed et Liv. Vid. et mox ad voc. μου.

Χεῖρον] *Alieniore animo*, Port. vertit; non male; sed non suffecturum ad τὰ κοινὰ, ad quæ relatum, et propter quæ esse debeat, *minus recte*, secus, ac par sit; animo non vacuo, neque integro, vera et salubria non unice secuturo; minus attente et sincere, sed immixto publicis curis alio studio, quod vobis officiat vera et publice salubria secuturis, quæ, odio mei minus liquido, ἀμβλύτερον, videatis, avocato animo et alibi occupato, vera esse non rati, quod a me dicantur, vobis suspecto, repudietis.

Μου] Possis et ad ἀκροάσησθε retulisse, *ex me* audiatis; τῷ ὑπόπτῳ, *propter* suspicionem. Immo ad utrumque, ut sic interjectum.

Τῶν δ' ἡμ. προγ.] Haud male Reisk. τῶν δὴ ἐμῶν προγ. Nec sane dese Plurali loquitur Alcib. aut alii loquentium apud Nostrum. Quid, quod et ἡμετέρων, de more, scriberet Thuc. non ἡμῶν;

Τ. ἐκ Πύλου ξυμφ.] Pro ἐν Πύλῳ, cum brevitate, Nostro usitata, in hac maxime caussa, ubi semper illos captivos appellet τοὺς ἐκ Πύλου, i. e. *ibi* captos, et *inde* redditos Lacedæmoniis. Ita et hic: quo incommodum, de illo incommodo, quod, cum accidisset vobis *in* Pylo, *inde* receperitis; me juvante, a nobis captos.

Πρός τε τὰ —— τραπ. καὶ rel.] Primo, non dubium sane, quin Græce dixeris, πρὸς τά τινος (πράγματα) τραπέσθαι, pro, πρός τινα, *adjungere se* alicui; frequentius tamen alterum; nec, πρὸς τὰ τῶν Ἀθηναίων, dicit Noster, sed, πρὸς τοὺς Ἀθηναίους; Nec vero *adversatus* antea fuerat Argivis ac Mantinensibus, ut quibus nihil antea rei cum ipso foret. Quare sic interpreter: a me, ad negotia Arg. et Mant. verso, quæ scil. contra vos juvarem. Deinde, illud τε, ad πρὸς, πρός τε τὰ Μαντ. non respondet proximo καὶ ad Ἀργείων, sed alteri, quod sequatur ad ὅσα· per quæ nocui vobis, *et* Mantinensium caussa contra vos immixtus, *et si* qua alia, rel.

Ἐν τῷ πάσχ. οὐκ εἰκ. ὠργ.] Οὐκ εἰκότως retuleris vel ad πάσχειν· quod amplexus videtur Schol. explicans ἐν τῷ πάσχειν οὐκ εἰκότα, τουτέστι, κακῶς· vel ad ὠργίζετό μοι· quod congruere videatur τῷ ἀναπειθέσθω, mutet sententiam, *iniquam* ergo adhuc. Hoc prætulerim, quia, recte se ac merito adversatum Lacedæmoniis, ut læsum, defendit Alcib. et ad *vera* (μετὰ τοῦ ἀληθοῦς) provocat.

ἀληθοῦς σκοπῶν ἀναπειθέσθω. ἢ, εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεκείμην μᾶλλον, χείρω με ἐνόμισε, μηδ᾽ οὕτως ἡγήσηται ὀρθῶς ἄχθεσθαι. τοῖς γὰρ τυράννοις ἀεί ποτε διάφοροί ἐσμεν. πᾶν δὲ τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι, δῆμος ὠνόμασται· καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου ξυμπαρέμεινεν ἡ προστασία ἡμῖν τοῦ πλήθους. ἅμα δὲ καὶ, τῆς πόλεως δημοκρατουμένης, τὰ πολλὰ, ἀνάγκη ἦν, τοῖς παροῦσιν ἕπεσθαι. τῆς δὲ ὑπαρχούσης ἀκολασίας ἐπειρώμεθα μετριώτεροι ἐς τὰ πολιτικὰ εἶναι. ἄλλοι δ᾽ ἦσαν, καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι, καὶ νῦν, οἳ ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον· οἵπερ καὶ ἐμὲ ἐξήλασαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προέστημεν, δικαιοῦντες, ἐν ᾧ σχήματι μεγίστη ἡ πόλις ἐτύγχανε καὶ ἐλευθερωτάτη οὖσα, καὶ ὅπερ ἐδέξατό τις, τοῦτο ξυνδιασώζειν. ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι. ἀλλὰ

Διότι κ. τῷ δ. προσεκ.] i. e. καὶ (διὰ τοῦτο,) διότι προσεκ. τῷ δήμῳ; neque enim ad τῷ δήμῳ refertur, quasi et *alii* προσκεῖσθαι potuerit; sed ad totum τὸ προσκεῖσθαι τῷ δ.— Si quis *et hoc* nomine suspectum me habet, quod populo, i. e. δημοκρατίᾳ, populi imperio summo, faverim, cui vos tam adversi sitis.

Χείρω] Suspectum, inutilem vobis, alienum, periculosum.

Ἐνόμισε] Hudsonus hic non adnotavit, ut solet, varietatem scripturæ e Basil. et Steph. 2. Itaque hoc fortassis debetur operis typographicis in illius *Editione*, pro ἐνόμιζε, quod convenit cum præcedenti ὠργίζετο, et est in tribus Mss. totidemque Edd. Duck.

Μηδ᾽ οὕτως] Ne *hoc* quidem *nomine*, ne hac quidem de caussa, ne hoc quidem secutus: *auch in dieser Ninsicht nicht.*

Ὑπαρχούσης] Quæ apud *nos* esset atque invaluisset; remittere studuimus ex illo ardore, eumque compescere. Ita malim, quam *omnino*, de universa omnis Democratiæ licentia, interpretari; quod non efficiatur simplici verbo ὑπαρχούσης. Immo tum diceret προσυπαρχ. vel ἐνυπαρχ. (αὐτῇ.)

Ἐς τὰ πολιτικὰ] Gr. τὰ πολιτικά. præpositio recte abest. Wass.

Καὶ ἐγιγν. rel.] Rursus trajectum, ut supra in διότι καὶ τῷ δ. προσεκ. Respondet enim hoc καὶ alteri, καὶ αὐτὸς ἐγὼ, scil. γιγνώσκω. Ita ergo intell. καὶ οἱ φρον.—γιγνώσκ. καὶ αὐτὸς (ἐγὼ), sc. γιγνώσκω. In priori, οἱ φρον. intell. *omnino*, quia et *se* comprehendit per 1. Pers. ἐγιγνώσκομεν· unde supervacuum videri possit, quod subjiciat, καὶ αὐτὸς ἐγώ· sed hic intell. εὐχήκιστα· μάλιστα, *und zwar ich ganz besonders, vorzüglich unter ihnen.*

Ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι.] Portus multis verborum ambagibus, quarum partem recidit Cl. Wasse, expressit sententiam, quam sibi in his verbis videre videbatur. Henr. Stephanus, cujus verba ad interpretationem Latinam Vallæ e margine secundæ Ed. Steph. huc transtulit Hudsonus, Scholiastæ lectionem vulgata meliorem esse, dicit: quod indicio est, eum putasse, locum hunc mutilum esse, et Scholiasten in suo exemplari legisse, ὅσῳ καὶ μέγιστα ὑπ᾽ αὐτῆς ἠδίκημαι, λοιδορήσαιμι. Scholiasten sequuti sunt omnes *Interpretes*, et hæc ita interpretati sunt, quasi ea, quæ Scholiastes supplet, deessent. Mihi, si pro ὅσον, cum plerisque Mss. et Scholiaste, ὅσῳ legas, locus satis sanus, nec quidquam eorum, quæ illi putant, sed tantum μᾶλλον supplendum, et hic sensus hujus periodi esse videtur: *Nam, cujusmodi popularis status esset, cum omnes, qui aliquid sapimus, tum ego non minus, quam ullus alius, intelligebam.* Verba, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, non refero cum Scholiaste et Latinis Interpretibus ad λοιδορήσαιμι, sed ad præcedentia, et ἀπὸ κοινοῦ repeto γιγνώσκω. Dativo ὅσῳ autem eodem modo, quo hic, etiam aliis locis utitur Thucydides. III. 45. Ἀδοκήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρισταμένη (ἡ τύχη) καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν τινὰ προάγει, καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις, ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων, ἐλευθερίας, ἢ ἄλλων ἀρχῆς, nempe κινδυνεύουσι, vel, ut Stephanus, κινδυνεύειν αὐτὰς προάγει. V. 90. Καὶ πρὸς ὑμῶν οὐχ ἧσσον τοῦτο, ὅσῳ καὶ ἐπὶ μεγίστῃ τιμωρίᾳ, σφαλέντες ἂν, τοῖς ἄλλοις παράδειγμα γένοισθε. VI. 92. Γνόντας, τοῦτον δὴ τὸν ὑφ᾽ ἁπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς, εἴ γε

περὶ ὁμολογουμένης ἀγνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν λέγοιτο· καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν οὐκ ἐδόκει ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶναι, ὑμῶν πολεμίων προσκαθημένων.

ϛʹ. 90. "Καὶ τὰ μὲν ἐς τὰς ἐμὰς διαβολὰς, τοιαῦτα ξυνέβη. περὶ δὲ ὧν ὑμῖν τε βουλευτέον, καὶ ἐμοὶ, εἴ τι πλέον οἶδα, εἰσηγητέον, μάθετε ἤδη. ἐπλεύσαμεν ἐς Σικελίαν, πρῶτον μὲν, εἰ δυναίμεθα, Σικελιώτας καταστρεψόμενοι, μετὰ δ' ἐκείνους αὖθις, καὶ Ἰταλιώτας· ἔπειτα καὶ τῆς Καρχηδονίων ἀρχῆς καὶ αὐτῶν ἀποπειράσοντες. εἰ δὲ προχωρήσειε ταῦτα, ἢ πάντα, ἢ καὶ τὰ πλείω, ἤδη τῇ Πελοποννήσῳ ἐμέλλομεν ἐπιχειρήσειν, κομίσαντες ξύμπασαν μὲν τὴν ἐκεῖθεν προσγενομένην δύναμιν τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ βαρβάρους μισθωσάμενοι, καὶ Ἴβηρας, καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ ὁμολογουμένως νῦν βαρβάρων μαχιμωτάτους· τριήρεις τε πρὸς ταῖς ἡμετέραις πολλὰς ναυπηγησάμενοι, (ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα,)

πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελοίην· ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δ' ὑμέτερα εἴκαζον. Sic V. 108. et VI. 11. Nec abhorret hoc Luciani Phalar. 1. pag. 735. Ἡμῖν δὲ τοῦτο πολλῷ ἀναγκαιότερον τοῖς τυράννοις, ὅσῳ πρὸς ἀνάγκην ἐξηγούμεθα. Et similia apud eumdem, pro laps. inter salut. p. 500. Pseudom. p. 747. et alibi. *Anacreon* quoque Carm. XI. Τοῦτο δ' οἶδα, Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον Πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν, Ὅσῳ πέλας τὰ Μοίρης. Quæ omnia per ellipsin τοῦ μᾶλλον dici, apertum est. Duck. Ita laborant Intt. in explicando usu τοῦ ὅσον, ut sensum tamen haud expediant τοῦ λοιδορήσαιμι. Mihi simplicissimum videtur, ita intellexisse: equidem vel maxime intelligere debeo, et probare possum, me scire, quid sit Democratia, quod (quatenus) vituperare quoque illam possim, et mala ejus, usu quippe edoctus, notare. Quo æquius simul fuerit, fidere vos mihi, ut non ita dedito Democratiæ, cujus reprehensor quoque prodire et existere possim. λοιδορεῖν est hic, δύνασθαι λοιδορῆσαι. V. Phil. Th. P. p. 239. lit. e. Cod. Msqu. pro χεῖρον habet χωρεῖν, qs. sit pro παραχωρεῖν, *concedere* (*weichen*). Sed unde pendeat Infinit. Et vero οὐδενὶ debebat. Fortasse Glossema fuerit τοῦ χεῖρον· aut librarii plane lapsus.

Ἀγνοίας] Forte ἀνοίας legendum cum Mss. et Edd. Wass. Ita legendum censuerunt omnes Interpretes, et Scholiastes Cass. pro eo, quod in vulgato est, ὁμολογουμένην ἄγνοιαν, habet ὁμολογουμένην ἄνοιαν. Ἄνοια vulgi quoque melius, quam ἄγνοια, opponitur iis, quos paullo ante τοὺς φρονοῦντάς τι dixerat. Duck.

Προσκαθημ.] Non *obsidentibus* utique, sed tantum *assidentibus*, imminentibus, e propinquo additis; *auf dem Halse siken.*

Εἰσηγητέον] *Suadendum*, præcipiendum, *vorzuschlagen*, commonstrandum; non *agendum*, ut Port. vertit; quod vix esset hic Alcibiadis; nisi sign. *betreiben*; sed hoc non congruit verbis, εἴ τι πλέον οἶδα· *suadendi* notio huc unice apta.

Αὖθις] *Vero*, autem, vel, *etiam*, *so fort*, deinceps; vel pro ἤδη, *nunmehr.*

Ἢ καὶ τὰ πλ.] Καὶ hic est *auch nur*, *vel*; pleraque, certe, saltem; qs. γε addito.

Ἐκεῖ ὁμ. ν. βαρβ. μαχ.] Ut verba ordinavit Thuc. ad βαρβάρων necessario et unice retuleris ὁμολογουμένως. At quorsum adderet? Aut a quibus distingueret, non ὁμολογουμένως barbaris? Quo consilio denique? Msqu. ὁμολογουμένων, et μαχιμωτάτων· expeditiori sane structura, præsertim cum Genit. μαχιμωτάτων· τῶν ὁμολογουμένων νῦν (εἶναι) ἐκεῖ μαχιμωτάτων, nempe ἄλλους. Ne hoc quidem sine trajectione, molliori tamen ad sensum, qui et ὁμολογουμένως referri ad μαχιμωτάτους, vel ων, jubeat. Idem Msqu. mox τὰς, pro ταῖς, ante ἡμετέραις· nil tamen notatur, an et ἡμετέρας, et τριήρεις; idem habeat.

Ξύλα ἄφθονα] Idem de Italia prodidisse multos veterum, observat Casaubonus ad Athen. V. 11. Add. Thucyd. VII. 25. Duck.

οἷς τὴν Πελοπόννησον πέριξ πολιορκοῦντες, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμαῖς, τῶν πόλεων τὰς μὲν βίᾳ λαβόντες, τὰς δ' ἐντειχισάμενοι, ῥᾳδίως, ἠλπίζομεν, καταπολεμήσειν, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ ξύμπαντος Ἑλληνικοῦ ἄρξειν. χρήματα δὲ καὶ σῖτον, ὥστε εὐπορώτερον γίγνεσθαι τινὰ αὐτῶν, αὐτὰ τὰ προσγενόμενα ἐκεῖθεν χωρία ἔμελλε διαρκῆ ἄνευ τῆς ἐνθένδε προσόδου παρέξειν.

στά. 91. "Τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν οἰχομένου στόλου παρὰ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότος, ὡς διενοήθημεν, ἀκηκόατε· καὶ, ὅσοι ὑπόλοιποι στρατηγοὶ, ἢν δύνωνται, ὁμοίως αὐτὰ πράξουσιν. ὡς δὲ, εἰ μὴ βοηθήσετε, οὐ περιέσται τἀκεῖ, μάθετε ἤδη. Σικελιῶται γὰρ ἀπειρότεροι μέν εἰσιν, ὅμως δ' ἂν, ξυστραφέντες ἀθρόοι, καὶ νῦν ἔτι περιγένοιντο. Συρακούσιοι δὲ μόνοι, μάχῃ τε ἤδη πανδημεὶ ἡσσημένοι, καὶ ναυσὶν ἅμα κατειργόμενοι, ἀδύνατοι ἔσονται τῇ νῦν Ἀθηναίων ἐκεῖ παρασκευῇ ἀντισχεῖν. καὶ, εἰ αὕτη ἡ πόλις ληφθήσεται, ἔχεται

Οἷς τὴν Πελοπ.] Ita quidem omnes libri. Sed non video, cur relativum magis respondere debeat propiori ξύλα, quam remotiori τριήρεις. Duck.

Καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμαῖς] Portus valde se torquet, ut ex his sensum aliquem eliciat, qui in illis nullus est. Non dubito præferre vulgatæ scripturam quinque Codd. Mss. ἐφορμαῖς, quam Vallam quoque in suo habuisse, intelligi potest ex illius interpretatione, *quam peditatu pariter a terra invadentes.* Ignorant hoc vocabulum Suidas, Pollux, et quidquid est veterum pariter ac recentiorum Lexicographorum, præter unum Hesychium, cujus interpretatio ad sententiam hujus locis satis adcommodata est: Ἐφορμὴν, ὅθεν ἄν τις πολέμῳ ἐφορμήσειεν. Et accedit ad Hesychii auctoritatem analogia, quæ eadem est in ἐφορμὴ, ac in ἀφορμή. Thomas Magister in ἐφόρμησις, haud dubie vitioso Codice usus, legit ἐφορμεῖν· quod quum neque cum antecedentibus, neque cum sequentibus cohæreat: eo ipso confirmatur scriptura Msstorum, qui habent ἐφορμαῖς. Acacius vertit: *pedestribus copiis in terram expositis.* Sed hæc non est mens Thucydidis, qui consilium Atheniensium fuisse dicit, simul et a mari Peloponnesum undique classibus circumdare, et a terra pedestribus copiis, per Isthmum scilicet, invadere. Duck.

Ἀφορμαῖς] Vix dubium, quin hic ἐφορμαῖς præferatur, ubi non de *loco* aut præsidio agatur, *unde* impetus fiat, sed de *impetu*, et *opere* ipso, ad πολιορκοῦντες pariter et λαβόντες, quin et ad τῷ πεζῷ, *per* copias terrestres, non Dativi sensu.

Ἐντειχισάμ.] Ut Liv. *immunire* adhibet: ita et hoc videri possit, ut Abresch. quoque videtur, notare *in agro* hostili communientes. Sed enim, oppositum τῷ βίᾳ λαβόντες, vix est, quin hic *obsidentes, (bloquiren)* notet.

Εὐπ. γίγν.] Γίγνεσθαι hic est: ut nobis *afferrentur*, ut *copia* esset illorum nobis, ut *subveherentur*; quia Singul. εὐπορώτερον hic est, non α. Plur. ergo pro Adverb. in ως, γίγνεσθαι pro παραγίγνεσθαι, ut alibi; Luc. 22. 40. γενόμενος ἐπὶ τοῦ τόπου· Joh. 6. 25. πότε ὧδε γέγονας; Possis etiam, et ipse malim, commate posito post γίγνεσθαι, τινὰ αὐτῶν retulisse ad διαρκῆ ἔμελλε παρέξειν· ut χρήματα et σῖτον non pendeat a παρέξειν, verum ab ὥστε.

Ἔχεται] Sane Demosthenes: ἔχω τὴν Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς· (Cic. Epist. Fam. 9. 26.) ut ἔχεται esse possit, *tenetur*, occupatur, in potestate erit; Solenne tamen illo sensu, κατέχεται· quidni ergo suum et hic sensum teneat ἔχεται, *continuatur*, cohæret, *(continens* est,) *sequitur* expugnationem illius urbis, ei accesserit; ut ἐχομένῃ ἡμέρᾳ, *die proxima*, ἐχομένη, (γῆ,) *continens*: τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις. Marc. 1. 38. ubi pro Var. Lect. i. e. ut ego arbitrer, pro glossemate, est ἐγγύς· Ita *sequi* ICtis est, ibi esse,

καὶ ἡ πᾶσα Σικελία, καὶ εὐθὺς καὶ Ἰταλία. καὶ, ὃν ἄρτι κίνδυνον ἐκεῖθεν προεῖπον, οὐκ ἂν διὰ μακροῦ ὑμῖν ἐπιπέσοι. ὥστε μὴ, περὶ τῆς Σικελίας, τὶς οἰέσθω μόνον βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ ποιήσετε τάδε ἐν τάχει, στρατιάν τε ἐπὶ νεῶν πέμψετε τοιαύτην ἐκεῖσε, οἵτινες, αὐτερέται κομισθέντες, καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς· καὶ (ὃ τῆς στρατιᾶς ἔτι χρησιμώτερον εἶναι νομίζω,) ἄνδρα Σπαρτιάτην ἄρχοντα, ὡς ἂν τούς τε παρόντας ξυντάξῃ, καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας προσαναγκάσῃ. οὕτω γὰρ οἵ τε ὑπάρχοντες ὑμῖν φίλοι θαρσήσουσι μᾶλλον, καὶ οἱ ἐνδοιάζοντες, ἀδεέστερον προσίασι. καὶ τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμεῖν, ἵνα Συρακούσιοί τε, νομίζοντες, ὑμᾶς ἐπιμελεῖσθαι, μᾶλλον ἀντέχωσι, καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς ἑαυτῶν ἧσσον ἄλλην ἐπικουρίαν πέμπωσι. τειχίζειν δὲ χρὴ Δεκέλειαν τῆς Ἀττικῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μάλιστα ἀεὶ φοβοῦνται, καὶ μόνου αὐτοῦ νομίζουσι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ οὐ διαπεπειρᾶσθαι. βεβαιότατα δ' ἄν τις οὕτω τοὺς πολεμίους βλάπτοι, εἰ, ἃ μάλιστα δεδιότας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο, ταῦτα, σαφῶς πυνθανόμενος, ἐπιφέροι. εἰκὸς γὰρ, αὐτοὺς ἀκριβέστατα ἑκάστους τὰ σφέτερα αὐτῶν δεινὰ ἐπισταμένους φοβεῖσθαι. ἃ δ' ἐν τῇ ἐπιτειχίσει αὐτοὶ ὠφελούμενοι τοὺς ἐναντίους κωλύσετε, πολλὰ παρεὶς, τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. οἷς τε γὰρ ἡ χώρα κατεσκεύασται, τὰ πολλὰ πρὸς ὑμᾶς, τὰ μὲν

eo accedere, ubi alterum sit, et *quia* ibi sit: et *ruinam, fortunam* aliorum *sequi* dicuntur, quibus idem accidat continuo et *per* illorum casum.

"Ον——ἐπιπέσ.] i. e. ὁ κίνδυνος, ὃν——προεῖπον, (οὗτος) ἐπιπέσοι· Cic. Divin. in Cæc. (quo loco, nescio, an supra jam sim usus;) C. 2. *Quo—adjumento,—sperabam, hanc molestiam posse demoveri, id mihi erat adversarium;* i. e. Id adjument. quo ego sperab. h. mol. posse dem. erat mihi advers. Terent. Andr. 1. 1. init. *Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ,* i. e. *hæ nuptiæ non sunt veræ,* quas tu credis, nempe, esse veras. *Has* ibi positum pro Nominat. ut in illo Virgilii, Æn. 1. *Urbem, quam statuo, vestra est,* i. e. Urbs, qu. stat. vel, quam urbem statuo, (ea) vestra est. ἐπιπέσοι autem est pro Fut. aut Germ. *dürfte euch befallen.*

Αὐτερέται] Vid. I. 10. et III. 18. Καὶ hic abundare, scriptum erat in Stephani veteri exemplari Corinthi de Dialectis. Hoc improbat Stephanus, et, καὶ pro *etiam* accipi posse, dicit, Animadvers. in Lib. de Dialect. pag. 33. Duck. Dorvill. ad Charit. (p.) 575. *Gottl.* Nempe αὐτερ. sunt qs. οἱ αὐτοὶ καὶ ἐρέται· vel, qui, cum sint, vel esse possint debeantque, ὁπλῖται, *ipsi* tamen *suis* manibus, *iidem* remigent, in cursu, ὁπλῖται futuri, simulatque in terram fuerint expositi.

Ὡς ἂν] Cod. Msq. συντάξει· quod aptius fuerit Lectioni ὃς, ut 2. 41. med. (οὔτε προσδεόμεθά τινος,) ὅστις —— τέρψει. Ubi itidem Futur. addit τῷ ὅς.

Προσαναγκ.] Pro simplici ἀναγκ. ut προσαιτεῖν, apud Xen. M. S. I. 2. προσδεῖσθαι, Nostro 2. 41. med. οὔτε προσδεόμενοι Ὁμήρου ἐπαινέτου.

Οὐ διαπεπ.] Pro simplici πεπειρ. Nulla hic vis τῆς διά. τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, est, *quæ* illis *in* hoc *bello accidere potuissent.*

Κωλύσετε] Scil. ὠφελεῖσθαι· ex ὠφελούμενοι ἃ intell. καθ' ἃ, εἰς ἅ. ἐν τῇ ἐπιτειχίσει, pro διὰ τῆς ἐπιτειχίσεως· ex Ebr. ב, *per.*

ληφθέντα, τὰ δ᾽ αὐτόματα, ἥξει. καὶ τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται. μάλιστα δὲ, τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου ἧσσον διαφορουμένης, οἱ, τὰ παρ᾽ ὑμῶν, νομίσαντες, ἤδη κατὰ κράτος πολεμεῖσθαι, ὀλιγωρήσουσι.

στβ΄. 92. "Γίγνεσθαι δέ τι αὐτῶν καὶ ἐν τάχει, καὶ προθυμότερον, ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὦ Λακεδαιμόνιοι. ἐπεὶ, ὥς γε δυνατὰ, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεσθαι, οἶμαι, γνώμης, πάνυ θαρσῶ· καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι, εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων, φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶναι, νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι· οὐδὲ ὑποπτεύεσθαί μου, εἰς τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν, τὸν λόγον. φυγάς τε γάρ εἰμι τῆς τῶν ἐξελασάντων πονηρίας, καὶ οὐ τῆς ὑμετέρας, ἢν πείθησθέ μοι, ὠφελείας· καὶ

Τοῦ Λαυρείου] Lib. II. Cap. 55. omnes libri Λαυρίου. Λαύρειον etiam Herodotus VII. 144. et Andocides Orat. de Myster. pag. 190. Sed Aristophanes secundam in Λαυρειώτικαὶ brevem facit Avib. v. 1106. Duck.

Οἱ τὰ π. ὑμ.] Οἳ leg. Abr. cum Ed. Bas. ex qua nil notavit Duck. Si vera lectio: punctum delendum ante μάλιστα, quod pendeat deinde ab ἀποστερήσονται· a quo cum jam pendeat, tamen τὰς προσόδους (scil. κατά· ut, ἀφηρέθη τὴν βασιλείαν·) minus commode illuc retuleris μάλιστα δὲ, Genitivo maxime sequente, ubi Accus. antea sit. Quare οἱ servavi et punctum ante μάλιστα, cum Duck. et Porto.

Τὰ παρ᾽ ὑμῶν] Scil. κατὰ, εἰς τὰ π. ὑμ. *quod a vobis exspectetur,* pendeat: qs. sit, ὅσον ἀφ᾽ ὑμῶν· ut c. 88. οἱ Συρ. τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο ἐς πόλεμον· Ubi vid. ἤδη deinde est *nunc*, (*nunmehr*) Ital. *ora, adesso.*

Κ. ἐν τ. κ. προθ.] Distinguit ista duo Thuc. per καί· ἐν τάχει ad *tempus* refertur, προθυμ. ad *curam* et apparatum, vel strenuitatem agendi, rei gerendæ.

Ὥς γε δυν.] Γε est *quidem*, certe, *wenigstens.*

Καὶ — — γνώμ.] In Parenthesin ista conjecit Portus, quæ forte simplicius et apertius pendeant ab ὡς et θαρσῶ· fore, confido, ut sententia me non fallat. Sed nimirum οἶμαι obstabat; ergo sic ordinaris: — πάνυ θαρσῶ, ὥς γε δυν. καὶ (ἐν τούτῳ) οἶμαι οὐχ ἁμ. γν.

Εἰ τῇ ἐμ.] Εἰ est pro (διὰ τοῦτο,) ὅτι; *vere* enim ita agebat Alcib. et talis erat; certe pro εἰ καὶ, *etsi.* Ita Hor. Carm. 2. 10. 17. *Non, si male nunc, et olim sic erit;* 3. 15. 7. *Non, si quid Pholoën,* (decet,) *et te — decet.*

Φιλόπολις] Nescio, quid in mentem venerit Scholiastæ Aristoph. ut ad Plut. v. 902. scriberet, φιλόπολις κοινὸν, φιλόπατρις Ἀττικὸν esse; quod ex eo etiam Suidas, et Phavorinus descripserunt in φιλόπατρις. Φιλόπολις dicit Aristophanes etiam ibid. v. 727. et Lysistr. 537. Thucydides II. 60. Lucianus Phalar. 1. p. 738. ἄνδρες μέτριοι καὶ φιλοπόλιδες. Æschylus Sept. adv. Theb. v. 182. (δαίμονες) φιλοπόλιες. Ex his satis patet, φιλόπολις bene Atticum esse. Duck.

Δοκῶν] Pro δόξας, ob ποτέ· ut 1. 2. φαίνεται — πάλαι οἰκουμένη, — μεταστάσεις οὖσαι τὰ πρότερα, rel. Similiter Præs. pro Præter. ut C. 93. init. διανοούμενοι καὶ πρότερον, p. διανοηθέντες.

Ἐγκρατ.] *Temperantem* alibi signat, modestum, sui potentem; hic pro ἐπικρατῶς, ἰσχυρῶς, σφοδρῶς, haud solenni sane usu.

Εἰς τ. φυγ. πρ.] Εἰς est hic *propter*, *ex*, vel *qua*; eo nomine, quod sim exsul, qui studeam, seu vindictæ cupidine, sive, ut alibi consistam, offerre operam meam illis, ad quos confugerim; plane ut apud Gabios Sex. Tarquinius; cujus et orationem et caussam contulisse cum Alcibiadea hic juverit.

Φυγ. τε, rel. — — ὠφελ.] Τε refertur ad id, quod sequ. καὶ πολεμιώτεροι· *neque ego* ut exsul suspectus vobis esse debeo; *nec vos* hostes mihi, quibus nocuisse cupiam. Genitivi illi ad φυγὰς, simpliciter sunt pro *qua*; (V. Phil. Thuc. P. p. 21. et p. 23.) *qua improbitatem* adversariorum, sum exsul, i. e. his abii inimicus; hi suspectum me habe-

πολεμιώτεροι οὐχ, οἱ τοὺς πολεμίους που βλάψαντες, ὑμεῖς, ἢ οἱ τοὺς φίλους ἀναγκάσαντες πολεμίους γενέσθαι. τό, τε φιλόπολι οὐκ, ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι, ἔχω, ἀλλ' ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην. οὐδ', ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι, ἡγοῦμαι, ἰέναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι. καὶ φιλόπολις οὗτος ὀρθῶς, οὐχ, ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ, ἀλλ', ὃς ἂν ἐκ παντὸς τρόπου, διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν, πειραθῇ αὐτὴν ἀναλαβεῖν. οὕτως, ἔμοιγε, ἀξιῶ, ὑμᾶς καὶ ἐς κίνδυνον καὶ ἐς ταλαιπωρίαν πᾶσαν ἀδεῶς χρῆσθαι, ὦ Λακεδαιμόνιοι· γνόντας, τοῦτον δὴ τὸν ὑφ' ἁπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς, εἰ, πολέμιός γε ὤν, σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἄν, φίλος ὤν, ἱκανῶς ὠφελοίην· ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δ' ὑμέτερα εἴκαζον. καὶ αὐτοὺς νῦν, νομίσαντας περὶ μεγίστων δὴ τῶν διαφερόντων βουλεύεσθαι, μὴ ἀποκνεῖν τὴν ἐς τὴν Σικελίαν τε καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν στρατείαν· ἵνα τά τε ἐκεῖ βραχεῖ μορίῳ ξυμπαραγενόμενοι, μεγάλα, σώσητε, καὶ Ἀθηναίων τήν τε οὖσαν καὶ

ant; at vero *qua vestram* utilitatem, non sum exsul; huic non sum adversus, aut metuendus, nec consilio aut animo, nec facultate; cui si parere volueritis: sentietis, haud exsulem me esse, vobis alienum, iniquum, inutilem, meritove suspectum, sed plane vestrum, civem, amicum, adjutorem, fidi consilii utilisque auctorem.

Πολεμιώτ.] Nempe *mihi*; Vos minus deputo inimicos aut hostes, quam injustos illos in me Athenienses ac violentos.

Τό τε φιλόπολι] Huc fortassis respexit Pollux III. 65. Καὶ ἦθος φιλόπολι, φιλόδημον. Vid. Jungermann. ad Poll. IX. 26. Duck. τε hic est pro δὲ, vel καί.

Ἐν ᾧ] Scil. τόπῳ, amor meus in rempubl. hæret ibi, sequitur eum locum, ubi secure (jam) agere possim: Vos ergo jam, Lacedæmonii, amplector illo studio, receptus a vobis, quo antea prosequerer Athenienses, antequam læderer ab illis. Aut, si quis malit intellexisse χρόνῳ, ita intepretetur: amorem reip. animum civis boni habeo, probo, ejus ratio mihi constat, ille se exserit, non illo tempore, quo nunc lædar a civibus meis, sed illo tempore, quo secure ibi agerem. Hoc pæne magis probarim, vel propter ἐπολιτεύθην, præteriti sensu, ad Athenas referendum; neque enim Spartæ jam ἐπολιτεύθη, ut civis egerat, Alcib. Sed nimirum ad Athenienses referendum ἐπολιτ. ἀδικοῦμαι autem, Præsens, recte habet; quia *cum maxime* vexabatur Athenis. Et patriam quasi duplicem et tempora bina distinguit, æquam illam antehac, nunc iniquam, tuta hæc olim, jam infesta. ἔχω autem hic est aut *præsto*, refero, dirigo illuc, aut *probo*, exhibeo, constare mihi, interpretor. Quia autem dicit, se non gerere bellum, (θυμομαχεῖν,) in patriam suam, quæ jam sit ipsi, sed quæ (nunc ipsi) non sit, eam se velle *recuperare*: sane apparet, ad *locum*, et civitatem referri ἐν ᾧ, non ad *tempus*: dum ἐπολιτεύθην, ut dixi, retuleris ad Athenas, tutas olim Alcibiadi. Porti interpretatio sensu caret: "*amorem—retineo*, cum tuto *vivebum*." Hæc quî cohærent?

Ὀρθῶς,] Intellexeris, καλοῖτο, vel νομίζοιτο, δοκοίη· duriori fortassis Ellipsi; ergo ὀρθῶς, qualem *esse oportet*; *ein rechter Patriot*.

Ἐς κίνδ.—ταλαιπ.—χρ.] Simili sensu, sed argutiori structura, Tacit. Ann. 2. 40. *pericula polliceantur*, i. e. se ad periculum quodvis pro illo subeundum paratos ostendant.

Πολέμ. γε ὢν] Vix satis habeo, quî explicem hic illud γέ· ac pæne est, ut præferam Lect. Cod. Mosqu. ἐγώ.

Εἴκαζον] Reg. et Cass. ᾔκαζον. recte, si Grammaticos sequimur: nam hi docent, Atticos ᾔκαζον dicere, non εἴκαζον. Vid. Eustathium in Hom. Iliad. α'. p. 50. et Etymolog. M. compluribus locis. Aristophanes Equit. v. 1073. Ἀλωπεκίοισι τοὺς στρατιώτας ᾔκασεν. Duck.

Τά τε ἐκ.——σώσ.] Synchysis est ista, vel trajectio, et ξυμπαραγενόμενοι alieno loco

τὴν μέλλουσαν δύναμιν καθέλητε, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοί τε ἀσφαλῶς οἰκῆτε, καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος, ἑκούσης, καὶ οὐ βίᾳ, κατ' εὔνοιαν δὲ, ἡγήσησθε."

στγʹ. 93. Ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης τοσαῦτα εἶπεν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, διανοούμενοι μὲν καὶ αὐτοὶ πρότερον στρατεύειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, μέλλοντες δὲ ἔτι καὶ περιορώμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπεῤῥώσθησαν, διδάξαντος ταῦτα ἕκαστα αὐτοῦ, καὶ νομίσαντες, παρὰ τοῦ σαφέστατα εἰδότος ἀκηκοέναι. ὥστε τῇ ἐπιτειχίσει τῆς Δεκελείας προσεῖχον ἤδη τὸν νοῦν, καὶ τοπαραυτίκα καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ πέμπειν τινὰ τιμωρίαν. καὶ Γύλιππον τὸν Κλεανδρίδου προστάξαντες ἄρχοντα τοῖς Συρακουσίοις, ἐκέλευον, μετ' ἐκείνων καὶ τῶν Κορινθίων βουλευόμενον, ποιεῖν, ὅπῃ ἐκ τῶν παρόντων μάλιστα καὶ τάχιστα τὶς ὠφέλεια ἥξει τοῖς ἐκεῖ. ὁ δὲ δύο μὲν ναῦς τοὺς Κορινθίους ἤδη ἐκέλευέν οἱ πέμπειν ἐς Ἀσίνην, τὰς δὲ λοιπὰς παρασκευάζεσθαι, ὅσας διανοοῦνται πέμπειν, καὶ, ὅταν καιρὸς ᾖ, ἑτοίμας εἶναι πλεῖν. ταῦτα δὲ ξυνθέμενοι, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος. ἀφίκετο δὲ καὶ ἡ ἐκ τῆς Σικελίας τριήρης τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀκούσαντες,

positi, et *μεγάλα*. Ordo est: ἵνα ξυμπαραγ. τά τε ἐκ. σώσ. μεγάλα, scil. ὄντα, ὑπάρχοντα· *quæ* (sane) *sint* magna, vobis haud negligenda.

Ἀσφ. οἰκ.] Pro διάγητε, *agatis*, vivatis: plane ex usu Ebr. יָשַׁב, גּוּר, quæ sæpius *esse* tantum significent: ut, *in pace habitare*, *in tenebris habitare*, (Jes. 9. 1.) rel. cf. Ps. 85. 10. ubi שָׁכַן ita adhibetur. Ies. 1. 21. ubi לִין, *pernoctare*, idem sign.

Διανοούμ.] Pro διανοηθέντες ob πρότερον.

Περιορώμενοι] Id est, περισκοποῦντες. Thomas Mag. in περιορῶ. Scholiastæ καταφρονοῦντὲς hic locum habere non potest. Et rectius Valla, quam vel Stephanus, vel Acacius. Vid. Cap. 103. Duck. Possis et explicare, *negligentes*; c. Schol. cum præsertim subjiciatur: προσεῖχον ἤδη τὸν νοῦν. Med. p. Act.

Γύλιππον τὸν Κλεανδρίδου] Recte Palmerius in Var. Lect. Hudsoni. Cum Thucydide consentit Plutarchus in Pericle pag. 299. et Nicia in fin. Et sic Thom. Mag. in προστάττω. Scholiastes Aristoph. Nubib. v. 857. perperam modo Κλεανδρίδην, modo Κλέανδρον, et Suidas in δέον, et εἰς τὸ δέον, Κλεανδρίδαν et Κλέανδρον vocant. Tamen etiam Κλέαρχος Spartanum nomen fuit. Κλέαρχος Λακεδαιμόνιος φυγὰς apud Xenophontem I. Ἀναβάσ. princ. Et Κλέαρχος ὁ Ῥαμφίου in Thucydide VIII. 8. et 39. videtur Spartanus fuisse. Duck.

Προστάξ. ἀρχ.] Aut pro προτάξ. aut intell. εἶναι· nempe, si sit, *jubentes*. Sed et Latini, *ducem addere*. Suet. Aug. c. 48. extr. *Rectorem apponere*; Cic. Divin. in Cæc. *Custodem me opponite*, p. *impon.*

Ποιεῖν, ὅπῃ, rel.] Si ποιεῖν hic est, quod solet, *efficere*: ὅπῃ sit pro ὅπως, *ut*, immo pro, ὥστε ἥκειν. At hoc notare non solet. Crediderim, ποιεῖν hic poni simpliciter, sine regimine, pro πράττειν, *rem gerere* (*agiren*, *operiren*); intell. πάντα.

Ἤδη] *Statim*, *jam nunc*, in præsenti, *fogleich*, *vor der Hand*.

Ἀνεχώρουν] De his dici solet, qui *semper* et ex conditione sua aliquo loco egerint; non his, qui *nuper* admodum, peregrini cum essent, ad breve tempus aliquo venerint. Debebat ἀνέστρεψαν, ἀπῆλθον, *abierunt*, non, *excesserunt*, quod ἀναχωρεῖν sign. Notat tamen idem, *recipere sese* eo, unde veneris; ut C. 24. ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὰς ναῦς.

ἐψηφίσαντο τήν τε τροφὴν πέμπειν τῇ στρατιᾷ καὶ τοὺς ἱππέας. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· καὶ ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.

στδ΄. 94. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι, ἄραντες ἐκ τῆς Κατάνης, παρέπλευσαν ἐπὶ Μεγάρων τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ, οὓς ἐπὶ Γέλωνος τοῦ τυράννου (ὥσπερ καὶ πρότερόν μοι εἴρηται,) ἀναστήσαντες Συρακούσιοι, αὐτοὶ ἔχουσι την γῆν. ἀποβάντες δὲ ἐδῄωσαν τούς τε ἀγροὺς, καὶ ἐλθόντες, ἐπὶ ἔρυμά τι τῶν Συρακουσίων, καὶ οὐχ ἑλόντες, αὖθις καὶ πεζῇ καὶ ναυσὶ παρακομισθέντες ἐπὶ τὸν Τηρέαν ποταμὸν, τό τε πεδίον, ἀναβάντες, ἐδῄουν, καὶ τὸν σῖτον ἐνεπίμπρασαν· καὶ τῶν Συρακουσίων περιτυχόντες τισὶν οὐ πολλοῖς, καὶ ἀποκτείναντές τε τινὰς, καὶ τροπαῖον στήσαντες, ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὰς ναῦς· καὶ ἀποπλεύσαντες ἐς Κατάνην, ἐκεῖθεν δὲ ἐπισιτισάμενοι, πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐχώρουν ἐπὶ Κεντόριπα, Σικελῶν πόλισμα, καὶ προσαγαγόμενοι ὁμολογίᾳ, ἀπῄεσαν, πιμπράντες ἅμα τὸν σῖτον τῶν τε Ἰνησσαίων καὶ τῶν Ὑβλαίων· καὶ ἀφικόμενοι ἐς Κατάνην, καταλαμβάνουσι τούς τε ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίους, ἄνευ τῶν ἵππων, μετὰ σκευῆς, ὡς αὐτόθεν ἵππων πορισθησομένων, καὶ ἱπποτοξότας τριάκοντα, καὶ τάλαντα ἀργυρίου τριακόσια.

Ἐψηφίσαντο] CCC. talenta. Diodorus Lib. XIII. pag. 333. d. Wass.

Ξυνέγρ.] Nihili est lect. Ed. Basil. ξυνέστρεψεν, nec sensu, nec Grammatica, admittente; et tamen sic Mosqu. quoque, tantum sine ν. Si sit ξυνέστρεψε, verterim, *collegit*, compilavit: ut Actor. 28. 2. συστρέψαντος — φρυγάνων πλῆθος, *cum sarmenta colligeret*. Sed hic de *pluribus* adhibetur; nec aliter unquam Thuc. in hac clausula, quam ξυνέγρ. σύστρεμμα quidem et συστροφὴ apud LXX. Intt. respondet Ebr. קֶשֶׁר, *conjunctio*; et ξυστρέφειν sane notat, *congerere* plura, sed non usurpatur de *una* re, quæ *congeri* ipsa non possit dici. Theophrast. quidem in Procem. Char. Eth. ubi dicit, ὑπέλαβον δεῖν ξυγγράψαι, poterat idem ξυστρέψαι, *colligere*.

Ἐπὶ Μεγάρων] Pro, ἐπὶ Μέγαρα· aut leg. Μεγαρέων, scil. γῆν, χώραν, πόλιν· cum præsertim sequatur οὕς.

Τούς τε ἀγρ.] Quid *aliud* ergo *præter* agros? Nihil autem! Trajectum ergo pro, τούς τε ἀγροὺς ἐδῄωσ. Neque enim *res* hic distinguit et Nomina τε et καὶ, sed *facta*, et verba, ἐδῄωσαν et ἐλθόντες, rel.

Τηρέαν] Τηρίαν Codices omnes p. 378. Terias Plinio, Τηρίας Diodor. in Ecl. pag. 868. et Hesychio. Hinc corrige Diodorum, qui Lib. XIV. p. 402. Τυρίαν vocat. De Turia flumine, quod Valentiam præterfluit, adi Vibium Seq. p. 83. v. et Scylacem p. 4. Wass. De Teria Siciliæ Cluver. I. Sicil. 10. Duck.

Ἀναβάντες] Pro ἐκβάντες.

Σικελῶν πόλισμα] Gr. Σικελόν. aliter fere Noster. Wass.

Ἰνησσαίων] Vide Steph. v. Ἴνυκον. Herodot. VI. 23, 24. ubi Ἰνυκὸς et Ἰνυκὸν Medic. ἐκ τῆς Ἰνύκου Cod. Lambeth. Pausan. VII. 4. Ἴνησσαν scribit Strabo VI. p. 268. Ἐννησίαν Diodor. XI. p. 281. abest, inquit Strabo, ἀπὸ τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα· et, πλησίον τῶν Κεντορίπων esse, alibi narrat. Nunc Cœnobium S. Joannis de Arenis. ἐκ χωρίου πάνυ σμικροῦ Ἰνύκου, Plato Phædr. p. 1246. et Ἰνυ-

στέ. 95. Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ ἦρος καὶ ἐπ᾽ Ἄργος στρατεύσαντες Λακεδαιμόνιοι, μέχρι μὲν Κλεωνῶν ἦλθον, σεισμοῦ δὲ γενομένου, ἀπεχώρησαν. καὶ Ἀργεῖοι μετὰ ταῦτα ἐσβαλόντες ἐς τὴν Θυρεάτιν, ὅμορον οὖσαν, λείαν τῶν Λακεδαιμονίων πολλὴν ἔλαβον, ἣ ἐπράθη ταλάντων οὐκ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ ὁ Θεσπιέων δῆμος ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, οὐ πολὺ ὕστερον, ἐπιθέμενος τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν, οὐ κατέσχεν· ἀλλὰ βοηθησάντων Ἀθηναίων, οἱ μὲν ξυνελήφθησαν, οἱ δ᾽ ἐξέπεσον Ἀθήναζε.

στστʹ. 96. Καὶ οἱ Συρακούσιοι τοῦ αὐτοῦ θέρους, ὡς ἐπύθοντο τούς τε ἱππέας ἥκοντας τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ μέλλοντας ἤδη ἐπὶ σφᾶς ἰέναι, νομίσαντες, ἐὰν μὴ τῶν Ἐπιπολῶν κρατήσωσιν οἱ Ἀθηναῖοι, χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου, οὐκ ἂν ῥᾳδίως σφᾶς, οὐδ᾽ εἰ κρατοῖντο μάχῃ, ἀποτειχισθῆναι, διενοοῦντο τὰς προσβάσεις αὐτῶν φυλάσσειν, ὅπως μὴ κατὰ ταύτας λάθωσι σφᾶς ἀναβάντες οἱ πολέμιοι· οὐ γὰρ ἂν ἄλλῃ γε αὐτοὺς δυνηθῆναι. ἐξήρτηται γὰρ τὸ ἄλλο

κινῶν υἱεῖς. Wass. De Inessa est supra ad III. 103. Duck.

Θυρεάτιν] Θυραιάτιν Cl. ex emendatione. Dixi supra. Wass.

Θεσπιέων] Ita Mss. et Herodot. Θέσπεια Homerus, Scylax, Pausan. Herodot. Polyænus. Plutarch. Pelop. p. 285. ubi legendum ex Ms. πρὸς Τανάγρα. alibi tamen, pro cætera exemplarium inconstantia, εἰς Θεσπίας· quomodo semel Xenophon, semper Diodorus, Isocrates, Theophrastus Hist. Pl. p. 194. et Philiadæ Megarensis Epig. apud Steph. et Excerpta ex Athenæo de aquis, inter Opera Aristot. v. Etymolog. in εἶς. Sic etiam Lapis vetus apud Whelerum. In numo, quem adducit, ΘΕΣΠΕΩΝ, mendose, opinor, pro ΘΕΣΠΙΕΩΝ, quod in aliis, rectius. Vide Itinerar. p. 471. Idem.

Οὐ κατέσχεν] Scil. αὐτοὺς, ex alio casu, τοῖς ἄρχουσιν. aut intell. τὴν πόλιν, τὴν ἀρχήν.

Ἀλλὰ βοηθ. — ἐξέπ. Ἀθ.] Impeditus locus, qua rem et sententiam. *Cui* enim adfuerunt Athenienses? Populo haud dubie, ut imperii popularis fautores. Ergo οἱ μὲν, — οἱ δὲ, erunt οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες· at hi quomodo ἐξέπεσον Ἀθήναζε, quod per breviloquentiam, est pro, ἐκπεσόντες, *ejecti*, aut ipsi *profugi*, κατέφυγον ἐς τὰς Ἀθήνας· ad *hostes* ergo et oppugnatores suæ potestatis? Absurdum; nempe, si βοηθησάντων verteris, cum Porto: *cum* auxilium Athenienses populo tulissent; quasi illa comprehensio ejectioque et fuga, *effecta* fuerit illo auxilio Atheniensium. Sed Heilmann. et vidit haud dubie ἀτοπίαν, et discussit, vertendo: *ob ihuen (dem Bolfe,) schon die Athenienser zu Hülfe famen.* Nec tamen, sic simpliciter, ac tali tenori, quicquam nisi caussam et modum effectæ rei, notare solent Genitivi simpliciter positi; qui, ubi *quanquam* notent, καί γε vel καί τοι præmittere soleant. Sed enim res ac necessitas hic coëgerit. Quodsi vincere possim, *optimatibus* in hac caussa et urbe, sane contra rationem suam, adfuisse Athenienses, difficultas evanuerit omnis. Sed nimirum hoc neque aliis probaturus, neque ipsi mihi, retinuerim Heilmanni interpretationem, *quamquam* vertentis, quod alia participia sæpius notent, sed tamen et Genitivi: Theophr. Ch. Eth. περιεργ. ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι — ἐλεγχθῆναι· (pro ἐλέγχειν hic, ἔν τινι στὰς corruptum ibi; unde neque ἐλεγχθῆναι satis liquidam habeat explicationem; sed Genitivorum usus ibi apertus:) *etsi* concedatur et conveniat, justam esse caussam. Id. περὶ ἀκαιρ. extr. συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι· cum *tamen, utut* velit utraque pars pacisci. Xen. M. S. 1. 1. 18. οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι, ὀργιζομένου αὐτῷ τοῦ δήμου, πολλῶν δὲ — ἀπειλούντων· *quamvis* irasceretur populus, pluresque minitarentur. Quin ipsi *quanquam* Latini subjiciunt Ablatt. illos: *quamquam gravi vulnere accepto*, rel.

Χωρίου ἀποκρήμνου] Descripsit ex hoc loco Stephanus in Ἐπιπολαί. Duck.

Ἐξήρτ.] Cum ἐξῆρθαι interpretari velet

χωρίον, καὶ μέχρι τῆς πόλεως ἐπικλινές τε ἐστὶ, καὶ ἐπιφανὲς πᾶν εἴσω· καὶ ὠνόμασται ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι, Ἐπιπολαί. καὶ οἱ μὲν ἐξελθόντες πανδημεὶ ἐς τὸν λειμῶνα, παρὰ τὸν Ἄναπον ποταμὸν, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ (ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ περὶ τὸν Ἑρμοκράτην στρατηγοὶ ἄρτι παρειληφότες τὴν ἀρχήν·) ἐξέτασίν τε ὅπλων ἐποιοῦντο, καὶ ἑπτακοσίους λογάδας τῶν ὁπλιτῶν ἐξέκριναν πρότερον, ὧν ἦρχε Διόμιλος, φυγὰς ἐξ Ἄνδρου· ὅπως τῶν τε Ἐπιπολῶν εἴησαν φύλακες, καὶ, ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ, ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται.

στζ΄. 97. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταύτης τῆς νυκτὸς τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ ἐξητάζοντο, καὶ ἔλαθον αὐτοὺς παντὶ ἤδη τῷ στρατεύματι ἐκ τῆς Κατάνης σχόντες κατὰ τὸν Λέοντα καλούμενον, (ὃς ἀπέχει τῶν Ἐπιπολῶν ἓξ ἢ ἑπτὰ σταδίους,) καὶ τοὺς πεζοὺς ἀποβιβάσαντες, ταῖς τε ναυσὶν ἐς τὴν Θάψον καθορμισάμενοι. ἔστι δὲ χερσόνησος μὲν ἐν στενῷ ἰσθμῷ, προύχουσα ἐς τὸ πέλαγος, τῆς δὲ Συρακουσίων πόλεως οὔτε πλοῦν οὔτε ὁδὸν πολλὴν ἀπέχει. καὶ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατὸς τῶν Ἀθηναίων ἐν τῇ Θάψῳ, διασταυρωσάμενος τὸν ἰσθμὸν, ἡσύχαζεν. ὁ δὲ πεζὸς ἐχώρει εὐθὺς δρόμῳ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς, καὶ φθάνει

Schol. vide, an legerit, legendumve sit, ἐξῇρται, *attollitur, assurgit*, cum varient præsertim Libri; forte, pro compendio scripturæ habentibus Librariis τὸ ἐξῇρται. Repugnat tamen sibimet Schol. ipse interpretatus ὑψηλὸν, quod quid est, nisi ἐξηρμένον; nec τοῦ κρημνώδους ulla in textu mentio, aut intelligendi ejus necessitas; ἐξήρτηται tantum et ἐπικλινὲς, *clementer inclinatus*, descendens, opponuntur, ut, præter altitudinem situs ab urbe remotioris, nil sane sit cogitandum; nisi, quod προσβάσεις, *aditus*, commemorat, qui *passim* ergo, non ubique, patuisse intelligantur: ut ἐξήρτηται verteris, *suspensus* locus rupibus et editior. Vix tamen est, quin ἐξῇρται præplaceat.

Μέχρι τῆς πόλεως] Hoc Scholiastes interpretatur πρὸς τὴν πόλιν, id est, *versus urbem*, vel, *ea parte, qua urbem spectat*. Sententia verborum Thucydidis videtur esse: locum ab ea parte ad urbem usque declivem esse, et ex eo totam urbem, et quæ in ea erant, oculis subjecta conspici posse. Duck.

Ἐπιφ. π. εἴσω] Ab urbe totus conspicuus, expositus: *von ber Stadt völlig zu übersehen.*

Ὠνόμ.] Scil. τὸ χωρίον. *Gottl.* (ex Abr.) De Epipolis vid. Kuhn. ad Æl. (V. H.) 12. 44. qui, hujus loci memor, quandam fuisse urbis *partem*, tradit. *Gottl.* Cur Ἐπιπολαὶ quoque, velut explicationem suam, non contexti vocab. in Parenthesi posuerit Abr. nescio.

Ἐτύγχ.—αὐτ.] i. e. παρ' αὐτοῖς· vel, more Nostri et Herodoti, pro Genitivo: ἐτύγχ. οἱ στρατηγοὶ αὐτῶν οἱ περὶ τ. Ἑρμ.

Ξυνεστῶτες] Hanc vocem hic, ut alias, necessariam mendose omittit Gr. Cæteri cum Scholiaste agnoscunt omnes. Wass.

Τ. νυκτ. τῇ ἐπιγιγν. ἡμ.] *Diei nox*, sane dicatur ut *pars* ejus, at, *dies noctis*, nescio, satin' commode. Nec tamen a νυκτὸς pendere utiqui debet ἡμέρᾳ· sed junge, τῇ ἐπιγιγν. ταύτης τ. νυκτὸς, quasi διαδόχῳ, ut pro Subst. valeat Particip. ut Latina in *ns*, tanquam pro Substantivis, Genit. adsciscunt; ut *agnatus* et Gr. ξυγγενὴς, alia. Et vero κακόφωνον esset, τῇ ἡμ. τῇ ἐπιγιγν. ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ob concursum plurium Dativorum. καὶ post νυκτὸς si vera lect. Genit. sit pro Dat. sed non placet; quia nox non est tempus τοῦ ἐξετάζεσθαι· nisi hoc sign. *explorare*, κατασκοπεῖν.

Τὸν Λέοντα] De hoc vide Cluverium I. Sicil. Ant. 12. pag. 171. et de Thapso ibid. Cap.

ἀναβὰς κατὰ τὸ Εὐρύηλον, πρὶν τοὺς Συρακουσίους αἰσθομένους ἐκ τοῦ λειμῶνος τῆς ἐξετάσεως, παραγενέσθαι. ἐβοήθουν δὲ οἵ τε ἄλλοι, ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε, καὶ οἱ περὶ τὸν Διόμιλον ἑπτακόσιοι. στάδιοι δὲ, πρὶν προσμίξαι ἐκ τοῦ λειμῶνος, ἐγίγνοντο αὐτοῖς οὐκ ἔλασσον ἢ πέντε καὶ εἴκοσι. προσπεσόντες οὖν αὐτοῖς τοιούτῳ τρόπῳ ἀτακτότερον, καὶ μάχῃ νικηθέντες οἱ Συρακούσιοι ἐπὶ ταῖς Ἐπιπολαῖς, ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν· καὶ ὅ τε Διόμιλος ἀποθνήσκει, καὶ τῶν ἄλλων ὡς τριακόσιοι. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι, τροπαῖόν τε στήσαντες, καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀποδόντες τοῖς Συρακουσίοις, πρὸς τὴν πόλιν αὐτὴν τῇ ὑστεραίᾳ ἐπικαταβάντες, ὡς οὐκ ἐπεξῄεσαν αὐτοῖς, ἐπαναχωρήσαντες, φρούριον ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ ᾠκοδόμησαν, ἐπ' ἄκροις τοῖς κρημνοῖς τῶν Ἐπιπολῶν, ὁρῶν πρὸς τὰ Μέγαρα· ὅπως εἴη αὐτοῖς, ὁπότε προσίοιεν, ἢ μαχούμενοι, ἢ τειχιοῦντες, τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς χρήμασιν ἀποθήκη.

στή. 98. Καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτοῖς ἦλθον ἔκ τε Ἐγέστης τριακόσιοι, καὶ Σικελῶν καὶ Ναξίων καὶ ἄλλων τινῶν ὡς ἑκατόν. καὶ Ἀθηναίων ὑπῆρχον πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, οἳ ἵππους τοὺς μὲν παρ' Ἐγεσταίων καὶ Καταναίων ἔλαβον, τοὺς δ' ἐπρίαντο· καὶ ξύμπαντες, πεντήκοντα καὶ ἑξακόσιοι

II. in fin. de quo etiam Interpretes Stephani. DUCK.

Τὸ Εὐρύηλον] Infra VII. 2. τὸν Εὐρύηλον. hic subaudiendum πολίχνιον. Vide Stephanum. WASS.

Ἐκ τοῦ λειμῶνος τῆς ἐξετάσεως] Vix credo, Græce dici posse ἡ ἐξέτασις τοῦ λειμῶνος, pro *recensio, quæ fit in prato:* nam in vulgata scriptura hæc non aliter accipi possunt. Copula, quam quinque scripti habent, interposita tollit difficultatem. DUCK. Nec Porti interpretatio placet: *e prato, ubi recensio fiebat;* quis enim Græce aut Latine ita loquatur: λειμὼν τῆς ἐξετάσεως, *pratum lustrationis.* Ebraismum quidem hoc sapiat; cum præsertim non intelligatur campus, ubi *solita* haberi fuerit lustratio, illi *destinatus*, sed, ubi *tum* casu aut consilio *semel* fieret; nec magis, καὶ inserto, expediri quidquam video; utique, si ἐκ retuleris ad αἰσθομένους· nam ad παραγενέσθαι, possit. At quid simplicius, quam, referri ad αἰσθομένους, hoc sensu, cum sensissent, (adesse Athenienses,) *ex* vel *in exploratione* campi, *indem sie die Wiese recognoscirt hatten.* Ut ἐξετάζειν hic non sit *lustrare*, sed *explorare* (*recognosciren*).

Ἑπτακόσιοι] Hudsonus dubitat cum Porto, utrum hic, ut paullo ante, legendum sit ἑπτακόσιοι cum Codd. Ar. et C. an supra quoque ἑξακόσιοι, ut hic plerique Mss. et Edd. At in priore loco non variant Mss. Itaque hic legendum est ἑπτακόσιοι. et ita restituimus. WASS. Rursus tamen ἑξακόσιοι VII. 43. DUCK.

Ἀτακτότ.] Non verteris, *turbatis* ordinibus, quasi antea compositis; sed, *incomposite*, nullo ordine, tumultuario incursu.

Ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ] De situ Labdali disputat Cluverius I. Sicil. Ant. 12. pag. 148. Λαυδάλῳ pro Λαβδάλῳ in Cod. Reg. est a figura literæ, U Latino non dissimili, quæ obvia est in Mss. pro β. DUCK.

Προσίοιεν] Haud dubie leg. προΐοιεν· aut intell. (propius) *ad* Syracusas.

Ἀποθήκη] Pollux ordinem turbat X. 10. τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σκεύεσιν ἀποθήκη. ubi Mss. ὑποθήκη perperam σκευοθήκη est apud Æschinem et Æschylum. Glossæ: ἀποθήκη, *horreum, granarium.* ἀποθηκάριος, *horrearius.* Sic in Nov. Testam. et LXX. WASS.

Ἔλαβ. — ἐπρ.] Utrumque pro Plusqpf. εἰλήφεσαν et ἐπεπρίαντο. quod alterum in usu quidem haud sit.

ἱππεῖς ξυνελέγησαν. καὶ καταστήσαντες ἐν τῷ Λαβδάλῳ φυλακὴν, ἐχώρουν πρὸς τὴν Συκῆν οἱ Ἀθηναῖοι, ἵνα περ καθεζόμενοι, ἐτείχισαν τὸν κύκλον διὰ τάχους. καὶ ἔκπληξιν τοῖς Συρακουσίοις παρέσχον τῷ τάχει τῆς οἰκοδομίας· καὶ ἐπεξελθόντες, μάχην διενοοῦντο ποιεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾶν. καὶ ἤδη ἀντιπαρατασσομένων ἀλλήλοις, οἱ τῶν Συρακουσίων στρατηγοὶ, ὡς ἑώρων σφίσι τὸ στράτευμα διεσπασμένον τε, καὶ οὐ ῥᾳδίως ξυντασσόμενον, ἀνήγαγον πάλιν ἐς τὴν πόλιν, πλὴν μέρους τινὸς τῶν ἱππέων. οὗτοι δὲ, ὑπομένοντες, ἐκώλυον τοὺς Ἀθηναίους λιθοφορεῖν τε καὶ ἀποσκίδνασθαι μακρότερον. καὶ τῶν Ἀθηναίων φυλὴ μία τῶν ὁπλιτῶν, καὶ οἱ ἱππεῖς μετ' αὐτῶν πάντες, ἐτρέψαντο τοὺς τῶν Συρακουσίων ἱππέας προσβαλόντες· καὶ ἀπέκτεινάν τε τινὰς, καὶ τροπαῖον τῆς ἱπποmαχίας ἔστησαν.

στθ'. 99. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ οἱ μὲν ἐτείχιζον τῶν Ἀθηναίων τὸ πρὸς Βορέαν τοῦ κύκλου τεῖχος· οἱ δὲ, λίθους καὶ ξύλα ξυμφοροῦντες, παρέβαλλον ἐπὶ τὸν Τρωγίλον καλούμενον, ἀεὶ, ᾗπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὸ ἀποτείχισμα. οἱ δὲ Συρακούσιοι, οὐχ

Πρὸς τὴν Συκῆν] Stephanus in Συκαί· καὶ ἄλλη Συκὴ (ita etiam hic Gr.) πλησίον Συρακουσῶν, καὶ Κιλικίας. De hac Thucydidem hic agere putat Holstenius ad Stephanum. Sed rectius, opinor, Cluverius pro parte Syracusarum, cui Tyche nomen erat, accipit. Duck.

Ἐτείχ. τ. κύκλ.] Si κύκλος est ipse *murus*: τειχίζειν hic est, *exstruere, ducere.* Possit tamen notare et *ambitum* loci ipsius, ut τειχ. sit, *communire*; ac si sit, ἐτείχισαν κύκλῳ τὸν τόπον, τὸν Λάβδαλον. Hoc prætulerim; quia dicit, τὸν κύκλον, certum ergo, et jam memoratum, quod de *muro* non fecisset; nec *qui* v. *quem* sequitur, aut alia demonstratio. τῷ τὸν responsura. Et vero clare satis C. 99. init. τὸ τοῦ κύκλου τεῖχος, ambitum *loci* et *murum* illi circumductum distinguit.

Ἔκπληξιν] Non *terrorem* sane; pugnarunt enim; sed *stuporem*, admirationem, nempe celeritatis.

Σφίσι τὸ στρ.] i. e. τὸ στράτ. σφῶν. Eurip. Alc. v. 313. σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, pro μου, ἐμόν· et vs. 314. ποίας τυχοῦσα συζύγου τῷ σῷ πατρὶ, p. τοῦ σοῦ πατρός.

Διεσπασμ.] *Dissipatum* vertit Port. At quis dissiparet? Verte, *disjectum*, sparsum, non conglobatum, palatum, *nicht bensammen; gerheilt.*

Λιθοφορεῖν] Pollux VII. 118. Vide Herodotum II. 124. 175. Wass.

Μακρότερον] Probabilius est, hoc esse ab imperito aliquo scriba, quam μακροτέραν, quod quatuor optimi libri exhibent. Duck.

Φυλὴ μία] Adnotat hic Acacius e Sigonio IV. de Republ. Athen. 5. Athenienses in sua quemque tribu instructos in acie adversus hostes pugnasse. Hoc bene ostendit Sigonius ex Herodoti VI. 111. de pugna Marathonia, et ex Plutarchi Aristide. Et ex hoc loco, quem itidem ibi laudat Sigonius, intelligitur, Athenienses non solitos fuisse inter se miscere diversarum tribuum milites. Eamdem rationem etiam alios in bellis sequutos fuisse, credibile est. Sic de Messeniis Thucyd. III. 90. Ἔτυχον δὲ δύο φυλαὶ ἐν ταῖς Μυλαῖς τῶν Μεσσηνίων φρουροῦσαι. Et paullo post hic Cap. 100. de Syracusanis: φυλὴν μίαν καταλιπόντες φύλακα τοῦ οἰκοδομήματος. Hinc φύλοπις pro μάχη, ἐκ τῆς ὀπὸς, ἤτοι βοῆς τῶν φύλων, Eustathius in Homer. Iliad. ά. p. 140. et β'. p. 247. Suidas: Φυλὴ καθ' αὑτήν ἐστι μύριοι στρατιῶται. Non scio, cui e vetustis Rebuspublicis hoc conveniat. Si χίλιοι dixisset, posset referri ad prima initia Reipubl. Romanæ. Duck.

ἥκιστα Ἑρμοκράτους τῶν στρατηγῶν ἐσηγησαμένου, μάχαις μὲν πανδημεὶ πρὸς Ἀθηναίους οὐκέτι ἐβούλοντο διακινδυνεύειν, ὑποτειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι, ᾗ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἄξειν τὸ τεῖχος, καὶ, εἰ φθάσειαν, ἀποκλείσεις γίγνεσθαι· καὶ [ἅμα] ἐν τούτῳ εἰ ἐπιβοηθοῖεν, μέρος ἀντιπέμπειν αὐτοὺς τῆς στρατιᾶς, καὶ φθάνειν ἂν τοῖς σταυροῖς προκαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους· ἐκείνους δὲ ἂν, παυομένους τοῦ ἔργου, πάντας ἂν πρὸς σφᾶς τρέπεσθαι. ἐτείχιζον οὖν ἐξελθόντες, ἀπὸ τῆς σφετέρας πόλεως ἀρξάμενοι, κάτωθεν τοῦ κύκλου τῶν Ἀθηναίων, ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες, τάς τε ἐλαίας ἐκκόπτοντες τοῦ τεμένους, καὶ πύργους ξυλίνους καθιστάντες. αἱ δὲ νῆες τῶν Ἀθηναίων οὔπω ἐκ τῆς Θάψου περιεπεπλεύκεσαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα· ἀλλ' ἔτι οἱ Συρακούσιοι ἐκράτουν τῶν περὶ τὴν θάλασσαν· κατὰ γῆν δ' ἐκ τῆς Θάψου οἱ Ἀθηναῖοι τὰ ἐπιτήδεια ἐπήγοντο.

ρ'. 100. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς Συρακουσίοις ἀρκούντως ἐδόκει ἔχειν, ὅσα τε ἐσταυρώθη καὶ ᾠκοδομήθη τοῦ ὑποτειχίσματος, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς οὐκ ἦλθον κωλύσοντες, φοβούμενοι, μὴ σφίσι δίχα γιγνομένοις ῥᾷον μάχωνται, καὶ ἅμα τὴν καθ' αὑτοὺς περιτείχισιν ἐπειγόμενοι· οἱ μὲν Συρακούσιοι, φυλὴν μίαν καταλιπόντες φύλακα τοῦ οἰκοδομήματος, ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τούς τε ὀχετοὺς αὐτῶν, οἳ ἐς τὴν πόλιν ὑπονομηδὸν ποτοῦ ὕδατος ἠγμένοι ἦσαν, διέφθειραν, καὶ τηρήσαντες τούς τε ἄλλους Συρακουσίους, κατὰ σκηνὰς ἐν μεσημ-

Ἐλαίας] Quidam Mss. ἐλάας. Thomas Magister scribit, tam de fructu, quam de arbore, melius dici ἐλάα, quam ἐλαία, et hoc confirmat ex Aristophanis Ran. v. 1026. ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαῶν· quomodo rursum hunc locum laudat in ἔξω; e Thucyd. VII. 81. ἐλάας δὲ οὐκ ὀλίγας εἶχε; ac denique ex Aristide, ἐλαῶν εἵνεκα τῆς συλλογῆς· Sed in loco Thucydidis variant libri; et apud Aristophanem editur τῶν ἐλαιῶν. Aristides autem aperte de fructu loquitur. Et Eustathius in Homer. Iliad ν'. p. 949. et in Odyss. ή. p. 1542. tradit, non arborem, sed fructum, Atticis esse ἐλάαν, et deinde in Odyss. ψ'. ex Ælio Dionysio, Atticos fructum ipsum sine discrimine ἐλαίαν et ἐλάαν dicere. Suidas quoque, ἐλάα, ὁ καρπός· ἐλαία δὲ, τὸ δένδρον. Scholiastes Aristoph. Ran. 1019. Ἐλάα, ὁ καρπὸς τῆς ἐλαίας· sed addit, καταχρηστικῶς alterum pro altero poni. In his nihil est, quo sententia Thomæ confirmari possit, aut cur hic lectio Msstorum vulgatæ præferri debeat. Fructum ἐλάαν dici, plurimis testimoniis veterum ostendi potest; arborem, fortassis non multis. Duck.

Αὐτ. οὐκ ἦλθ. κωλ.] Trajectio est, pro, οὐκ ἦλθ. κωλ. αὐτ. more Nostri; ex quo neque αὐτοὺς omitti debeat, quod facit C. Dan. neque ordo refingi, ut in Arund. Apud poëtam si sit: ad αὐτοὺς intelligam ὡς, πρός· ut apud Hom. Il. 1. 139. ὅν κεν ἵκωμαι.

Μάχωνται] Obscurius quidem hic omiss. οἱ Συρακούσιοι.

Φύλακα] Epicœnum ergo est φύλαξ, ad φυλήν· ut Lat. *custos, dux*; pro φυλακίδα.

Τούς τε ὀχετοὺς—διέφθειραν] Suidas in ὑπονομηδὸν, ubi τοὺς ὀχετούς· et pro ποτοῦ ὕδατος, τοῦ ὕδατος· loco διέφθειραν, κατέστρεψαν. corrupte. Wass. Obscurior trajectio, pro: τοὺς ὀχ. τε αὐτῶν ποτοῦ ὕδ. οἳ ἦσαν ἠγμ. ὑπονομ. ἐς τ. πόλιν. Neque enim est, ut Genit. ποτοῦ ὕδατος pendeat ab ὑπονομηδὸν, in quo lateat sane Subst. (διὰ) ὑπονόμων. Elegans

βρίᾳ, καί τινας καὶ ἐς τὴν πόλιν ἀποκεχωρηκότας, καὶ τοὺς ἐν τῷ σταυρώματι ἀμελῶς φυλάσσοντας, τριακοσίους μὲν σφῶν αὐτῶν λογάδας, καὶ τῶν ψιλῶν τινὰς ἐκλεκτοὺς ὡπλισμένους προὔταξαν θεῖν δρόμῳ ἐξαπιναίως πρὸς τὸ ὑποτείχισμα· ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ δίχα, ἡ μὲν μετὰ τοῦ ἑτέρου στρατηγοῦ πρὸς τὴν πόλιν, εἰ ἐπιβοηθοῖεν, ἐχώρουν, ἡ δὲ, μετὰ τοῦ ἑτέρου, πρὸς τὸ σταύρωμα τὸ παρὰ τὴν πυλίδα. καὶ προσβαλόντες οἱ τριακόσιοι, αἱροῦσι τὸ σταύρωμα· καὶ οἱ φύλακες, αὐτὸ ἐκλιπόντες, κατέφυγον εἰς τὸ προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην. καὶ αὐτοῖς ξυνέπεσον οἱ διώκοντες· καὶ ἐντὸς γενόμενοι, βίᾳ ἐξεκρούσθησαν πάλιν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων. καὶ τῶν Ἀργείων τινὲς αὐτόθι, καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ πολλοὶ διεφθάρησαν. καὶ ἐπαναχωρήσασα ἡ πᾶσα στρατιὰ τήν τε ὑποτείχισιν καθεῖλον, καὶ τὸ σταύρωμα ἀνέσπασαν· καὶ διεφόρησαν τοὺς σταυροὺς παρ' ἑαυτοὺς, καὶ τροπαῖον ἔστησαν.

ρα'. 101. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπὸ τοῦ κύκλου ἐτείχιζον οἱ Ἀθηναῖοι τὸν κρημνὸν τὸν ὑπὲρ τοῦ ἕλους ὃς τῶν Ἐπιπολῶν ταύτῃ πρὸς τὸν μέγαν λιμένα ὁρᾷ, καὶ ἧπερ αὐτοῖς βραχύτατον ἐγίγνετο καταβᾶσι διὰ τοῦ ὁμαλοῦ καὶ τοῦ ἕλους ἐς τὸν λιμένα τὸ περιτείχισμα. καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐν τούτῳ ἐξελθόντες καὶ αὐτοὶ, ἀπεσταύρουν αὖθις, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς

vero vocab. ὑπονόμος, *subterranea*, descriptio. ποτοῦ, ad ὕδατος, potest esse Adject. aquæ *potulentæ*, ad potum aptæ.

Φυλάσσοντας] Scil. αὐτό· vel pro, φυλακὴν ποιουμένους.

Προὔταξαν] Confert Abr. προτάξαντες Ἀστόμαχον, ex L. 3. C. 52. nec, verti, probat, ab Intt. ac si sit προσέταξαν. Quid ergo aliud hic sit, ubi addatur, θεῖν δρόμῳ; Sign. *a fronte* collocarunt, θεῖν δρ. scil. ὥστε. Nam *præficere* certe hic significare non potest.

Ἡ δὲ ἄλλη στρ. —— ἐχώρουν] Pro ἐχώρει· per Synesin Nom. Collectivi. Ita mox c. extr. ἡ πᾶσα στρατιὰ—καθεῖλον.

Ἀνέσπασαν] Suidas: ἀνασπᾷ, ἀντὶ τοῦ καταλύει, ἢ ἀναιρεῖ. Θουκυδίδης. Ἀνασπᾷν, quod pro ἀντλεῖν ὕδωρ Idem adfert e Pherecrate: non simpliciter ἀνασπᾷν, sed ὕδωρ ἀνασπᾷν dicit Thucydides IV. 97. et Pherecrates itidem cum accusativo nominis, κάδους ἀνασπῶν. Rursus Suidas: ἀνέσπακε. Θουκυδίδης· ἀνεύρηκεν, εἴληφεν. Quærendum est, ubi Thucydides hac significatione utatur verbo ἀνασπᾷν. Mihi non in promtu est locus. Duck.

Διεφόρ.] i. e. μετέφερον, *transtulere*, *herüber*. Ita Lat. *permittere* sæpius pro *transm.* et *per pontem*, *flumen*, *viam*, pro *trans*. Unde et de *tempore* διὰ pro μετὰ, ut διὰ χρόνου, δι' ὀλίγου, δι' ἐτῶν δεκατεσσάρων, Gal. 2. 1.

Ἐπιπ. ταύτῃ] Int. χώρᾳ, μερίδι· vel Genit. pro κατὰ τὰς Ἐπιπολάς.

Καὶ ἧπερ] Redundare videtur καί· neque enim *nova* designatio loci, ut *caussa*, affertur, cur ibi potissimum munierint, quasi *et borealis* plaga momentum fecerit; sed hæc ipsa nimirum erat, ubi illis esset βραχύτατον· ut καὶ aut redundet, aut sit pro δὴ, *nempe*, *quippe*.

Διὰ τοῦ ὁμ. κ. τ. ἕλ.] Ad ἕλους, διὰ pro *præter* accipit (Abr. et ex eo) *Gottl.* Sane et Latinis *per* ita adhibetur; ut, *per murum ducere fossam*, *per montem*, *per fluvium*, *pertinere*, *per fines regionis porrigi* (*längsthin*). Sed nimirum hic ad καταβᾶσι retuleris illa, διὰ τοῦ ὁμ. καὶ διὰ τ. ἕλ. et utrumque διὰ est pro κατὰ, *die Ebne und den Morast herunter*. Sed, quod, tam celeriter perfici potuisse per paludem, negat Abr. id nihil obstiterit, cum et Syracusani statim muniisse memorentur

πόλεως, διὰ μέσου τοῦ ἕλους· καὶ τάφρον ἅμα παρώρυσσον, ὅπως μὴ οἷόν τε ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις μέχρι τῆς θαλάσσης ἀποτειχίσαι. οἱ δ', ἐπειδὴ τὸ πρὸς τὸν κρημνὸν αὐτοῖς ἐξείργαστο, ἐπιχειροῦσιν αὖθις τῷ τῶν Συρακουσίων σταυρώματι καὶ τάφρῳ, τὰς μὲν ναῦς κελεύσαντες περιπλεῦσαι ἐκ τῆς Θάψου ἐς τὸν μέγαν λιμένα τὸν τῶν Συρακουσίων· αὐτοὶ δὲ περὶ ὄρθρον καταβάντες ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν ἐς τὸ ὁμαλὸν, καὶ διὰ τοῦ ἕλους, ᾗ πηλῶδες ἦν καὶ στεριφώτατον, καὶ θύρας καὶ ξύλα πλατέα ἐπιθέντες, καὶ ἐπ' αὐτῶν διαβαδίσαντες, αἱροῦσιν ἅμα ἕῳ τό τε σταύρωμα, πλὴν ὀλίγου, καὶ τὴν τάφρον, καὶ τὸ ὑπολειφθὲν εἷλον· καὶ μάχη ἐγένετο, καὶ ἐν αὐτῇ ἐνίκων οἱ Ἀθηναῖοι· καὶ τῶν Συρακουσίων οἱ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἔχοντες, πρὸς τὴν πόλιν ἔφυγον, οἱ δ' ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, παρὰ τὸν ποταμόν· καὶ αὐτοὺς βουλόμενοι ἀποκλείσασθαι τῆς διαβάσεως οἱ τῶν Ἀθηναίων τριακόσιοι λογάδες, δρόμῳ ἠπείγοντο πρὸς τὴν γέφυραν. δείσαντες δὲ οἱ Συρακούσιοι (ἦσαν γὰρ καὶ τῶν ἱππέων αὐτοῖς οἱ πολλοὶ ἐνταῦθα,) ὁμόσε χωροῦσι τοῖς τριακοσίοις τούτοις, καὶ τρέπουσί τε αὐτοὺς, καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων. καὶ, προσπεσόντων αὐτῶν, ξυνεφοβήθη καὶ ἡ πρώτη φυλακὴ τοῦ κέρως. ἰδὼν δὲ ὁ Λάμαχος, παρεβοήθει ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου τοῦ ἑαυτῶν, μετὰ τοξοτῶν τε οὐ πολλῶν, καὶ τοὺς Ἀργείους παραλαβών· καὶ ἐπιδιαβὰς τάφρον τινὰ, καὶ μονωθεὶς μετ' ὀλίγων τῶν ξυνδιαβάντων, ἀποθνήσκει αὐτός τε καὶ πέντε ἢ ἓξ τῶν μετ' αὐτοῦ.

διὰ μέσου τοῦ ἕλους, per *mediam* paludem; cujus et στεριφώτατον paullo post memoretur.

Μέγ. λιμ.] Mosq. μέγα λιμένα· forte pro uno vocab. Μεγαλιμένα, qs. Nomen propr. portus, ut Megapolis, alia.

Κ. μάχη ἐγ. κ. ἐν, rel.] Haud sane ex more suo, τὸ καὶ sæpius repetit hic Thuc. pro altero certe, καὶ ἐν αὐτῇ, poterat, ἐν ᾗ, aut omisisse ἐν αὐτῇ· Quod, fortasse sit, ut pro glossemate habeas.

Ἡ πρώτη φυλακὴ τοῦ κέρως] Velim doceri, quænam in pugna sit πρώτη φυλακὴ cornuum. Interim suspicari licebit, fortassis legendum esse φυλή. Vide ad Cap. 98. Φυλακὴν pro φυλὴν habet etiam Cod. Gr. Cap. 130. Valla et Portus hic vertunt *cohortem*, ut supra φυλήν. DUCK.

Φυλακὴ] Si vera lectio, sign. *Borposten*, *Bortrab*; qui plerumque explorare et observare soleat.

Τοῦ ἑαυτῶν] Debebat, et sign. τοῦ τῶν ἑαυτοῦ· Quo enim retuleris ἑαυτῶν, ubi Lamachus memoretur, non Athenienses?

Μονωθεὶς] Diodorus p. 334. d. mortem ejus contigisse post Gylippi adventum, memorat: et sic etiam Justinus: *Duobus prœliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho,* etc. Nostrum sequitur et illustrat Plutarchus Nic. p. 534. ἀπομονωθεὶς ὁ Λάμαχος, ὑπέστη τῶν Συρακουσίων τοὺς ἱππεῖς ἐπιφερομένους. ἦν δὲ πρῶτος αὐτῶν Καλλικράτης, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ θυμοειδής· πρὸς τοῦτον ἐκ προκλήσεως καταστὰς ὁ Λάμαχος ἐμονομάχησε, καὶ λαβὼν πληγὴν πρότερος, εἶτα δοὺς, καὶ πεσὼν, ὁμοῦ συναπέθανε τῷ Καλλικράτει. De homine et moribus ejus adi Aristoph. Acharn. II. 6. IV. 3. V. 2. WASS.

καὶ τούτους μὲν οἱ Συρακούσιοι εὐθὺς κατὰ τάχος φθάνουσιν ἁρπάσαντες πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸ ἀσφαλές· αὐτοὶ δὲ, ἐπιόντος ἤδη καὶ τοῦ ἄλλου στρατεύματος τῶν Ἀθηναίων, ἀπεχώρουν.

ρβʹ. 102. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν τοπρῶτον καταφυγόντες, ὡς ἑώρων ταῦτα γιγνόμενα, αὐτοί τε πάλιν ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀναθαρσήσαντες, ἀντετάξαντο πρὸς τοὺς κατὰ σφᾶς Ἀθηναίους, καὶ μέρος τι αὐτῶν πέμπουσιν ἐπὶ τὸν κύκλον τὸν ἐπὶ ταῖς Ἐπιπολαῖς, ἡγούμενοι ἔρημον αἱρήσειν. καὶ τὸ μὲν δεκάπλεθρον προτείχισμα αὐτῶν αἱροῦσι, καὶ διεπόρθησαν, αὐτὸν δὲ τὸν κύκλον, Νικίας διεκώλυσεν· ἔτυχε γὰρ ἐν αὐτῷ δι' ἀσθένειαν ὑπολελειμμένος. τὰς γὰρ μηχανὰς, καὶ ξύλα, ὅσα πρὸ τοῦ τείχους ἦν καταβεβλημένα, ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν, ὡς ἔγνω ἀδυνάτους αὐτοὺς ἐσομένους, ἐρημίᾳ ἀνδρῶν, ἄλλῳ τρόπῳ περιγενέσθαι. καὶ ξυνέβη οὕτως. οὐ γὰρ ἔτι προσῆλθον οἱ Συρακούσιοι, διὰ τὸ πῦρ, ἀλλὰ ἀπεχώρουν πάλιν. καὶ γὰρ πρός τε τὸν κύκλον βοήθεια ἤδη κάτωθεν τῶν Ἀθηναίων, ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ, ἐπανῄει, καὶ αἱ νῆες ἅμα αὐτῶν ἐκ τῆς Θάψου, ὥσπερ εἴρητο, κατέπλεον ἐς τὸν μέγαν λιμένα. ἃ ὁρῶντες οἱ ἄνωθεν, κατὰ τάχος ἀπῄεσαν, καὶ ἡ ξύμπασα στρατιὰ τῶν Συρακουσίων ἐς τὴν πόλιν, νομίσαντες μὴ ἂν ἔτι ἀπὸ τῆς παρούσης σφίσι δυνάμεως ἱκανοὶ γενέσθαι κωλῦσαι τὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν τειχισμόν.

ργʹ. 103. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖον ἔστησαν,

Τούτ. μὲν] *Corpora* nimirum Lamachi et sex reliquorum, qui ibi cecidissent; ὑποσπόνδους deinde scil. reddituri; id quod et fecisse tradantur C. 103. init.

Πάλιν ἀπὸ τῆς πόλεως] Hæc absunt a Gr. ἀπὸ τῆς πόλεως sine sententiæ detrimento abesse possunt. Wass.

Δεκάπλεθρον] Ad Hudsoni adnotationem de mensura plethri in Var. Lect. add. Perizonium ad Ælian. III. Var. Hist. 1. Duck.

Αὐτ. δὲ τ. κύκλ.] Scil. αἱρεθῆναι· Unde et comma posui post κύκλον.

Τὰς γὰρ μηχανὰς] Idem plane tradit Plutarchus in Nicia. Huds.

Αὐτοὺς ἐσομ.] Aut omittitur recte αὐτοὺς, aut leg. αὑτοὺς, *se, cum suis.* Neque enim ad ὑπηρέτας retuleris, qui milites non essent. Port. quoque vertit, *se.*

Ἀποδιωξάντων] Gr. Cl. ἀποδιωξόντων. prave. Wass.

Ὥσπ. εἴρητο] Εἴρηται Msq. Et Port. vertit, *ut prædictum est.* εἴρητο sit *præceptum, imperatum*, constitutum fuerat.

Ἡ ξύμπ. στρατ.] Ἀπανῄει, (ἐπανῄει,) vel ἐπανῄεσαν, quia sequ. νομίσαντες, per Synesin. Obs. et collocationem ἡ ξύμπ. στρατιὰ, pro, ξύμπ. ἡ στρ. vel, ἡ στρ. ξύμπ. quod tamen magis etiam soleat in simplici πᾶς, ut non, ὁ πᾶς λαὸς, dicatur, verum, π. ὁ. λ. ut Gallis, *toute l' Armée*, non, *la toute arm.* Sed tamen et Itali interdum, *la terra tutta.*

Ἀπὸ τ. παρ. σφ. δυν.] Ἀπὸ hic sit pro μετὰ, qs. *egressi* ab illis viribus, ὁρμηθέντες· vel pro, διὰ τὴν παροῦσαν σφ. δύναμιν, qs. pro ἐκ, *propter*, aut pro κατὰ, ut Lat. *a pecunia, a literis paratus.* Sed et Græci, ἀπὸ χειρὸς μάχεσθαι, παίειν, pro χειρί.

καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Συρακουσίοις· καὶ τοὺς μετὰ Λαμάχου, καὶ αὐτὸν, ἐκομίσαντο. καὶ παρόντος ἤδη σφίσι παντὸς τοῦ στρατεύματος, καὶ τοῦ ναυτικοῦ καὶ τοῦ πεζοῦ, ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν καὶ τοῦ κρημνώδους ἀρξάμενοι, ἀπετείχιζον μέχρι τῆς θαλάσσης τείχει διπλῷ τοὺς Συρακουσίους. τὰ δ' ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ ἐσήγετο ἐκ τῆς Ἰταλίας πανταχόθεν. ἦλθον δὲ καὶ τῶν Σικελῶν πολλοὶ ξύμμαχοι τοῖς Ἀθηναίοις, οἳ πρότερον περιεωρῶντο, καὶ ἐκ τῆς Τυρσηνίας νῆες πεντηκόντοροι τρεῖς. καὶ τἄλλα προὐχώρει αὐτοῖς ἐς ἐλπίδας· καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι πολέμῳ μὲν οὐκέτι ἐνόμιζον ἂν περιγενέσθαι, ὡς αὐτοῖς οὐδὲ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὠφέλεια οὐδεμία ἧκε. τοὺς δὲ λόγους ἔν τε σφίσιν αὐτοῖς ἐποιοῦντο ξυμβατικοὺς, καὶ πρὸς τὸν Νικίαν· οὗτος γὰρ δὴ μόνος εἶχε, Λαμάχου τεθνεῶτος, τὴν ἀρχήν. καὶ κύρωσις μὲν οὐδεμία ἐγίγνετο· οἷα δὲ εἰκὸς ἀνθρώπων ἀπορούντων, καὶ μᾶλλον, ἢ [πρὶν] πολιορκουμένων, πολλὰ ἐλέγετο πρός τε ἐκεῖνον, καὶ πλείω ἔτι κατὰ τὴν πόλιν. καὶ γάρ τινα καὶ ὑποψίαν, ὑπὸ τῶν παρόντων κακῶν, ἐς ἀλλήλους εἶχον· καὶ τοὺς στρατηγούς τε, ἐφ' ὧν αὐτοῖς ταῦτα ξυνέβη, ἔπαυσαν, ὡς ἢ δυστυχίᾳ, ἢ προδοσίᾳ, τῇ ἐκείνων βλαπτόμενοι, καὶ ἄλλους ἀνθείλοντο, Ἡρακλείδην καὶ Εὐκλέα καὶ Τελλίαν.

Αὐτὸν ἐκομ.] In Libb. quibusd. αὐτοί· si e c. 101. adsciscas ἀποθανόντες, subsistere possit αὐτοί. *Gottl.* (ex Abr.) Hoc quid sibi velit, nescio. Num enim (οἱ) ἀποθανόντες, *mortui*, ἐκομίσαντο, *abstulere*, semet et Lamachum?

Οἳ πρότερον περιεωρῶντο] *Qui antea circumspectabant*, videlicet, tanquam eventum exspectantes. Vel, tanquam incerti, utris se adjungerent. q. d. *circumspectantes cunctabantur.* STEPH. Scholiastes hic rursum male exponit κατεφρόνουν, ut supra Cap. 93. Add. IV. 73. DUCK.

Περιεωρ.] Propter Mediam Formam accesserim Porto, vertenti, *circumspectabant*, (*speculati essent*, malim ;) *exitum* scil. Nec pejus tamen ideo verteris, *neglexissent*, insuper habuissent ; quo sensu frequentius sane occurrat ; alteri illi inseruit περιβλέπειν, κατασκοπεῖν.

Ἐς ἐλπίδας] i. e. τὰ κατ' ἐλπίδας· ut κατὰ γνώμην, κατὰ νοῦν. *Gottl.* (ex Abr.) Quid sibi velit additum τὰ, non video : τὰ κατ' ἐλπίδας sint ἐλπιζόμενα, *quæ sperassent* ; at sic non loquuntur Græci; neque κατὰ γνώμην illi contuleris, ubi non sit τά. ἐς ἐλπίδας hic est, ut (porro) quidquam prosperi aut recte *sperarent* : ὥστε ἐλπίζειν, unde spes ostenderetur, melius successurum.

Λόγ. ἐπ. rel.] Dilogiam quodammodo habet hic τὸ λόγους ἐποιοῦντο· ad ἐν σφ. αὐτοῖς, sign. *in medium protulere*, tractaverunt, de iis consultarunt ; ad *Niciam*, sign. *attulerunt* ad illum, ei obtulere, proposuere. *Mentionem* tamen *injicere, conditiones* ferre, *jactare*, utrique parti satis congruerit.

Μᾶλλ. ἢ (πρὶν) πολ.] Si abesse debeat πρίν· sensus fuerit : qui *magis quam* obsiderentur, i. e. non obsiderentur modo, sed jam ad extremum redacti premerentur, plus laborarent, quam obsessi solent. Vix est, ut satis Græce ita dicatur. Cur tamen dixit, si verum est πρὶν, *magis*, quam antea ? Nempe post rem infeliciter gestam, et munitiones Atheniensium arctius circumdatas ; simul et ob auxiliorum spem destitutam. Quare non placet Port. vertens, qs. gnomice, *premuntur* ; debebat, *premerentur*, noëmatice.

Κατὰ τ. πόλιν] Τὴν om. Msqu. male ; sit enim, *per urbes* ; at hic de *una* sermo.

Ἔπαυσ.] Scil. τῆς ἀρχῆς.

ρδʹ. 104. Ἐν δὲ τούτῳ Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Κορίνθου νῆες περὶ Λευκάδα ἤδη ἦσαν, βουλόμενοι ἐς τὴν Σικελίαν διὰ τάχους βοηθῆσαι. καὶ, ὡς αὐτοῖς αἱ ἀγγελίαι ἐφοίτων δειναὶ, καὶ πᾶσαι ἐπιτοαυτὸ ἐψευσμέναι, ὡς ἤδη παντελῶς ἀποτετειχισμέναι αἱ Συράκουσαί εἰσι, τῆς μὲν Σικελίας οὐκέτι ἐλπίδα οὐδεμίαν εἶχεν ὁ Γύλιππος· τὴν δὲ Ἰταλίαν βουλόμενος περιποιῆσαι, αὐτὸς μὲν καὶ Πυθὴν ὁ Κορίνθιος ναυσὶ, δυοῖν μὲν Λακωνικαῖν, δυοῖν δὲ Κορινθίαιν, ὅτιτάχιστα ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰόνιον ἐς Τάραντα· οἱ δὲ Κορίνθιοι, πρὸς ταῖς σφετέραις δέκα Λευκαδίας δύο καὶ Ἀμπρακιώτιδας τρεῖς προσπληρώσαντες, ὕστερον ἔμελλον πλεύσεσθαι. καὶ ὁ μὲν Γύλιππος, ἐκ τοῦ Τάραντος ἐς τὴν Θουρίαν πρῶτον πρεσβευσάμενος, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ποτὲ πολιτείαν, καὶ οὐ δυνάμενος αὐτοὺς προσαγαγέσθαι, ἄρας, παρέπλει τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἀναρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον, (ὃς ἐκπνεῖ ταύτῃ μέγας, κατὰ Βορέαν ἑστηκὼς,) ἀποφέρεται ἐς τὸ πέλαγος, καὶ πάλιν χειμασθεὶς ἐς ταμάλιστα, τῷ Τάραντι προσμίσγει· καὶ τὰς ναῦς, ὅσαι ἐπονήσαν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, ἀνελκύσας ἐπεσκεύαζεν. ὁ δὲ Νικίας, πυθόμενος αὐτὸν πλέοντα, ὑπερεῖδε τὸ πλῆθος τῶν νεῶν· (ὅπερ καὶ οἱ

Κ. π. ἐπὶ τ. ἐψ.] Arguta sane brevitas, et quasi cum Oxymoro: *congrui* nuntii, *et* tamen *falsi, ficti*, vani, et tamen *congruentes*; quæ simul esse duo non soleant.

Γύλιππος] Vide Maxim. Tyrium pag. 138. Polyæn. 1. 42. Plutarch, in Vitis pag. 164. et 541. Wass.

Πυθὴν] Diodorus male Πυθής. Wass. In Diodoro XIII. pag. 337. Ed. Rhodom. est Πύθης. pag. 334. Πύθην. Duck.

Προσπληρώσ.] Etsi constat hic vis sua τῷ πρὸς, *simul, insuper, præterea*: Pleonasmum tamen habet, quia jam præc. πρὸς ταῖς σφετέραις· tametsi et nos: *auker, über ihre Schiffe noch darzu.*

Κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ποτὲ πολιτείαν] Cleandridas is fuit: qui in expeditione contra Athenienses Plistoanacti adolescenti adjunctus, et pecuniæ ab Pericle ob reditum acceptæ postea insimulatus damnatusque, Thuriæ profugus egit vitam. Acacius. E Plutarcho in Vita Periclis pag. 299. et Niciæ in fin. ac Diodoro Siculo XIII. pag. 389. supra Cap. 93. Duck.

Προσαγαγ.] Cur hic Medio utitur, ad *se* traducere cupiens? Immo ad *suos*, ad Lacedæmonios. Sit tamen hic Medio locus; at supra, τὴν Ἰταλίαν περιποιῆσαι· quod aut falso, aut obscurius certe, Schol. expl. σῶσαι. Sign. enim *retinere, behaupten, behalten: suis* nimirum. Lacedæmoniis, sociam et fidam. Promiscue ergo usum, appareat, Media Forma et Activa. καὶ ante οὐ δυνάμ. est pro ἀλλὰ, vel δὲ, ὅμως δέ.

Ὃς ἐκπνεῖ] Cum ad *ventum* manifesto ὃς referatur: serius posita Parenthesis, poni debebat post ὑπ' ἀνέμου, non post κόλπον.

Ἑστηκὼς] *Motus, excitatus*, vertit, ac, sic Geographiæ consuli, dicit Abr. et ex eo Gottl. At Geographiæ nil interest, quid sit ἑστηκὼς, verum, quid sit κατὰ τὸν Βορέαν· quod pro κατὰ τοῦ Βορέου, dictum, vult Schol. male haud dubie, non ob situm modo, per quem ab Italia in pelagus non expelleret diversus Boreæ ventus; sed ipsi magis Italiæ admoveret a Sicilia venientes; verum etiam ob absurditatem nominandi venti non ipsius directe, sed ab eo, cui diversus spiret. Sed nimirum *Boreæ regionem* hic signat Boreas, plagam, non ventum: ut ἑστηκὼς sit, qui *est, positus*, constitutus est, surgit a Septentrione.

Θούριοι ἔπαθον·) καὶ, ληστικώτερον, ἔδοξε παρεσκευασμένους πλεῖν, καὶ οὐδεμίαν φυλακήν πω ἐποιεῖτο.

ρέ. 105. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτου τοῦ θέρους καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐς τὸ Ἄργος ἐσέβαλον, αὐτοί τε καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ τῆς γῆς τὴν πολλὴν ἐδῄωσαν. καὶ Ἀθηναῖοι Ἀργείοις τριάκοντα ναυσὶν ἐβοήθησαν· αἵπερ τὰς σπονδὰς φανερώτατα πρὸς Λακεδαιμονίους αὐτοῖς ἔλυσαν. πρότερον μὲν γὰρ, λῃστείαις ἐκ Πύλου, καὶ περὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μᾶλλον, ἢ ἐς τὴν Λακωνικὴν, ἀποβαίνοντες, μετά τε Ἀργείων καὶ Μαντινέων ἐπολέμουν· καὶ πολλάκις, Ἀργείων κελευόντων, ὅσον σχόντας μόνον ξὺν ὅπλοις ἐς τὴν Λακωνικὴν, καὶ τὸ ἐλάχιστον μετὰ σφῶν δῃώσαντας ἀπελθεῖν, οὐκ ἤθελον· τότε δὲ, Πυθοδώρου καὶ Λαισποδίου καὶ Δημαράτου ἀρχόντων, ἀποβάντες ἐς Ἐπίδαυρον, τὴν Λιμηρὰν καὶ Πρασιὰν, καὶ ὅσα ἄλλα, ἐδῄωσαν τῆς γῆς, καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤδη εὐπροφάσιστον μᾶλλον τὴν αἰτίαν ἐς τοὺς Ἀθηναίους τοῦ ἀμύνεσθαι ἐποίησαν. ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκ τοῦ Ἄργους ταῖς ναυσὶ, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων, οἱ Ἀργεῖοι, ἐσβαλόντες ἐς τὴν Φλιασίαν, τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον, καὶ ἀπέκτειναν τινὰς, καὶ ἀπῆλθον ἐπ᾽ οἴκου.

Ἔδοξε] Non verteret Port. *videbantur*; sequ. enim Accus. παρεσκευασμένους, non παρεσκευασμένοι· at vero debebat tunc, ἔδοξαν· Verte, *putavit*, credidit, nempe Nicias, ad quem et alterum verbum referatur Active, καὶ — ἐποιεῖτο. Ubi καὶ est pro οὖν, ὅθεν, διὸ, *quare*. 1 Cor. 4. 9. δοκῶ γὰρ, ὅτι, rel. *puto*; sane pro, ἐμοὶ δοκεῖ, structura alia tamen. Ita et εὐδοκεῖν, 1 Cor. 1. 21. ηὐδόκησεν ὁ θεὸς, ut Gal. 1. 15. et εὐδόκησαν, Rom. 15. 26.

Ἐπολέμ.] Et hoc, et ἤθελον infra, sunt pro Plusqpf. ob πρότερον.

Ὅσον σχόντ.] Τοσοῦτον ante ὅσον intell. Abr. Sed ποιεῖν quoque intellige: τοσοῦτον ποιεῖν, ὅσον σχόντας, rel. quod Liv. dicat: *nil aliud, quam — exscendere ac devastare*; i. e. nil aliud *facere*, quam ut exscenderent: *tantum* modo facere, (quantum esset, *als es betrüge*,) ut exscenderent. Ita Græci subinde: ὅσον ἄκροις τοῖς χείλεσιν ἅψασθαι, *tantum, ut* extremo labio tangeret; ὅσον ἀποζῆν, Noster L. I. init. tantum, quantum (ἔδει πρὸς τὸ) opus esset ad vitam tolerandam; ὅσον τῶν ὁρίων μὴ ἅπτεσθαι, *hactenus*, ea lege, ut ne fines attingerent, rel.

Λαισποδίου] Ad hunc, ut puto, alludit Aristophanes, p. 612. Edit. Calder. Avib. v. 1568. quum dicit: Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν. Vide Palmerium ad Gr. Auct. p. 758. et Vossium ad Catullum p. 235. Huds. Est de eodem in Thucyd. Lib. VIII. Cap. 86. Λαισποδίου Interpretes hic perperam reddunt Læspodio, pro Læspodia, ut recte VIII. 86. Duck.

Κ. ὅσα ἄλλα] Sc. ἐδῄωσαν, ex verbo, quod sequ. bis intelligendum; aut simpliciter, ἦν, *was etwan sonst noch war*. Ita Græci, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα μυρία, i. e. κ. ἄλλα, ὅσα, ἅτινά ἐστι μυρ.

Εὐπροφ. — — ἐποίησαν] Obs. hic 1) εὐπροφάσιστον αἰτίαν· pleonastice, cum idem sit πρόφασις, quod αἰτία. Quippe et pro *vera* caussa πρόφασιν adhibet Noster, ut 1. 23. extr. ἀληθεστάτην πρόφασιν· et antea, αἰτίαι, dixerat. Hic tamen verteris, *caussam* (satis) *commode prætexendam*; 2) transposite interpretandum: αἰτίαν ἐς τοὺς Ἀθην. τοῦ ἀμύνεσθαι, pro, αἰτ. τοῦ ἀμύνεσθαι ἐς (πρὸς) τ. Ἀθ. defendendi sese adversus Athenienses; 3) τοὺς Ἀθηναίους positum pro ἑαυτούς· *Ipsi* enim Athenienses, non *alii*, materiam præbebant belli adversus *se*, semet ipsos, eosdem, qui præbuissent, suscipiendi.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

EPITOME LIBRI VII.

Gylippus Lacedæmonius, Syracusas cum copiis veniens, primò prœlio ab Atheniensibus fusus, altero victor eos intra munimenta compulit. Cap. VI. Hinc utrique, Peloponnesii et Athenienses auxilia suis in Siciliam mittere parant: et Peloponnesii, Atticam ingressi, Deceleam in ea castellum communiunt. XVII. XIX. Syracusani terra marique Athenienses simul adorti, Plemmyrii munitiones expugnant, ad ostium magni portus naves eorum primo vincunt, mox ab iisdem superantur. XXV. Mycalessiorum in Bœotia urbs Thracum impetu deletur. XXX. Corinthii cum Atheniensibus ad Erineum navali certamine ambigua victoria dimicarunt. XXXIV. Athenienses mari a Syracusanis vincuntur. XLI. Demosthenes Atheniensis dux, cum prævalidis terrestribus maritimisque copiis veniens, Epipolas noctu aggressus magna strage a Syracusanis funditur. XLIV. Nec multo post a Nicia prohibiti Syracusis abscedere Athenienses, denuo navali acie superantur. LII. Qua de caussa ipsi ad supremum se certamen accingunt, *obiter utriusque gentis auxiliares recensentur:* et cum totis dimicatum viribus esset, maxima clade profligati, terra discedere statuerunt. LXX. LXXIII. Syracusanis autem demorantibus iter, per aliquot dies misere confecti, tandem Demosthenes cum suis militibus se Syracusanis dedidit: LXXXII. ac paulo post Nicias quoque cum suis captus est. LXXXV. Dux uterque necatus, milites, pars venditi, pars in latomias conjecti: omnesque sic in Sicilia Atheniensium copiæ occidione deletæ.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

Ο ΔΕ Γύλιππος καὶ ὁ Πυθὴν, ἐκ τοῦ Τάραντος, ἐπεὶ ἐπεσκεύασαν τὰς ναῦς, παρέπλευσαν ἐς Λοκροὺς τοὺς Ἐπιζεφυρίους· καὶ, πυνθανόμενοι σαφέστερον ἤδη, ὅτι οὐ παντελῶς πω ἀποτετειχισμέναι αἱ Συράκουσαί εἰσιν, ἀλλ' ἔτι οἷόν τε, κατὰ τὰς Ἐπιπολὰς στρατιᾷ ἀφικομένους ἐσελθεῖν, ἐβουλεύοντο, εἴτ', ἐν δεξιᾷ λαβόντες τὴν Σικελίαν, διακινδυνεύσωσιν ἐσπλεῦσαι, εἴτ', ἐν ἀριστερᾷ ἐς Ἱμέραν πρῶτον πλεύσαντες, καὶ αὐτούς τε ἐκείνους καὶ στρατιὰν ἄλλην προσλαβόντες, οὓς ἂν πείθωσι, κατὰ γῆν ἔλθωσι. καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Ἱμέρας πλεῖν, ἄλλως τε, καὶ τῶν Ἀττικῶν τεσσάρων νεῶν οὔπω παρουσῶν τῷ Ῥηγίῳ, ἃς ὁ Νικίας ὅμως, πυνθανόμενος αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι, ἀπέστειλε. φθάσαντες δὲ τὴν φυλακὴν ταύτην, περαιοῦνται διὰ τοῦ πορθμοῦ· καὶ σχόντες Ῥηγίῳ καὶ

Τάραντος] Τάρας et fem. genere apud Dion. Perieg. 376. Notavit Eustath. Ejus originem tradit Pausan. X. p. 628. Justin. III. 4. Lucan. V. 375. "quas avius Hydrus, Antiquusque *Taras*" etc. Ms. *Devius.* et *Tarax.* vid. Herodot. VII. 170. Euseb. Chron. MCCCIX. Wass.

Ἀνδράποδα Ὑκκαρικὰ] Supra VI. 62. Male quidam Mss. Καρικά. Holstenius ad Stephan. in Εὐκαρπία et Ὕκκαρον emendat aliquot loca aliorum Scriptorum eodem vitio inquinata, et hic apud Scholiasten pro πόλεων recte corrigit πόλεως, quemadmodum et Cass. habet; quod recipiendum putavi. Porti conjectura πολίσματος Σικανικοῦ nimis longe abit a scriptura librorum. Duck.

Αντεμβιβ. ὑπ. σφ.] Pleonasmus est, haud insolitus ille tamen, in præpp. ἀντὶ et ὑπὲρ, idem notantibus, *pro*, *vice*.

Τ. ἀκρίβ.] Ad *numerum* plerumque refertur τὸ ἀκριβές· qui quamquam ex mancipiis quoque vicariis conficiebatur; *eorum* tamen numerus, qui *debebant* esse, deficiebat; et desertoribus computatis, (de quibus tamen sermo non sit inde a verbis, εἰσὶ δ', οἳ, quo referatur ἀφῄρηνται) itidem minuebatur numerus; verterim ergo: efficiunt, ut non constet *justus numerus* navalium sociorum, quales habere debeamus et velimus.

Ἐπισταμένοις δ' ὑμῖν γράφω] Valla in suo exemplari additam habuit negationem: nam vertit: *non intelligentibus autem scribo*. Adnotat ibi Stephanus, ab omnibus Græcis exemplaribus sibi visis abesse negationem. Consentiunt cum iis omnes alii, tam scripti, quam editi, libri; et ita dictum est, ut supra sæpe, ἐν εἰδόσι, et πρὸς εἰδότας λέγειν. Duck.

Βραχ. ἀκμὴ] *Gnomice* et omnino (universe) dictum interpretatur Port. et Schol. et de *temporis* brevitate. Nec tamen video, quid ad caussam illud propositam faciat, aut, quî omnino teneri possit, quin exemplo redarguatur ipsorum Atheniensium, Corinthiorum, et hodie Anglorum, aliorumque populorum, quibus floruerit res navalis, aut nunc vigeat. Quin ipse Thuc. aut Nicias non de *brevitate* conqueritur, sed nimirum de *paucitate*; ὀλίγοι εἰσὶν, inquit, τῶν ναυτῶν, rel. Et vero *paucitatem* quoque notat βραχὺ ac *tenuitatem*; ut βραχὺ μόριον, *exigua* pars, κατὰ βραχὺ, *paullatim*; (τὰ) βράχη, *brevia*, ubi mare non sit altum, *multum* suffecturum; et *breve pondus* Horatio, Serm. 2. 2. 37. Equidem sic intellexerim: vosmet scitis, tenue sane et *exiguum* numero (nobis) esse robur rei navalis vel sociorum; non adeo multis non sat idoneis uti aut abundare. Ita ad Athenienses relatum solos ac proprie, proxime certe, νοηματικῶς et *finite* dictum interpreter. Quod si quis de re *universa* tamen ac de *genere toto* et conditione ac caussa omnis rei navalis accipere voluerit; me quidem haud obnitente: ὅτι is retulerit ad ἐπισταμένοις, et ad γράφω intellexerit ταῦτα, hoc sensu: quæ nunc scribo de statu rerum nostrarum, vobis scribo ut gnaris omnino, quæ sit conditio omnis rei nauticæ, quanta paucitas ac difficultas nautarum ad omnia utilium; ne sententiam pro rebus gestis perscripserit Nicias. Sin *proprie* mecum de Atheniensibus: ad γράφω, referetur ὅτι· Scribo vobis, quod cognitum ipsi jam habetis, esse nobis exiguam sane copiam nautici roboris. De *temporis* quidem brevitate et non diuturno vigore rei navalis ut hic intelligam, vix adducor; ita alienum a caussa et absonum, quin per se falsum plane videtur.

Ἐξορμῶντές τε ναῦν] Pollux I. 123. inter ea, quæ ad rem nauticam pertinent, recenset ἐξορμᾶν τὴν ναῦν· quod, probabile est, hinc descriptum esse. Omnes hic vertunt, *agere navem*. Fortassis est, navem e statione, vel portu, *in altum deducere*. Συνέχειν τὴν εἰρεσίαν Vallæ est, *navem moderari*; Acacius vertit, *remis uti*. Magis placet interpretatio Porti. Nec tamen certo scio, quid sit; sed suspicor, ad eos pertinere, qui κε-

ξυνέχοντες τὴν εἰρεσίαν. τούτων δὲ πάντων ἀπορώτατον, τό, τε μὴ οἷόν τε εἶναι ταῦτα ἐμοὶ κωλῦσαι τῷ στρατηγῷ, (χαλεπαὶ γὰρ αἱ ὑμέτεραι φύσεις ἄρξαι·) καὶ, ὅτι οὐδ', ὁπόθεν ἐπιπληρωσόμεθα τὰς ναῦς, ἔχομεν· ὃ τοῖς πολεμίοις πολλαχόθεν ὑπάρχει· ἀλλ' ἀνάγκη, ἀφ' ὧν ἔχοντες ἤλθομεν, τά

λευσταὶ dicuntur, quos nautis requiemque modumque remigandi dare, dicit Ovidius, III. Metam. 619. Duck. ἐξορμᾷν sign. navem remigando e portu educere. Abr. Vera haud dubie interpretatio, adjuta etiam Lectione Codd. ἐξορμοῦντες, ab ὅρμος, statio, unde ἐφορμεῖν, navem tenere in statione, ἐφορμίζειν, navem intro agere, appellere ad stationem. ἐξορμῶντες autem esse possit (vel ἐξορμοῦντες) pro, (οἱ) δυνάμενοι, ἔμπειροι ὄντες (τοῦ) ἐξορμᾷν (ἐξορμεῖν) qui possint, sciant hoc facere. Ad Athenienses tamen solos et proprie relatum, ad ὀλίγοι εἰσὶν intellecto ἡμῖν, verteris: paucos sane habemus, quos huic ministerio (aptos quidem) adhibeamus. Est autem difficile navem educere portu propter flexus, angustias, scopulos et brevia. V. et continuo εἰρεσ. ξυνέχ. Obiter hic excurrisse detur ad Euripidis locum, Iphig. Aul. vs. 1328. rel. quem contorte, ut fere solet, hic expl. Abr. Ζεὺς μειλίσσων (hinc incipit Abr. tanquam incipiat sententia, cum pendeat ab ὤφελεν πνεῦσαι,) ἄλλαν ἄλλοις αὔραν· quid hic est μειλίσσων; non expl. Abr. Putaverim, significare *temperans, miscens*, alium aliis ventum λαίφεσι χαίρειν, scil. τὸ, aut etiam ὥστε, cum Abr. ut gaudeant prospero cursu, τοῖς δὲ λύπην, τοῖς δ' ἀνάγκην, scil. μειλίσσων, *miscens*; et sic reliqua; non, ut intelligas cum Abr. κατὰ λύπην, κατ' ἀνάγκην τοῦτο ποιεῖν· quo quid durius, aut insolitum magis? *Quid* autem sic faciant, ubi nil tale præcesserit? μειλίσσειν est *mitigare*; quidni et *temperare, miscere, accommodare*, deinde, *einrichten*, denique *dare*. Sic omnia plana.

Εἰρεσ. ξυνέχ.] *Continuare*, exercere pergere. (Abr. et ex eo) *Gottl.* Haud placet; ubi enim ita adhibetur συνέχειν; Utut συνεχὴς, *continuum*, et συνεχῶς, *perpetuo, continuo*, notet; verbum quidem, sic præsertim, Active, et cum Accus. (semper autem Act. est,) sign. *continere, cohibere*; quo quidem nihil sit aptius vel rei vel huic loco; ubi opponatur ἐξορμᾷν. Nec vero *remigandi* simpliciter ulla sit difficultas; at *continere* navem, *sistere*, inhibere, retro agere, hoc opus, hic labor est. Illud etiam quæsieris: velitne Nicias, paucos esse, qui *utrumque* simul iidem sciant, tanquam non ejusdem semper sit, duo illa callere; an hoc tantum velit, paucos esse, aut omnino, aut Atheniensibus, quibus ad ministeria hæc aptis utantur.

Οἷόν τε — — στρατ.] Trajectum, pro, οὐχ οἷόν τε εἶναι ἐμοὶ τῷ στρατηγῷ, κωλ. ταῦτα. Amat talia Thuc. τῷ στρατ. est καίπερ ὄντι στρ. *quamvis* sim dux belli, cujus esse jus istud, vis illa debeat.

Ὑμέτεραι φ.] Asperius sane est ὑμέτεραι, et plane castigantis et objurgantis, quam ἡμέτ. quasi per κοίνωσιν, molliorem sane hic illam, quam pro Niciæ animo. Nec vero sat commode dixerit imperator: *nos* sumus ad parendum contumaces.

Ἐπιπληρωσ.] In posterum et iterum suppleamus (Abr. et ex eo) *Gottl.* Denuo tantum debebat; est Latina scil. *re*, ut in ἐπισκευάζειν, *reparari*. *Futuri* nulla vis in ἐπί. Quid, si ἔτι scrips. Thuc. Sed nihil opus.

Ἀφ' ὧν ἔχ. ἦλθ. rel.] Hæc ita digerit Abr. (more quidem suo:) ἀλλ' ἀν. (ἐστὶ) καὶ τὰ ἀναλισκόμενα, (ubi autem est τὰ, aut abesse sic componenti quî potest?) γίγνεσθαι (ἡμῖν ἀπ' ἐκείνων,) ἀφ' ὧν ἦλθ. ἔχ. καὶ τὰ ὄντα. Ubi rursus hic est καὶ ad τὰ ὄντα· nam τε, quod addatur τῷ τὰ, non possit, tali positu, pro καὶ valere. Nec vero, hoc ordine inducto, ad ἀπαναλισκ. suppeditet τὰ, quia tunc comma sit ponendum post ὄντα, supra quod ita revocetur ἀπαναλισκόμενα. Aut cum (Æm.) Porto ad ἀναλισκόμ. int. τὰ, ex priori τὰ ὄντα· quod, ut in Porti interpretatione processerit, quia ad id referatur; sicut apud Aristot. Rhet. 2. 16. περὶ τῶν σοφῶν καὶ (scil. τῶν) πλουσίων· ita in Abr. ordine locum haud habeat. Nec sententia tamen satis placet: Oportet, ab iis, a quibus instructi his rebus huc venerimus, nobis accedere et, quæ sint, et, quæ absumta sint; nam, quæ *sint*, quæ suppetant, quæ (jam) haberent, quomodo dici illa possint (nunc demum) γίγνεσθαι, accedere? Quod si τε absit post τὰ ante ὄντα, aut insuper haberi pro supervacuo possit: pronum sane fuerit, commodissime ita interpretari: Necesse est, ex iis, quæ habentes, quibus instructi venerimus, ἀφ' ὧν ἔχοντες ἤλθομεν, i. e. ἀπ' (ἐξ) ἐκείνων, ἃ ἔχ. (σὺν οἷς, μεθ' ὧν) ἤλθομεν, καὶ τὰ ὄντα, et ea, (ut τε sit pro καὶ, adeo, etiam, ultro) ea quoque, quæ nunc habeamus, καὶ ἀναλισκόμενα γίγνεσθαι, i. e. ἀναλίσκεσθαι· qua eâdem periphrasi Xenoph. M. S. 4. 2. 33. extr. ἀναρ-

τε ὄντα καὶ ἀπαναλισκόμενα γίγνεσθαι. αἱ γὰρ νῦν οὖσαι πόλεις ξύμμαχοι, ἀδύνατοι, Νάξος καὶ Κατάνη. εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις, ὥστε τὰ τρέφοντα ἡμᾶς χωρία τῆς Ἰταλίας, ὁρῶντα, ἐν ᾧ τε ἐσμὲν, καὶ ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούντων, πρὸς ἐκείνους χωρῆσαι, διαπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεὶ, ἐκπολιορκηθέντων ἡμῶν, ὁ πόλεμος. τούτων ἐγὼ ἡδίω μὲν ἂν εἶχον ὑμῖν ἕτερα ἐπιστέλλειν, οὐ μέντοι χρησιμώτερά γε, εἰ δεῖ σαφῶς ὑμᾶς εἰδότας τὰ ἐνθάδε βουλεύσασθαι. καὶ ἅμα, τὰς φύσεις ἐπιστάμενος ὑμῶν, βουλομένων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν, αἰτιωμένων δὲ ὕστερον, ἤν τι ὑμῖν ἀπ᾽ αὐτῶν μὴ ὅμοιον ἐκβῇ, ἀσφαλέστερον ἡγησάμην τὸ ἀληθὲς δηλῶσαι.

ιέ. 15. "Καὶ νῦν, ὡς, ἐφ᾽ ἃ μὲν ἤλθομεν τοπρῶτον, καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε. ἐπειδὴ δὲ ἡ Σικελία τε ἅπασα ξυνίσ-

πάστους πρὸς τὸν βασιλέα γεγονέναι, i. e. *ἀναρπαχθῆναι·* (vel *ἀναρπασθ.*) ita, *ἀνάστατοι γίνεσθαι πόλεις* dicuntur, *eversæ fieri*, i. e. *everti*: *ἀνάπυστος γενόμενος*, p. *πυθόμενος· γνωστὸν ἐγένετο*, (Act. 1. 19.) pro *ἐγνώσθη· ἐξίτηλον ἐγένετο*, p. *ἐξῄει*, qs. *evanidum, obliteratum factum est*, p. *evanuit*: et plura talia. Verum, ut dixi, *τε* incommodet, ante *ὄντα*, cui respondere debeat *καὶ* ad *ἀπαναλισκόμενα·* aut ipsum est pro *καὶ*, *καίγε*, et alterum *καὶ* sign. *vltro, noch darzu.* Negat enim simpliciter Nicias et omnino, esse, unde supplementa scribant.

Τούτ. —— *ἡδίω*, rel.] Liv. 3. 68. extr. in pari caussa, Quintii nomine: *His ego gratiora dictu alia esse, scio; sed me, vera pro gratis proloqui,* —— *necessitas cogit.* Contulisse juverit; ac mirum, ni in mente illi hæc Niciæ.

Καὶ νῦν — ἔχετε] Ordo est: *καὶ νῦν ἔχετε τὴν γνώμην οὕτω, ὡς καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, ὑμῖν* (*apud* vos,) *κατὰ, πρὸς ἐκεῖνα*, (vel, *ἐν ἐκείνοις*, aut etiam, *ἐπ᾽ ἐκεῖνα μὲν*,) *ἐφ᾽ ἃ ἤλθομεν τὸ πρῶτον. οὕτω τ. γνώμην ἔχετε*, rel. potest sane intelligi, cum Porto: *Credite*, nec milites, nec duces culpandos esse. Sed, ad Græcismum propius, et consilium Niciæ, malim: Sic *vos parate*, ita hanc caussam habetote, ita in hac caussa decernitote, ea ratione utimini, ut certi ac memores, nihil in nobis culpæ hærere; nempe, ne aut duces condemnetis, aut milites ignominia notetis; hanc sententiam in statuendo sequamini: ita judicatote, ut par sit judicari, ubi, quando neque a ducibus, neque ab exercitu, peccatum sit quidquam: *Richtet eure Maakregeln dem Sedanten, der Ueberzengung, gemük ein, so ein, wie es seyn muk, da (wenn) weder Soldaten, noch Befehlshaber, etwas versehen haben.* *ἐφ᾽ ἃ ἤλθομεν*, non sign. *propter* quæ, quorum *caussa*, ut vult Schol. Tunc debebat esse, *ἐφ᾽ οἷς·* deinde *τὸ πρῶτον*, *primo*, ab *initio*; tanquam *aliud* deinde consilii novi subnatum fuerit! Immo *idem* erat ac *summum* plane, Siciliæ occupandæ. De *hostibus* intelligit Portus, *contra* quos primo venerint. Et res patitur, ob diversitatem et antithesin *omnis* Siciliæ, *deinde* demum commotæ ac consociatæ; et Neutrum pro Mascul. *ἐφ᾽ ἃ*, pro *ἐφ᾽ οὓς*, frequens sane Thucydidi, ut nihil magis. Equidem simplicissime interpreter: *ἐφ᾽ ἃ*, scil. *πράγματα*, *quas ad res* ab initio venerimus, quem *statum* Siciliæ ab initio offenderimus: *wie wir die Sachen anfangs (stehend) fanden.* *μὲν*, post *ἐφ᾽ ἃ*, retulerim non tantum ad *ἐφ᾽ ἃ*, utut hoc quoque, propter subjectum *ἐπειδὴ δὲ*, quod illi opponatur; sed multo magis, simul certe, ad *νῦν*, cui opponatur, *βουλεύεσθε ἤδη·* nisi tamen (quod placeat,) *καὶ νῦν* significet *jam ergo*, hæc cum ita sint: *und nun; demnach*; tunc *μὲν* fuerit *certe*, saltem, utique. *ὑμῖν* autem retuleris vel ad *τῶν στρατ.—γεγενημένων*, ut sit pro *ὑμετέρων·* quo more Hom. Il. 1. 488. *ἐν δέ οἱ ἦτορ—μερμήριξεν.* i. e. *τὸ ἦτορ αὐτοῦ·* et Herodot. *τὰ δέ οἱ ὅπλα ἔχουσιν οἱ*, rel. arma *ei*, i. e. *ejus*, habent; 2. 72. *ἐπεὰν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατὴρ*, i. e. *ὁ πατὴρ αὐτοῦ·* Hom. Il. 1. 200. *δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν· οἱ* pro *αὐτῆς·* vs. 104. *ὄσσε δέ οἱ πυρὶ—ἐΐκτην*, p. *αὐτοῦ.* Nec nos absimiliter: *die Augen funfelten ihm, die Hand zittert mir*, pro Possess. *meine, seine*; vel ad *μεμπτῶν*, ut (*ὑμῖν*) sit *qua* vos, *apud* vos,

ται, καὶ ἐκ Πελοποννήσου ἄλλη στρατιὰ προσδόκιμος αὐτοῖς, βουλεύεσθε ἤδη, ὡς τῶν γ' ἐνθάδε μηδὲ τοῖς παροῦσιν αὐταρκούντων, ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον, ἢ ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάττω ἐπιπέμπειν, καὶ πεζὴν καὶ ναυτικὴν, καὶ χρήματα μὴ ὀλίγα· ἐμοὶ δὲ διάδοχόν τινα, ὡς ἀδύνατός εἰμι, διὰ νόσον νεφρῖτιν, παραμένειν. ἀξιῶ δ' ὑμῶν ξυγγνώμης τυγχάνειν. καὶ γὰρ, ὅτ' ἐῤῥώμην, πολλὰ ἐν ἡγεμονίαις ὑμᾶς εὖ ἐποίησα. ὅ, τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς, καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς, πράττετε· ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων,

pro eo, quod *in vos* fecerint: ut apud Xen. Mem. S. 1. 1. 1. ὡς ἄξιος εἴη θανάτου τῇ πόλει, *apud* civitatem, *qua* Athenienses, ob admissa *in* civitatem. Ita Paullus 1 Cor. 9. 2. μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, exlex *Deo*, i. e. *qua* Deum. (cf. Philol. Thuc. P. p. 52.) et continuo, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, eodem sensu.

Αὐταρκ.] Aug. ἀνταρκούντων non male: *adversus* illos, ut illis *resistant*; quod jam insit tamen in πρός. αὐταρκ. est *per se ipsi, soli, suis*met viribus, non summissis *auxiliis*. Nescio tamen, quî, magis pæne placet ἀνταρκ. ut Thucydideum magis, et insolentiâ verbi, et pleonasmo.

Ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον, ἢ ἄλλην] Hoc Aristides Tom. II. Orat. 2. pag. 37. ita interpretatur: Niciam quidem in ea sententia fuisse, evocandas esse copias, quæ in Sicilia erant; sed veritum fuisse, id aperte significare, atque ideo, quasi παραμυθούμενον, et quasi adhuc spes superesset, Atheniensibus optionem fecisse, utrum domum revocare vellent exercitum, an subsidium mittere, quod hostibus in Sicilia par esset. Duck.

Ἐπιπέμπ.] Latine verteris, *summittere*, supplendis copiis et firmandis, augendis, quæ hic jam sint.

Ὡς τ. πολ.] Ὡς pro ἅτε, *quippe, quia*, ut sæpius: et 2 Pet. 1. 3. alibi jam attulimus: ὡς πάντα ὑμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ — δεδωρημένης· *quia* — vobis donavit. Quo quidem loco retuleris illud ὡς vel ad, χάρις πληθυνθείη, vs. 2. etsi non solent Apostoli cum voto vel precatione initiali disputationem ipsam conjungere, aut ab illo suspendere; Nunquam ita Paullus; non Jacobus, 1. 1. 2. ne Petrus quidem, 1 Epist. 1. 1.—3. sed, tanquam præscriptionem *salutis*, segregare; aut ad vs. 4. καὶ (κατὰ, εἰς, δὲ,) αὐτὸ τοῦτο — ἐπιχορηγήσατε· ut καὶ sit pro οὖν, aut redundet in Consequ. vel altero membro, ut Phil. 1. 22. εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ, τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω. (Obs. etiam, redundare hic τοῦτο, si quidem refe-ratur ad καρπὸς ἔργου, pro οὗτος, ut Vulg. vertit: *hic mihi operis fructus*; posse tamen idem referri ad τὸ ζῆν ἐν σ. τ. i. e. τοῦτο τὸ ζῆν, ἡ ζωὴ αὕτη (ἡ) ἐν σαρκί· tunc non redundare.) καὶ hic est pro οὖν, *ergo*, vel ἀλλὰ, *vero*, quod *vigorem* aliquem inducat orationi, sicut Lat. *vero, at*, Germ. *ey, so, o so*, rel. ut Rom. 6. 5. *quod si mortis Christi consortes facti sumus*: ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα· *tum vero, at nos* etiam reditus ejus in vitam participes erimus; *ey so werden wir*, rel. 2 Cor. 2. 2. *quod si ego vos dolore affecero*: καὶ τίς — ἐστιν ὁ εὐφραίνων ἐμέ; ecquis *tandem* erit, qui me erigat? *ey, wer wird mich dann erfreuen*, cet. De Anacolutho autem, ὡς τ. πολεμ. — ποριουμένων, τὰ δὲ ἐκ τ. Πελ. τὰ μὲν λήσουσιν ὑμ. — τὰ δὲ φθήσονται, plus profecto vidit Schol. omnibus Intt. Vidit enim, etsi non dicit, ὅμως δὲ respondere τῷ σχολαίτερον, ac si sit: ὡς τ. πολεμ. ποριουμέν. σχολαίτερον, ὅμως δὲ, scil. ποριουμένων· ac si Latine dixeris: *tardius quidem*, (scil. parabunt,) sed tamen (vere, certo, utique,) *parabunt*: ut: *tardius quidem, sed tamen venit*. ποριουμένων autem, quod ad ὅμως intelligi, ipsa res et antithesis jubeat, per *modum* comparandi, τοῦ πορίζεσθαι, expressit Thuc. ac si diceret: ὅμως δὲ ποριουμένων, (οὕτω, ὥστε) τὰ μὲν λανθάνειν ὑμᾶς, τὰ δὲ φθάνειν. Ita fit, ut non omisisse magis Consequens, sed mutasse inflexum, dici debeat Noster; (cujus ego immutationis exempla noto in Philol. Thuc. P. p. 197. lit. b.) Adde, insignem sane, Livii locum, 21. 3. init. *In Asdrubalis locum, haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem —— favor etiam plebis sequeretur. In Asdr. locum*, sequi debebat: haud dubium fuit, quin *imperator Hannibal crearetur*; Non reddidit Livius verbatim, reddidit tamen re ipsa, quasi *genetice, modo* et *caussa* effectrice ponenda, prærogativa (sententia) militum, et favore plebis; ut perinde sit, ac si dicat: h. dub. r. fuit, quin militari suffragio et favore plebis, illud secuto, Annibal in locum As-

τὰ δ᾽ ἐκ Πελοποννήσου, σχολαίτερον μὲν, ὅμως δ᾽, ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν, λήσουσιν ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ, φθήσονται."

ιστʹ. 16. Ἡ μὲν τοῦ Νικίου ἐπιστολὴ τοσαῦτα ἐδήλου. οἱ δὲ Ἀθηναίοι, ἀκούσαντες αὐτῆς, τὸν μὲν Νικίαν οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, ἀλλ᾽ αὐτῷ, ἕως ἂν ἕτεροι [αἱρεθέντες] ξυνάρχοντες ἀφίκωνται, τῶν αὐτοῦ ἐκεῖ δύο προσείλοντο, Μένανδρον καὶ Εὐθύδημον, ὅπως μὴ μόνος ἐν ἀσθενείᾳ ταλαιπωροίη. στρατιὰν δὲ ἄλλην, ἐψηφίσαντο, πέμπειν, καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν, Ἀθηναίων τε, ἐκ καταλόγου, καὶ τῶν ξυμμάχων· καὶ ξυνάρχοντας αὐτῷ εἵλοντο Δημοσθένην τε τὸν Ἀλκισθένους καὶ Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους· καὶ τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς ἀποπέμπουσιν ἐς τὴν Σικελίαν, μετὰ δέκα νεῶν, ἄγοντα εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου, καὶ ἅμα ἀγγελοῦντα τοῖς ἐκεῖ, ὅτι ἥξει βοήθεια, καὶ ἐπιμέλεια αὐτῶν ἔσται.

ιζʹ. 17. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ὑπομένων, παρεσκευάζετο τὸν ἔκπλουν, ὡς ἅμα τῷ ἦρι ποιησόμενος, στρατιάν τε ἐπαγγέλλων ἐς τοὺς ξυμμάχους, καὶ χρήματα αὐτόθεν, καὶ ναῦς καὶ ὁπλίτας ἑτοιμάζων. πέμπουσι δὲ καὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναῦς, ὅπως φυλάσσοιεν, μηδένα ἀπὸ Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου ἐς τὴν Σικελίαν περαιοῦσθαι. οἱ

drub. fieret imperator; vel: quin imperator Annibal crearetur, *quia* militarem prærogativam secuturus erat plebis favor. 21. 10. post med. *id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Hic nihil respondet τῷ *id*; cui redderetur: eventus belli *constituit, diremit*, pronuntiavit. Hoc expressit Liv. *modo* explicando, *victoriam dedit*; ac si diceret: event. belli *constituit*, velut æqu. jud. *id*, de quo verb. amb. *dando*, vel, *et dedit, ita, ut* daret, victoriam ei (populo,) unde (a quo, a cujus partibus,) jus staret. Ita et hic: τὰ δὲ σχολαίτερον, scil. πορισυμένων, ὅμως δὲ πορισυμένων (οὕτω,) ὥστε τὰ μὲν λανθάνειν, τὰ δὲ φθάνειν. Mutavit etiam, quod vidit Schol. Participiorum structuram, qua cœpisset, in directam: ut Paullus Col. 1. 6. τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ, rel. καί ἐστι καρποφορούμενον· pro, καὶ καρποφορουμένου. Plura v. in Phil. Th. Paull. p. 85. extr. lit. γ.) Ad τὰ μὲν, τὰ δὲ, int. κατά.

Σχολαίτερον] Clar. σχολαιότερον. Etiam alibi in hac voce variant Mss. Vid. ad IV. 47. Sed comparatio in αίτερος Atticorum est. Eustathius in Homer. Odyss. φʹ. p. 1905. et Etymolog. M. in αἰδοέστατος et γεραίτερος. Duck.

Οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς] Suidas in h. v. et explicat, οὐκ ἀπήλλαξαν, μετέστησαν. Hesychius: Παρέλυσε, καθεῖλεν, ἐξέβαλεν. Wass. Habet ex hoc loco Aristides Tom. II. Orat. I. pag. 4. Duck.

Εἴκοσι] Diodor. pag. 335. b. Τάλαντα ἑκατοντεσσαράκοντα. Nostri Codd. nihil movent. Wass. Diodorus etiam in eo a Thucydide abit, quod, Eurymedontem περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς in Siciliam missum, dicit. Si non corruptus est locus: eum falli, liquet etiam ex his, quæ leguntur in extrema epistola Niciæ: ὅ, τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράττετε. Duck.

Φυλ. μηδένα] Φυλάσσοιεν est pro φυλακὴν ποιοῖντο· et unte μηδένα intell. ὥστε.

γὰρ Κορίνθιοι, ὡς οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς ἧκον, καὶ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ βελτίω ἤγγελλον, νομίσαντες, οὐκ ἄκαιρον καὶ τὴν προτέραν πέμψιν τῶν νεῶν ποιήσασθαι, πολλῷ μᾶλλον ἐπέῤῥωντο, καὶ, ἐν ὁλκάσι, παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες. ναῦς τε οἱ Κορίνθιοι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐπλήρουν, ὅπως ναυμαχίας τε ἀποπειράσωσι πρὸς τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακὴν, καὶ τὰς ὁλκάδας αὐτῶν ἧσσον οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι κωλύοιεν ἀπαίρειν, πρὸς τὴν σφετέραν ἀντίταξιν τῶν τριηρῶν τὴν φυλακὴν ποιούμενοι.

ιή. 18. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς, καὶ τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν Κορινθίων ἐναγόντων, ἐπειδὴ ἐπυνθάνοντο τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν ἐς τὴν Σικελίαν, ὅπως δὴ, ἐσβολῆς γενομένης, διακωλυθῇ. καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, προσκείμενος, ἐδίδασ-

Πρέσβ. αὐτ. ἧκ.] Pro πρὸς αὐτούς. De *re* frequentius ponitur Dativus: ut, *hereditas ei venit*; Virg. Æn. 6. 456. *Verus mihi nuntius ergo Venerat.* Ovid. Epist. ex P. 1. 9. 1. *Quæ mihi de rapto tua venit epistola Celso*; at de *hominibus* insolentius paullo; Quippe ne Ebræi quidem hic לְךָ pro אֵלָיו ponunt; utut ortum similitudine et permutatione ל et אֶל merito videatur.

Ἐν ὁλκ. —— πέμψοντ.] Ordo est: (quem et interpunctione immutanda monstrarim:) καὶ αὐτοί τε (οἱ Κορίνθιοι) παρεσκευάζοντο ὡς ἀποστελοῦντες ἐν τῇ Σικελίᾳ (pro, εἰς τὴν Σικελίαν,) ὁπλίτας ἐν ὁλκάσι· (non ad παρεσκευάζ. ergo refertur ἐν ὁλκάσι·) καὶ ἐκ τ. ἄλλ. Πελ. οἱ Λακεδ. nempe παρεσκευάζοντο, πέμψοντες, nempe ὁπλίτας. ὡς omisit ad πέμψοντες, supra præmissum τῷ ἀποστελοῦντες, quia non sign. *quasi, tanquam*, sed *rem ipsam* ac serie *veram*. Asperior structura est, eoque obscurior, quod, cum ab *uno* subjecto cœpisset, οἱ γὰρ Κορίνθιοι, de *duobus* jam pergit: αὐτοί τε καὶ — οἱ Λακεδαιμόνιοι. Nempe inciperet: ὡς γὰρ τοῖς Κορινθίοις οἱ πρέσβεις ἧκον, rel. Ita plana omnia forent, sic ergo intelligenda.

Ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ] Congessit quædam hujus generis Stephanus in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. pag. 124. quo etiam referri potest hoc Thucydidis, IV. 14. Ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίαις ἐνέβαλλον. Duck.

Τὴν ἐν τῇ Ναυπάκτῳ φυλακὴν] Erant naves, quæ, quotiens in salo classis staret, tanquam vigiles ante eam erant in perpetua statione. Cæterum, ut hæ, perpetui (ut ita dicam) præsidii causa, in eodem semper loco commorabantur, ita aliæ, et ipsæ ex firmioribus agilioribusque, præsidii causa infirmiores, præsertim onerarias, per mare prosequi solebant; quas προπεμπτοὺς appellabat Appianus. Huds. E Scheffero II. de Milit. Nav. pag. 101. Duck.

Τὴν ἐς τ. Ἀττ.] Cur τὴν ἐσβολὴν, c. Artic. tanquam *antea* memoratam? Omisit hoc τὴν Msqu. non male ad sensum, non ad morem Nostri tamen, pleonastice ponentis Artic. ut paullo infra videbimus ad ταῖς τριάκ. ναυσίν. Hic tamen dederit illum adjecto, ὥσπερ προεδέδοκτο αὐτοῖς, ut de re, sin minus *jam* memorata, at jam *ante* decreta.

Διακωλ.] Pro διὰ τούτου, vel ταύτης, scil. τῆς ἐσβολῆς, accipit Abr. aut verbi διαπέμπεσθαι indicium in eo quærit. Sed simpliciter in Verbo supervacua esse videtur Præposit. *Gottl.* Recte sane: ac vix est, ut in ejusmodi portentis interpretationum asseveraverit Abr. sed magis, ut tentaverit; etsi solet ita particulis inhærere, et alium locum apponit. Sed quis unquam somniaverit, διὰ in compositis esse, *per aliquid*, ejus rei *auxilio?* Ergo et, *lapide (misso) fenestras, caput perfringere*, fuerit, *per* illum *lapidem?* Piget, talia arguere, aut in mentem, vidisse, Viris doctis venire.

Ἐδίδασκε] *Monuit, submonstravit, suggessit*, suasit; *an die Hand geben.* Non *docebat* ergo verteret Port. nec τειχίζειν *muniendam esse*; quod notare non possit Activum; sed,

κε τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν, καὶ μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. μάλιστα δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγεγένητό τις ῥώμη, διότι, τοὺς Ἀθηναίους, ἐνόμιζον, διπλοῦν τὸν πόλεμον ἔχοντας, πρός τε σφᾶς καὶ Σικελιώτας, εὐκαθαιρετωτέρους ἔσεσθαι· καὶ ὅτι, τὰς σπονδὰς προτέρους λελυκέναι, ἡγοῦντο, αὐτούς· ἐν γὰρ τῷ προτέρῳ πολέμῳ σφέτερον τὸ παρανόμημα μᾶλλον γενέσθαι, ὅτι ἐς Πλάταιαν ἦλθον Θηβαῖοι ἐν σπονδαῖς, καὶ, εἰρημένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις, ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν, ἢν δίκας θέλωσι διδόναι, αὐτοὶ οὐχ ὑπήκουον ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Ἀθηναίων· καὶ διὰ τοῦτο δυστυχεῖν τε εἰκότως ἐνόμιζον, καὶ ἐνεθυμοῦντο τήν τε περὶ Πύλον ξυμφορὰν, καὶ εἴ τις ἄλλη αὐτοῖς γένοιτο. ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, ταῖς τριάκοντα ναυσὶν

monuit munire, ὑπέδειξε. Vel, quia est sine casu, *αὐτοὺς*, *protulit in medium*, auctor fuit, γνώμην εἰσέφερεν, εἰσήγαγεν· ut apud Herodot. 2. 23. Arion dicitur primus διδάξας Dithyrambum, i. e. *monstrasse*, protulisse.

Δεκέλειαν] Vid. Scholiasten Aristoph. Εἰρ. v. 450. Wass.

Εἰρημ.] Nominat. pro Genitivo simpliciter; ut apud Xen. M. S. 2. 2. 5. οὐδὲ προπεπονθυῖα, οὐδὲ γιγνῶσκον τὸ βρέφος, οὐδὲ — δυνάμενον· pro, γινώσκοντος τοῦ βρέφους, οὐδὲ — δυναμένου. Noster 4. 17. τοὺς — λόγους — — οὐ μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν· pro, ἐπιχωρίου ὄντος· ubi tamen nihil redditur, a quo pendeat Genit. quia sequeretur Infinitivus; ut sic Anacoluthon inducatur. Ita, ἐξὸν, notum est, simpliciter efferri Nominativo, pro, ὅτε ἐξῆν. Ita Accusat. simpliciter Nostro ponitur 1. 134. extr. ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον, pro Genit. Sed alibi quoque Noster, ut hic: εἰρημένον γὰρ ἐν αὐταῖς· (ταῖς σπονδαῖς·) pro, εἰρημένου. Locus non succurrit. εἰρῆσθαι autem proprium est vocab. eorum quæ fœderibus *sanciantur*. 1. 35. init. εἴρηται γὰρ ἐν αὐτοῖς, *cautum* quippe est illo fœdere. C. 40. init. εἰ γὰρ εἴρηται ἐν ταῖς σπονδαῖς.

Δυστυχεῖν τε εἰκότως] Non male quidam Codd. εἰκότως δυστυχεῖν τε. Wass.

Ἐνεθυμοῦντο] Acacius vertit, *in memoriam revocabant*. In Vallæ interpretatione a Stephano edita hoc non legitur. Hudsoni interpretationem τοῦ ἐνεθυμοῦντο nondum probare possum: primum, quia eam nullius Scriptoris testimonio confirmat; deinde, quia significatio phraseos ἐνθύμιον ποιεῖσθαι huic loco vix convenit; nam, ἐνθύμιον, auctore Ammonio, est προστρόπαιον, i. e. ἄγος, μίασμα, *piaculum*, et ἐνθύμιον ποιεῖσθαι dicuntur, quorum animis religio e re aliqua objicitur. Verba Thucydidis, quæ ante oculos habuit Hudsonus, sunt infra, Cap. 51. de Atheniensibus defectu lunæ territis: Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οἵ τε πλείους ἐπισχεῖν ἐκέλευον τοὺς στρατηγοὺς, ἐνθύμιον ποιούμενοι, *ominosum habentes*, vel, ut *Budæus* in Commentar. Ling. Gr. pag. 284. *in religionem trahentes*. Herodotus II. 175. dicit, ἐνθυμιστὸν ποιεῖσθαι. Auctor anonymus apud Suidam in ἐνθύμιον, ἐνθύμιον θέσθαι. Add. H. Stephanum ad hæc Dionysii Halic. I. 38. Ἵνα δὲ μηδὲν εἴη τοῖς ἀνθρώποις ἐνθύμιον, ὡς πατρίων ἠλογηκόσι θεῶν. Acacii interpretatio satis ferri potest; nec alia significatio verbi ἐνθυμεῖσθαι hic quærenda est, quam, quæ est in Thucyd. V. 32. Δηλίους δὲ κατήγαγον πάλιν ἐς Δῆλον, ἐνθυμούμενοι τάς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφοράς· et aliis locis, ubi ἐνθυμεῖσθαι est *reputare, considerare*. D.

Γένοιτο] Ἐγεγόνει Marg. puto, bene. Nam ἐγεγόνεε Attici veteres cum Ionibus. Wass.

Ταῖς τριάκοντα ναυσὶν] Cap. 17. viginti dicit: nam satis apertum est, eamdem esse classem, de qua et hic et ibi agit; Utrum rectius sit, non facile est divinare. Φυλακὴν Atheniensium ad Naupactum, quam in fine hujus Cap. memorat, viginti navium fuisse, dicit Thucydides Cap. 19. Sed e tota narratione colligi videtur, aliam ab ea fuisse hanc classem, et φυλακὴν illam viginti navium quasi perpetuam stationem Naupacti habuisse. Deinde initio veris sequentis rursus aliam classem triginta navium duce Charicle ab Atheniensibus missam fuisse, est infra, Cap. 20.. et apud Diodorum Siculum Lib. XIII. pag. 335. Duck. Rectissime hic obs. Abr. et ex eo Gottl. redundare posse Artic. Præp. uti jam supra notavi ad verba Cap. huj. init. τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν. Omnino habet hoc Noster, non usquequaque huic simile tamen, ut, grandiore po-

ὁρμώμενοι, Ἐπιδαύρου τι καὶ Πρασιῶν καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν, καὶ ἐκ Πύλου ἅμα ἐλῃστεύοντο, καὶ, ὁσάκις περί του διαφοραὶ γένοιντο τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων, ἐς δίκας ϖροκαλουμένων τῶν Λακεδαιμονίων, οὐκ ἤθελον ἐϖιτρέπειν· τότε δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι, νομίσαντες, τὸ παρανόμημα, ὅϖερ καὶ σφίσι πρότερον ἡμάρτητο, αὖθις ἐς τοὺς Ἀθηναίους τὸ αὐτὸ περιεστάναι, ϖρόθυμοι ἦσαν ἐς τὸν πόλεμον· καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε ϖεριήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους, καὶ τὰ ἄλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν· καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα, ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν ἐϖικουρίαν, αὐτοί τε ἐπόριζον, καὶ τοὺς ἄλλους Πελοϖοννησίους προσηνάγκαζον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα· καὶ ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος τῷ ϖολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

ιθ΄. 19. Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου ἦρος, εὐθὺς ἀρχομένου, πρωϊαίτατα δὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον· ἡγεῖτο δὲ Ἄγις ὁ Ἀρχιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. καὶ ϖρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ ϖερὶ τὸ ϖεδίον ἐδῄωσαν· ἔπειτα Δεκέλειαν ἐτείχιζον, κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ϖαραπλήσιον δὲ οὐ πολλῷ

sito numero, parti ejus excerptæ præmittat Articulum: tanquam: χιλίους ἔχοντες, τοῖς ἑκατὸν ἐχρήσαντο. V. Indic. et cf. Philol. Thuc. P. p. 203. extr. b. α) 204.) Herodot. 1. 22. τὰ μὲν ἓξ ἔτεα τῶν ἕνδεκα—ὁ Σαδυάττης, — — — τὰ δὲ ϖέντε — ὁ Ἀλυάττης, rel. C. 29. init. ἀϖικνέονται ἄλλοι τε οἱ ϖάντες — σοφισταί· ubi itidem redundat οἱ.

Προσηνάγκ.] Male vertit vel expl. Port. *ad idem faciendum;* vix melius, quam supra διακωλυθῇ Abr. In ejusmodi verbis, ϖροσβιάζεσθαι, ϖαραβιάζεσθαι, Act. 16. 15. προσδεῖσθαι, Thuc. 2. 41. p. med. προσαιτεῖν, Xen. M.S. 1. 2. 29. extr. ἐπιζητεῖν, Phil. 4. 17. redundat Præpos. Quod si putidius sit agendum: ϖροσηνάγκαζον fuerit, *insuper*, etiam, (*über dieses*) Peloponnesios coëgerunt; satis non habuerunt, ipsos se fecisse. Ad Πελοϖοννησίους int. ἄλλους, *reliquos;* nam et ipsi Laced. erant Peloponnesii; ut, cum ab Italis distinguantur Romani, ceu principes.

Τῷ ϖολ.] Pro τοῦ ϖολέμου· quod est 2. 47. init.

Εὐθ. ἀρχ.] Hæc jungenda, scil. αὐτοῦ, non, τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχ. quod sensu careat. Quin, ubi scribit Thuc. (ut 2. 47. init.) τοῦ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου, int. εὐθὺς τοῦ θέρ. ἀρχ. *statim* (cum) *principio* æstatis; non, *æstate statim* ineunte. Hinc comma posui post θέρους· quod et alibi fecisse debebam. Alibi tamen, ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ· ex quo pateat, quo referatur εὐθύς· est enim pro, ἅμα (τῇ) ἀρχῇ τοῦ θέρους.

Πρωϊαίτατα] Πρωΐτατα legit Thomas Magister, ut Reg. et Cass. et, elegantius dici, pronunciat, πρωΐτερος et πρωΐτατος, quam πρωϊαίτερος et ϖρωϊαίτατος. His tamen usi sunt Xenophon et Plato, quorum testimonia laudant Seberus et Jungermannus ad Pollucem I. 69. Πρωϊαίτερον rursus Thucydides VII. 39. Τῆς μὲν ὥρας ϖρωϊαίτερον. Sed ibi plerique Mss. habent πρότερον. Πρωΐτερον μέσων νυκτῶν, quod e Thucyd. VIII. 101. adfert Thomas, in uno Ms. est πρωϊαίτερον, in plerisque πρωΐτερον· de qua διττογραφίᾳ vid. Jungermann. ad Pollucem. Duck. Rectius haud dubie, quam ϖρωΐτατα, aliorum vocc. exemplo, ut πλησιαίτερον, περαιτέρω, al. Gravius autem, quod ϖρωῒ (mane) hic sign. *mature*, celeriter: quo utar ad Ps. 46. 6. *Deus adjutor illi* לפנות—בקר, *mane summo*, diluculo, i. e. *cito*, mature.

Παραϖλήσ. δὲ οὐ π. πλ.] Sc. ἔχει, vel ἐστὶ,

πλέον καὶ ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. ἐπὶ δὲ τῷ πεδίῳ καὶ τῆς χώρας τοῖς κρατίστοις ἐς τὸ κακουργεῖν ᾠκοδομεῖτο τὸ τεῖχος, ἐπιφανὲς μέχρι τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐτείχιζον· οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν· Λακεδαιμόνιοι μὲν, τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους, καὶ τῶν Νεοδαμωδῶν, ξυναμφοτέρων ἑξακοσίους ὁπλίτας, καὶ Ἔκκριτον Σπαρτιάτην ἄρχοντα· Βοιωτοὶ δὲ τριακοσίους ὁπλίτας, ὧν ἦρχον Ξένων τε καὶ Νίκων, Θηβαῖοι, καὶ Ἡγήσανδρος Θεσπιεύς. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τοῖς πρώτοις, ὁρμήσαντες ἀπὸ τοῦ Ταινάρου τῆς Λακωνικῆς, ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν. μετὰ δὲ τούτους Κορίνθιοι οὐ πολλῷ ὕστερον πεντακοσίους ὁπλίτας, τοὺς μὲν, ἐξ αὐτῆς Κορίνθου, τοὺς δὲ, προσμισθωσάμενοι, Ἀρκάδων, καὶ ἄρχοντα

aut etiam *κεῖται.* Inserendum ἢ putat Reisk. ante οὐ π. πλ. *Gottl.* Aut ipsum ἀπέχει, παραπλήσ. ἀπέχει, *eodem spatio* distat a Bœotia; ut παραπλήσιον non sit *propinqua, prope,* sed *ferme, ziemlich, ungefähr,* immo *similiter,* pariter, itidem: ut Ebr. 2. 14. *Quando quidem corpus* (humanum) *habent nati hominum,* καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν· *et ipse similiter, pariter,* itidem, eodem modo, *eandem naturam, idem corpus, induit.* Quod si hic de re et conditione: quando magis de *loco!* Ad πολὺ πλέον int. εἰς, κατά· utique, si παραπλήσ. sit *propinqua:* quod sensus tamen vix patiatur: *non multo propinquior est etiam Bœotiæ;* tanquam, *longe dissitam* ab Attica, dicat. Immo sensus fuerit: *itidem,* eodem modo, non multo plus a Bœotia abest. Ita caruerimus facile Reiskii additamento ἢ, utut cetera minime contemnendo: παραπλήσιον, ἢ οὐ πολλῷ πλέον· utique, si παραπλήσ. sit *pariter,* eodem intervallo, *modo;* ut erat Ebr. 2. 14. Aut, si sit, eodem *fere* spatio, redundet plane, ἢ οὐ πολλῷ πλέον, quod tunc idem sit, ac παραπλήσιον (κατ') οὐ πολὺ πλέον, *similiter* (pro adv. παραπλησίως, ita enim jam malim interpretari,) ὡσαύτως, (plane rursus, ut Ebr. 2. 14.) similiter, non plus, (longius) a Bœotia, nil plane difficultatis, opiner, reliquerit. Quid, si Glossema sit οὐ πολλῷ πλέον, et interpretatio τοῦ παραπλήσιον; sed nimirum nulli Cod. abest. Ita tamen hæc disputantur, tanquam legatur, aut ego præferam, ἀπό· nam, ἐπὶ si vera lectio, ut sane est, præferendum Gottl. supplementum κεῖται, per Syllepsin repetendum ex ἀπέχει. Neque eo tamen secius interpretere: κεῖται ἐπὶ τ. Β. παραπλ. (κατ') οὐ πολλῷ πλ. *imminet* Bœotiæ itidem, non majori multo intervallo. Et tamen ad οὐ π. πλ. intelligendum ἀπέχουσα.

Ἐπιφαν.] Nil expedit Schol. explicans καταφανές· nec Port. bene, *conspicua.* Quo pertineret enim, ut conspiceretur? Verte: *aperiens conspectum,* præbens, sc. Lacedæmoniis, ut sub oculis haberent Atticam terram, populaturi, notaturi, si quid moveret hostis, et impedituri. Ita *visibilem splendorem,* Cic. de N. D. L. 2. (non succurrit caput;) *visibilem* splendorem, in oculis esse, dicit, i. e. cujus *ope* videamus. Terent. Ad. A. 4. Sc. 3. vs. penult. *te ipsum illi purgare coram, placabilius est,* i. e. ad placandum potentius. Herodot. 1. 30. *ostenderunt* Soloni omnia Crœsi, ἐόντα μεγάλα τε καὶ ὄλβια, quæ essent magna et *beata,* i. e. beatos *præstitura,* aut, *efficere beatos* credita. V. Philol. Thuc. P. p. 235. extr. p. 236.

Τ. ὁλκάσι] Scil. ἐν, vel σύν. Sic paullo infra, c. extr. ταῖς ὁλκάσιν ἀπῆραν· et c. 20. init. Δημοσθένην ἀπέστελλον ἑξήκ. ναυσίν. Et hic redundat Artic. neque enim mentio *harum* ὁλκάδων, nisi retro longius, c. 17. ἐν ὁλκάσιν.

Βοιωτοὶ] Vid. Diodor. pag. 334. d. Athenienses dimidiam partem earum exceptam insidiis concidunt. Wass.

Ἀφῆκαν] Scil. ἑαυτοὺς, vel τὰς ναῦς. Insolentior usus Aor. 1. hujus verbi. ὁρμήσαντες est, *ita, ut* solverent a Tænaro, non, *postquam* solvissent; immo, *egressi,* profecti. Nam ἀφιέναι sit, *deducere* naves, recens nimirum fabricatas. Quid, si legamus, ἀπῆραν; Non piget; ut infr. ταῖς ὁλκάσιν ἀπῆραν.

Προσμισθωσ.] Πρός hic fuerit *noch darzu, ad* illos, qui essent ex ipsa Corintho, per

Ἀλέξαρχον Κορίνθιον προστάξαντες, ἀπέπεμψαν. ἀπέστειλαν δὲ καὶ Σικυώνιοι διακοσίους ὁπλίτας ὁμοῦ τοῖς Κορινθίοις, ὧν ἦρχε Σαργεὺς Σικυώνιος. αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων, αἱ τοῦ χειμῶνος πληρωθεῖσαι, ἀνθώρμουν ταῖς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ἕωσπερ αὐτοῖς οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν· οὗπερ ἕνεκα καὶ τοπρότερον ἐπληρώθησαν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ὁλκάδας μᾶλλον, ἢ πρὸς τὰς τριήρεις, νοῦν ἔχωσιν.

κ΄. 20. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἅμα Δεκελείας τῷ τειχισμῷ, καὶ τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου, περὶ Πελοπόννησον ναῦς τριάκοντα ἔστειλαν, καὶ Χαρικλέα τὸν Ἀπολλοδώρου ἄρχοντα· ᾧ εἴρητο, καὶ ἐς Ἄργος ἀφικομένῳ, κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παρακαλεῖν Ἀργείων τε ὁπλίτας ἐπὶ τὰς ναῦς. καὶ τὸν Δημοσθένην ἐς τὴν Σικελίαν (ὥσπερ ἔμελλον,) ἀπέστελλον, ἑξήκοντα μὲν ναυσὶν Ἀθηναίων, καὶ πέντε Χίαις, ὁπλίταις δὲ ἐκ καταλόγου Ἀθηναίων διακοσίοις καὶ χιλίοις, καὶ νησιωτῶν, ὅσοις ἑκασταχόθεν οἷόν τ᾽ ἦν πλείστοις χρήσασθαι· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τῶν ὑπηκόων, εἴποθέν τι εἶχον ἐπιτήδειον ἐς τὸν πόλεμον, ξυμπορίσαντες. εἴρητο δ᾽ αὐτῷ, πρῶτον μετὰ τοῦ Χαρικλέους ἅμα περιπλέοντα ξυστρατεύεσθαι περὶ τὴν Λακωνικήν. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης ἐς τὴν Αἴγιναν προσπλεύσας, τοῦ στρατεύματός τε εἴ τι ὑπελείπετο, περιέμενε, καὶ τὸν Χαρικλέα τοὺς Ἀργείους παραλαβεῖν.

quos *implerent* quingentorum numerum; *zu Hülfe*; quin illi nondum conficerent quingentos.

Ἀλέξαρχον] Thomas Magister in προστάττω, cum nonnullis Mss. Ἀλέξανδρον. Duck.

Αὐτοῖς] Plerique Mss. οὗτοι. Non puto, eos audiendos esse. Vide ad III. 98. et IV. 25. Sic VI. 34. Ἀεὶ διὰ φόβου εἰσὶ, μή ποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσι. Et ibid. 105. Ἀθηναῖοι Ἀργείοις τριάκοντα ναυσὶν ἐβοήθησαν, αἵπερ τὰς σπονδὰς φανερώτατα πρὸς Λακεδαιμονίους αὐτοῖς ἔλυσαν. Infra Cap. 25. Ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν. Duck.

Νοῦν ἔχ.] Τὸν ante νοῦν requirit Abr. quia aliud sit, νοῦν ἔχειν, aliud, τὸν ν. ἔχ. Nempe, illud est, *supere*, hoc, *attendere*; quod hic sensus poscat; et in tanto pæne consensn Libb. nescio, cur non receperit Ducker.

Ἑξήκοντα] Diodorus pag. 335. a. ὀγδοήκοντα, et ὁπλίτας πεντακισχιλίους dicit. Wass.

Ἐκ καταλόγου] Vide Aristotelem in fine Œconom. ubi Camerarius pro καταλόγους, contra Mss. κατὰ λόχους reponit, incaute satis. Vide Leunclavium ad Xenophont. pag. 823. Idem.

Ἐκ τ. ἄλλ. ξυμμ. τ. ὑπηκ.] Non ergo ὑπήκοοι illi; νησιῶται utique. V. L. 6. c. 85. init. inde a verbis: (vs. 4.) καὶ γὰρ τοὺς ξυμμάχους, rel.

Περιπλέοντα] Pro περιπλέοντι, ad εἴρητο αὐτῷ. Ita Herodot, 1. 32. post med. ἢν μὴ οἱ (ἡ) τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντι τελευτῆσαι τ. βίον. ἔχοντι, non ἔχοντα, ad οἱ, *illi*. c. 36. extr. διακελεύσομαί τοῖσι ἰοῦσι, ὡς προθυμοτάτοις εἶναι, non, προθυμοτάτους. Sane idem c. extr. τὰ πάντα —— ξυλλαβεῖν, ἄνθρωπον ἐόντα, ἀδύνατόν ἐστιν· at hic ἐόντα non ad ἀδύνατόν ἐστι refertur, verum ad συλλαβεῖν, intellecto τινὰ, qs. τὸ συλλ. τινα πάντα, ἐόντα ἄνθρωπον, (τοῦτο) ἀδύν. ἐστίν.

Προσπλεύσας] Cl. πλεύσας· at illud elegantius; et sic etiam Auctor alibi. Wass.

Παραλαβ.] Sane pendet, ut monet Schol. a

κα΄. 21. Ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος τούτου, καὶ ὁ Γύλιππος ἧκεν ἐς τὰς Συρακούσας, ἄγων ἀπὸ τῶν πόλεων, ὧν ἔπεισε, στρατιὰν, ὅσην ἑκασταχόθεν πλείστην ἐδύνατο· καὶ ξυγκαλέσας τοὺς Συρακουσίους, ἔφη, χρῆναι πληροῦν ναῦς ὡς δύναται πλείστας, καὶ ναυμαχίας ἀπόπειραν λαμβάνειν· ἐλπίζειν γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ τι ἔργον ἄξιον τοῦ κινδύνου ἐς τὸν πόλεμον κατεργάσεσθαι. ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, λέγων, οὐδὲ ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδὲ ἀΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ᾽, ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακουσίων ὄντας, καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων, ναυτικοὺς γενέσθαι· καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηροὺς, οἵους καὶ Ἀθηναίους, τοὺς ἀντιτολμῶντας, χαλεπωτάτους [ἂν] αὐτοῖς φαίνεσθαι. ᾧ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς πέλας, οὐ δυνάμει ἔστιν ὅτε προύχοντες, τῷ δὲ θράσει, ἐπιχειροῦντες, καταφοβοῦσι, καὶ σφᾶς ἂν τὸ αὐτὸ ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ὑποσχεῖν. καὶ, Συρακουσίους, εὖ εἰδέναι, ἔφη, τῷ τολμῆσαι ἀπροσδοκήτως πρὸς τὸ

περιέμενε, simpliciter intellecto τό· περιέμ. τὸ παραλ. *ut* acciperet, assumeret Charicles Argivos. Possis et ad vv. ὑπελείπετο τοῦ στρατεύμ. intelligere idem verb. παραλαβεῖν.

Ἀπ᾽ αὐτοῦ] Nempe τοῦ πεῖραν λαμβάνειν. Hoc expeditum satis; at, ἀπ᾽ αὐτοῦ κατεργάσεσθαι, insolentiorem paullo habet usum τοῦ ἀπό· quod tamen vel διὰ explices, vel intellexeris ἀρξαμένους, προελθόντας, ὁρμηθέντας· si *inde cœpissent*, inde *movissent* consilia rationemque gerendi belli; vel, *eo adjutos*, confirmatos. Neque enim spondere illis videatur Gylippus, fore, ut *primo* statim experimento magni aliquid perficiant; sed, eo *initio* usos, deinde plus moturos. Adjuverit quodammodo hunc usum τοῦ ἀπὸ Virg. Æn. 2. 65. *Ab uno disce omnes*, i. e. *ex uno*, unius exemplo usus. Adde 14. 18. ἀπὸ μιᾶς, *ab una*, sc. φωνῆς, ἀρξάμενοι, eadem oratione usi. V. et c. 22. ἀπὸ ξυνθήματος.

Ξυνανέπειθε] Cl. ξυνέπειθε, corrupte. WASS. Ξυναναπείθειν dixit Thucydides VI. 88. Neque tamen probati scriptores refugiunt συμπείθειν. DUCK. Sane est, *simul*, cum Gylippo, *suffragatus* consilio ejus. Neque enim, ut ἀναπείθειν, ita συναναπείθειν, pro simplici πείθειν inveneris.

Τοῦ——ἐπιχειρ. πρ. τ. Ἀθ.] Τοῦ pendet a ξυνανέπειθεν, scil. ὑπὲρ, (cum Schol.) vel περὶ, ἕνεκα· vel pro ὥστε· aut etiam redundet; quo more non raro Paullus illud subjicit verbis παρακαλεῖν, παραινεῖν, idem significantibus, quod πείθειν. Est enim Ebr. ל pro *ad*.

Ἀθυμεῖν] Ἀποκνεῖν infra. *Gottl.* (C. extr.)

Ἐπιχειρήσ.] Potest esse pro Præs. ἐπιχειρεῖν· Sed non det. ἐπιχειρῆσαι tentantem auctoritas libb. defecerit. Acceperim equidem, velut cum Emphasi, aut certe per Metonymiam, satis frequentem illam: ne desperarent, se posse navibus quidquam tentare (*feliciter*, cum *effectu*, cum successu, ὀρθῶς, καλῶς,) contra Athenienses. Ita constiterit futuro vis sua, non sine vi quadam arguta.

Οἵους κ. Ἀθ.] Primo redundat καὶ, ut solet, in distribuendo et opponendo; quippe et hic distinguuntur homines audaces *omnino*, et Athenienses *nominatim*. Nec verti plane debebat *et*; quod abesse, quis senserit: *audentiores homines, quales sint Athenienses*. Deinde, οἵους καὶ Ἀθηναίους, est pro, οἷοι κ. Ἀθηναῖοι εἶεν. Latine certe non licuerit: *Viros audentes, quales Athenienses*: (quarto casu.) Liv. 2. 28. init. *unum—virum;—qualis App. Claudius fuerit, momento temporis, discussurum illos cœtus fuisse: Qualis —fuerit*, non, *qualem App. Claudium*. Nec Latine satis dixeris *tali viro, quali tibi*, pro, *qualis tu sis*; at Græce licuerit: (τοιούτῳ,) οἵῳ σοί. Ad οἵους intell. εἶναι· id ipsum tamen pro οἷοί εἰσιν οἱ Ἀθ.

Ἀθηναίων ναυτικὸν ἀντιστῆναι, πλέον, διὰ τὸ τοιοῦτον ἐκπλαγέντων αὐτῶν, περιεσομένους, ἢ Ἀθηναίους τῇ ἐπιστήμῃ τὴν Συρακουσίων ἀπειρίαν βλάψοντας. ἰέναι οὖν ἐκέλευεν ἐς τὴν πεῖραν τοῦ ναυτικοῦ, καὶ μὴ ἀποκνεῖν. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, τοῦ τε Γυλίππου καὶ τοῦ Ἑρμοκράτους, καὶ εἴ του ἄλλου, πειθόντων, ὥρμηντό τε ἐς τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρουν.

κβʹ. 22. Ὁ δὲ Γύλιππος, ἐπειδὴ παρεσκευάσατο τὸ ναυτικὸν, ἀγαγὼν ὑπὸ νύκτα πᾶσαν τὴν στρατιὰν τὴν πεζὴν, αὐτὸς μὲν τοῖς ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχεσι κατὰ γῆν ἔμελλε προσβαλεῖν· αἱ δὲ τριήρεις τῶν Συρακουσίων ἅμα καὶ ἀπὸ ξυνθήματος, πέντε μὲν καὶ τριάκοντα ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπέπλεον, αἱ δὲ πέντε καὶ τεσσαράκοντα, ἐκ τοῦ ἐλάσσονος, οὗ ἦν καὶ τὸ νεώριον αὐτοῖς. καὶ περιέπλεον, βουλόμενοι πρὸς τὰς ἐντὸς προσμίξαι, καὶ ἅμα ἐπιπλεῖν τῷ Πλημμυρίῳ, ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν θορυβῶνται. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, διὰ τάχους ἀντιπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς, ταῖς μὲν πέντε καὶ εἴκοσι πρὸς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα τῶν Συρακουσίων, τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι, ἐναυμάχουν, ταῖς δ' ἐπιλοίποις ἀπήντων

Διὰ τὸ τοιοῦτ.] Msqu. omittit τό· tanquam τοιοῦτον sit pro τοιοῦτόν τι, *tale quid*; sed magis est pro τοῦτο· ut 1 Cor. 5. 5. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, i. e. τοῦτον, *illum* ipsum hominem.

Τὴν Συρακουσίων ἀπ.] Cl. τὴν τῶν Συρακουσίων· recte. Wass.

Ἐς τὴν πεῖρ.] Supra, init. cap. ἀπόπειραν. Nil ergo affert præpos. ἀπὸ, aut demit. Etsi supra magis de *primo* periculo, hic de *universa* meditatione.

Εἴ του ἄλλου] Pro, εἴ τις ἄλλος ἦν.

Παρεσκευάσατο] Gr. παρεσκεύαστο. Vide *Polyænum* I. 42. Wass. Non adspernendam, censeo, scripturam Cod. Gr. Παρεσκεύαστο τὸ ναυτικὸν, est, αἱ νῆες ἐπληρώθησαν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων. Utitur ita et alibi illo tempore hujus verbi Thucydides: III. 107. Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο αὐτοῖς. Et IV. 67. Ἐπειδὴ παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις. Ad ea, quæ de discrimine inter νεώρια et νεωσοίκους in Var. Lect. habet Hudsonus, add. quæ ad Pollucem IX. 28. adnotavit Clar. Hemsterhusius. De νεωσοίκοις rursus Hudson. infra ad Cap. 25. Duck.

Ὑπὸ νύκτα] Κατὰ νύκτα, vel ὑπὸ τὴν τ. νυκτὸς παρουσίαν, expl. Æm. Port. Plerumque notat, *paullo ante noctem*. Interdum et *post*, *ad*. Liv. 21. 18. extr. *Sub hanc vocem* (legati Rom.) *succlamatum est*; i. e. *illico* post, *ad*—cum dixisset. At I. 35. init. *sub tempus* (comitiorum) *pueros ablegavit*; i. e. paullo ante. V. Sanct. Minerv. L. 4. C. 6. n. Periz. 6. ut quæ ipse ibi notavi in nova Edit.

Αἱ δὲ τριήρ.] Legendum, aut inserendum, putat Abr. ξύμπασαι vel ἅπασαι ὀγδοήκοντα ἅμα· idque propter artic. αἱ μὲν, αἱ δέ· Tanquam non ipse supra, ad c. 18. (τ. τριάκ.) monuerit, redundare Articulum ad numeros! Deinde οὖσαι quoque adderetur ante ὀγδοήκοντα. Quod si ex 35. et 45. *octoginta* collegit Abr. non video, quî colligendum reliquisse non debeat Thuc. Nec vero, inseri tam multa, quisquam probaverit, aut, quî exciderint in omnibus Libb. assequi possit. Neque vero ad *naves* refertur ἅμα, quasi *summæ* index, sed ad ἐπέπλεον, propter καὶ, quod sequatur, καὶ ἀπὸ ξυνθήμ.

Ἀπὸ ξυνθήμ.] Scil. ὁρμηθεῖσαι, ἐξελθοῦσαι, ἀρξάμεναι· ut c. 21. ἀπ' αὐτοῦ κατεργάσεσθαι.

Ταῖς μ. π. κ. εἴκ.] Rursus redundat Artic. in descriptione, vel partitione.

Ταῖς δ' ἐπιλ.] Scil. σύν. ἐπὶ nil novi affert

ἐπὶ τὰς ἐκ τοῦ νεωρίου περιπλεούσας. καὶ εὐθὺς πρὸ τοῦ στόματος τοῦ μεγάλου λιμένος ἐναυμάχουν, καὶ ἀντεῖχον ἀλλήλοις ἐπιπολὺ, οἱ μὲν, βιάσασθαι βουλόμενοι τὸν ἔσπλουν, οἱ δὲ, κωλύειν.

κγ'. 23. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Γύλιππος, τῶν ἐν τῷ Πλημμυρίῳ Ἀθηναίων πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπικαταβάντων, καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τὴν γνώμην προσεχόντων, φθάνει προσπεσὼν ἅμα τῇ ἕῳ αἰφνιδίως τοῖς τείχεσι· καὶ αἱρεῖ τὸ μέγιστον πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἐλάσσω δύο, οὐχ ὑπομεινάντων τῶν φυλάκων, ὡς εἶδον τὸ μέγιστον ῥᾳδίως ληφθέν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ πρώτου ἁλόντος, χαλεπῶς οἱ ἄνθρωποι, ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα καὶ ὁλκάδα τινὰ κατέφυγον, ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον. τῶν γὰρ Συρακουσίων ταῖς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυσὶ κρατούντων τῇ ναυμαχίᾳ, ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης ἐπεδιώκοντο· ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τειχίσματα ἡλίσκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ῥᾷον παρέπλευσαν. αἱ γὰρ τῶν Συρακουσίων αἱ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι, βιασάμεναι τὰς τῶν Ἀθη-

vocabulo λοιπαῖς, ut nec κατὰ in κατάλοιπος. Ἐπιλοίποις rectius haud dubie, non ἐπιλοίποις· communia enim sunt ita composita, ubi accentus ab ultima revocetur.

Ἐπικαταβ.] Ἐπὶ sign. vel ut *auxilio* essent his, quos aggressi forent Syracusani, vel *adversus* hos, ut his occurrerent.

Τὴν γνώμην προσεχόντων] Τῇ γνώμῃ, quod hic et I. 95. in quinque Mss. legitur, fortassis ortum est e male expresso ν, quod pro ι adscripto accipi potuit. Προσέχειν τὸν νοῦν et τὴν γνώμην ubique dicunt Scriptores Græci: non τῷ νῷ, nec τῇ γνώμῃ. Thucydides II. 11. V. 26. VII. 15. et omnes. Nec quisquam probabit scripturam Cod. Reg. προσαγόντων· qui et paullo ante male ἐπιβάντες. Ἐπικαταβάντες est etiam supra VI. 97. DUCK. Τὴν γνώμην legendum, non τῇ γνώμῃ, vel alter Dativus ostenderit, τῇ ναυμαχίᾳ, et Schol. τὸν νοῦν, nec non Cod. Reg. (utut perperam,) præferens προσαγόντων.

Πρῶτον] Male expl. Schol. *primo statim* (incursu) *impetu*; cum subjiciatur, ἔπειτα δέ. Ad *navem* ergo refertur πρῶτον.

Εὖ πλεούσ.] Uti nos, *welches gut segelte.* Angl. *the best sailor.*

Ἐπεδιώκ.] Non quæritur, an *subinde occurrat* Vulg. quippe ἀποδιώκειν quoque occurrit, sed, utrum *tenori* sit aptius, ἀπεδιώκ. an ἐπεδ. Illud fuerit, *repellebantur*; quod in *pugnantes* tamen cadat, vel obsistentes; hic *jam fugientibus* aptius ἐπεδιώκ. nempe φεύγοντες mox vocantur.

Κ. οἱ Συρ.] Καὶ respondet alteri, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν, scil. τῶν Ἀθηναίων· ut opponantur inter se illi duo.

Αἱ γ. τ. Σ.—ναυμ.] Trajectum, pro, αἱ γ. τ. Συρ. νῆες αἱ πρὸ τ. στόμ. ναυμ. ut Jac. 1. 5. παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, pro, παρὰ τ. θεοῦ, τοῦ διδ. πᾶσ. ἁπλ. Herodot. 1. 34. extr. τῶν μελλόντων οἱ γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα· pro, τ. κακῶν τ. μελλ. γεν. οἱ κατὰ τ. παῖδα. Et paullo infra ibid. εἰωθότα στρατηγέειν μιν τῶν Λυδῶν οὐκέτι—ἐξέπεμψε· pro, οὐκέτι ἐξέπ. μιν, εἰωθότα στρατ. τ. Λ. Liv. 6. *et imminentem molem libertati*, pro, et molem libertati imminentem. Observanda hæc sunt, ne jungas non jungenda, neu structura laboret, quin et sensus, hinc oneratus adjectione aliena, hinc destitutus necessaria notione. 1 Thess. 1. 4. εἰδότες—ὑπὸ θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν· non ὑπὸ θεοῦ εἰδότες, sed, εἰδ. τ. ἐκλ. ὑμ. ὑπὸ θεοῦ, beneficia *divinitus* vobis *tributa*; vel, vos *divinitus factos* Christianos.

Βιασάμ.] Νικήσασαι expl. Schol. qs. per Meton. sed largius, quam pro vi verbi respondet hic nostro *forciren, vi perrumpere* et *pellere.*

καίων ναῦς, οὐδενὶ κόσμῳ ἐσέπλεον, καὶ ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας, παρέδοσαν τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις. ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν, καὶ ὑφ᾽ ὧν τοπρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς τῶν Συρακουσίων κατέδυσαν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσον ἐκ τριῶν νεῶν οὓς ἐζώγρησαν. τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες διεφθάρησαν. τὰ δὲ ναυάγια ἀνελκύσαντες τῶν Συρακουσίων, καὶ τροπαῖον ἐν τῷ νησιδίῳ στήσαντες τῷ πρὸ τοῦ Πλημμυρίου, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον.

κδʹ. 24. Οἱ δὲ Συρακούσιοι κατὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν οὕτως ἐπεπράγεσαν, τὰ δ᾽ ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχη εἶχον, καὶ τροπαῖα ἔστησαν αὐτῶν τρία. καὶ τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον λειφθέντοιν κατέβαλον, τὰ δὲ δύο ἐπισκευάσαντες ἐφρούρουν. ἄνθρωποι δ᾽ ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοὶ, καὶ χρήματα, πολλὰ τὰ ξύμπαντα, ἑάλω. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα, καὶ σῖτος, ἐνῆν, πολλὰ δὲ καὶ τῶν τριηράρχων· ἐπεὶ καὶ ἱστία τεσσαράκοντα τριηρῶν καὶ τἄλλα σκεύη ἐγκατελείφθη, καὶ τριήρεις ἀνελκυσμέναι τρεῖς. μέγιστον δὲ καὶ ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε τὸ στράτευμα [τὸ] τῶν Ἀθηναίων ἡ τοῦ Πλημμυρίου λῆψις· οὐ γὰρ

Ταραχθ.] Hoc quoque largius expl. Schol. περιπίπτουσαι· Est tantum, *turbatæ inter se*; περὶ pro ἐν. Port. vertens, *cum colliderentur*, videri possit legisse ἀραχθεῖσαι· non male; aut Schol. secutus est.

Πλὴν ὅσ.—— —οὓς ἐζώγρ.] Redundat ὅσον ad πλὴν, aut unum cum eo vocab. constituit, ut in μικρὸν ὅσον, Ebr. 10. 37. Debebat, πλὴν ὅσους —ἐζώγρησαν, ut et οὓς abesset. Ad μόνον quoque redundet ὅσον.

Νησιδίῳ] Insulam intellige Ortygiam, Ibyci tempore aggere continenti adjunctam, ponte vero Ciceronis ævo. vid. Strabonem I. 59. VI. 270. Diodor. V. p. 200. Cic. Verrin. IV. 52. 53. Wass.

Χρήματα] V. ad c. 25. init. ad Schol. γέμ. χρημ.

Ὥστε γὰρ] Pro καθάπερ positum, docet Abresch. ad h. l. a quo allatis adde Hom. Il. 2. 289. 290. ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ, χῆραί τε γυναῖκες, Ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἶκόνδε νέεσθαι. (Quem locum haud minus hoc Nostri respexisse Hesych. potest:) *Lamentantur* (Græci) *inter se* (cupientes) *reverti domum*, ὥστε, *ceu*, tanquam, *veluti*, *non secus*, *ac pueri teneri*, *et mulieres viduæ*; (ad parentes nimirum reversuræ post mortem maritorum, ut Naëmi in Lib. Ruth.) ὥστε σύγγονον βροτοῖσι, quod ex Æschyli Agam. vs. 83. affert. Abr. esse potest, pro, οὕτω (γὰρ) σύγγ. (ἐστὶ) βροτ.

Ἀνελκυσμέναι] Hoc sine dubio est vitium Editionum e Stephaniana in recentiores propagatum pro ἀνειλκυσμέναι. Vid. Var. Lect. Duck.

Μέγ. —ἐκάκ. —ἡ λῆψ.] Aliena fere sunt, et contorta, (ut solent interdum,) quæ hic affert Abr. neque expediant usum Nominativi simpliciter positi, μέγιστον, i. e. ὡς μέγιστον, vel, ὃ (δὲ) ἦν τὸ μέγ. aut pro Adverbio quoque, (utut inusitato,) μεγίστως *maxime*. V. Philol. Thuc. Paull. p. 169. lit. δ) et 170. init. ubi simillimum attuli Nostri locum, 1. 132. init. μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται· duriori etiam positu, quam h. l. ubi mollissime coëat μέγιστον ἐκάκωσε, p. ὡς μέγ. *ut* maximum. *tanquam* maximum; (incommodum;) *maxime* denique. Et plura ibi similiter dicta reperies.

ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων, (οἱ γὰρ Συρακούσιοι ναυσὶν αὐτόθι ἐφορμοῦντες ἐκώλυον·) καὶ διὰ μάχης ἤδη ἐγίγνοντο αἱ ἐσκομιδαί· ἔς τε τὰ ἄλλα κατάπληξιν παρέσχε καὶ ἀθυμίαν τῷ στρατεύματι.

κέ. 25. Μετὰ δὲ τοῦτο ναῦς τε ἐκπέμπουσι δώδεκα οἱ Συρακούσιοι, καὶ Ἀγάθαρχον ἐπ' αὐτῶν Συρακούσιον ἄρχοντα. καὶ αὐτῶν μία μὲν ἐς Πελοπόννησον ᾤχετο, πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τὰ σφέτερα φράσωσιν, ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσί, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι. αἱ δὲ ἕνδεκα νῆες πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμεναι, πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων, ἐπιτυχοῦσαι, τὰ πολλὰ διέφθειραν, καὶ ξύλα ναυπηγήσιμα ἐν τῇ Καυλωνιάτιδι κατέκαυσαν, ἃ τοῖς Ἀθηναίοις ἕτοιμα ἦν. ἔς τε Λοκροὺς μετὰ ταῦτα ἦλθον. καὶ ὁρμουσῶν αὐτῶν, κατέπλευσε μία τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου, ἄγουσα Θεσπιέων ὁπλίτας. καὶ ἀναλαβόντες αὐτοὺς οἱ Συρακούσιοι ἐπὶ τὰς ναῦς, παρέπλεον ἐπ' οἴκου. φυλάξαντες δ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναυσὶ πρὸς τοῖς Μεγάροις, μίαν μὲν ναῦν λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλ' ἀποφεύ-

Οὐδ' οἱ — ἐπιτηδείων] Thom. Magister pro ἔσπλοι, διέπλοι legit, pro διέσπλοι opinor. Wass. Verba Thomæ in ἐπαγωγὸς sunt: Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ· οὐδ' οἱ διέπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τοῖς ἐπαγωγοῖς τῶν ἐπιτηδείων. ἤγουν, τοῖς κομίζουσι τὰ ἐπιτήδεια. Hæc multiplici vitio laborant. Pro διέπλοι Kuhnius ad Æliani. VII. Var. Hist. 8. legit διέκπλοι. Duck.

Αἱ δὲ ἐνδ.] Aut redundat artic. αἱ, aut, quia *duodecim* posuit, int. λοιπαὶ, ἄλλαι.

Ἐν τῇ Καυλωνιάτιδι] In Bruttiis circa Cauloniam: ut ex eo liquet, quod paullo ante πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, et mox ἔς τε Λοκροὺς μετὰ ταῦτα ἦλθον, dicit. Nam tota illa pars Italiæ πολύδενδρος erat, et, ut Thucydides VI. 90. ξύλα ἄφθονα habebat. Erat etiam, si Stephano de Urbib. fides habenda est, Caulonia Urbs Siciliæ. Eam Cluverius Sicil. Ant. Lib. II. pag. 349. a Siculis Calloniam, a Stephano autem Καυλωνίαν dictam suspicatur. Ortelius putat, Stephanum scribentem; ἔστι καὶ ἄλλη (Καυλωνία) Σικελίας, more suo postremam hanc Italiæ partem, in qua Caulonia erat, Siciliam nominare. Sed hoc minime probabile est, quum mox addat Stephanus: ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν· nam ita bis eamdem urbem in eadem regione nominasset. Pinedo ad Stephanum scribit, Cauloniæ in Sicilia et etiam Scylacem mentionem facere in Sicilia, et Strabonem Lib. VI. quo nomine acerbe in eum invehitur, et bardum, stupidum, et Geographiæ ac Linguæ Græcæ imperitum vocat Berkelius. De Scylace quidem plane fallitur Pinedo: nam is in descriptione Siciliæ disertis verbis Cauloniam in continente Italia ponit, pag. 10. Ed. Gron. Sed Strabo Lib. VI. pag. 261. de Caulonia ita scribit, quasi etiam in Sicilia Urbs hoc nomine fuerit: Ἔστι δ', inquit, ἔρημος· (nempe Caulonia Italiæ) οἱ γὰρ ἔχοντες ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον, καὶ τὴν ἐκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν. Si postrema hæc verba Strabonis non sunt intelligenda de Caulonia Siciliæ: debuisset Berkelius docere, quæ illorum sententia esset, ne et alii bardi ac stupidi in eumdem errorem, quem Pinedo objicit, inciderent. Nam et Causaubonum, in quem elogia illa minime conveniunt, existimasse, Cauloniam Siciliæ Cauloniatis, qui patria pulsi in Siciliam venerant, conditam, ex iis intelligi potest, quæ ad hæc verba Strabonis, ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον, adnotat. Duck.

γουσιν ἐς τὰς Συρακούσας. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σταυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, οὓς οἱ Συρακούσιοι πρὸ τῶν παλαιῶν νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν ἐμβαλόντες. προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι, πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ παραφράγματα, ἔκ τε τῶν ἀκατίων ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς, καὶ ἀνέκλων, καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἀπὸ τῶν νεωσοίκων ἔβαλλον· οἱ δ' ἐκ τῆς ὁλκάδος ἀντέβαλλον· καὶ τέλος τοὺς πολλοὺς τῶν σταυρῶν ἀνεῖλον οἱ Ἀθηναῖοι. χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σταυρώσεως ἡ κρύφιος. ἦσαν γὰρ τῶν σταυρῶν, οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν· ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ οὐ προϊδών τις, ὥσπερ περὶ ἕρμα, περιβάλῃ τὴν ναῦν. ἀλλὰ καὶ τούτους κολυμβηταὶ δυόμενοι ἐξέπριον μισθοῦ. ὅμως δ' αὖθις οἱ Συρακούσιοι ἐσταύρωσαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ἀλλήλους (οἷον εἰκὸς, τῶν στρατοπέδων ἐγγὺς ὄντων, καὶ ἀντιτεταγμένων,) ἐμηχανῶντο, καὶ ἀκροβολισμοῖς καὶ πείραις παντοίαις ἐχρῶντο. ἔπεμψαν

Ναῦν μυριοφόρον] Vide Pollucem IV. 165. Wass. Adde Casaubonum ad Strabon. III. pag. 151. Ed. Amstel. Salmasium Observat. ad Jus Attic. et Rom. p. 734. et Interpretes Pollucis ad I. 82. Anonymus apud Suidam in πλάτη itidem, ut Thucydides, memorat navem μυριοφόρον πύργοις τε καὶ περιφράγμασι παντοίοις instructam. Ξύλινα παραφράγματα munitionis dicit Thucyd. IV. 115. Duck.

Ὤνευον] Vide Suidam h. v. qui pro ὄνευος in Scholiaste, et quidem rectius, legit ὄνος. Thomas Magister in ὤνευον etiam ἀκάτων habet, ut plerique Mss. Wass. In Suida etiam alia quædam melius leguntur, quam in Scholiaste. Ὤνευον Ælius Dionysius apud Eustathium in Homer Il. λ'. p. 862. exponit ἐκίνουν καὶ περιῆγον. Et sic Suidas et Thomas. De voce ὄνος, unde ὀνεύειν, habet quædam Is. Vossius ad Catullum pag. 326. *Suculam* vertunt Lexica, et hic Acacius. Sed ἀνακλᾷν hic non est, quod Idem, et Portus, putarunt, *frangere*, verum, *sursum attollendo convellere et educere*. Suidas et Scholiastes exponunt: *e fundo evellere*. Sic Thucydides II. 76. et alii apud Lipsium V. Poliorceticor. 8. ἀνακλᾷν machinam muro incussam, dicunt, eos, qui laqueis injecti eam attollunt, et avertunt. Et in aliis generibus loquendi non frangendi, sed inflectendi et in altum tollendi, significationem habet. Aristænetus I. Epist. 3. Ὡς ἀνακλᾷν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων βοτρύων. Lucianus de Gymnas. pag. 272. Ἡ δεξιὰ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη. Duck.

Ἐξέπριον] Agnoscit Pollux VII. 114. Wass.

Ὑπερέχοντ.] Int. ὡς, i. e. ὥστε ὑπερέχειν, (ita,) *ut* exstarent; qs. pro Adverb. ὑπερεχόντως. Ita Lat. *rectum statuere, transversum injicere, imponere*, pro, *ex* transverso.

Μὴ οὐ προϊδ.] Int. φοβουμένων, φυλαττομένων, vel οἷς· difficile, periculosum erat, accedere, *ne*, scil. *cum timendum*, cavendum esset.

Περιβάλῃ] Dictum, ut, περιπεσεῖν νόσῳ, κινδύνοις, pro ἐμπεσεῖν. Ac sic fortasse 1 Tim. 6. 10. περιέπειραν ἑαυτοὺς ὀδύναις, pro ἐνέπειραν. Ubi tamen vis sua constiterit τῷ περὶ *undique*, totos sese, induere, *confixere* doloribus, ceu *spinis*, per quas incesserint. (Hom. Il. 5. 399. ὀδύνῃσι πεπαρμένος.) Certe Actor. 27. 41. propius etiam ad Nostri locum: περιπεσόντες εἰς τόπον διθάλασσον. Et cum *expellere*, ἐξοκεῖλαι, ἐξῶσαι, (Act. 27: 39.) ἐξ habeat pro εἰς, Noster L. 1. de clypeo Brasidæ; ἐς τὴν ἠϊόνα περιεῤῥύη, effluxit, *elapsus* est *in* litus. περιπλακῆναι quoque pro ἐμπλακ. inveneris.

Ἐσταύρ.] i. e. τὴν σταύρωσιν ἐποιήσαντο.

δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακούσιοι Κορινθίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λακεδαιμονίων, ἀγγελοῦντας τήν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν, καὶ τῆς ναυμαχίας πέρι, ὡς, οὐ τῇ τῶν πολεμίων ἰσχύϊ μᾶλλον, ἢ τῇ σφετέρᾳ ταραχῇ, ἡσσηθεῖεν· τά τε ἄλλα αὖ δηλώσοντας, ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων ἄλλῃ στρατιᾷ, καὶ, ἢν φθάσωσιν αὐτοὶ πρότερον διαφθείραντες τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπολεμησόμενον. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ ταῦτα ἔπρασσον.

κστ΄. 26. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ἐπεὶ ξυνελέγη αὐτῷ τὸ στράτευμα, ὃ ἔδει ἔχοντα ἐς τὴν Σικελίαν βοηθεῖν, ἄρας ἐκ τῆς Αἰγίνης, καὶ πλεύσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον, τῷ τε Χαρικλεῖ καὶ ταῖς τριάκοντα ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων ξυμμίσγει. καὶ

Verbum simpliciter sine casu, ut φυλάσσειν pro φυλακὴν ποιεῖσθαι. V. Phil. Thuc. Paull. p. 74. extr. lit. γ.)

Πρέσβ.—Κορινθ. rel.] Nempe non sui corporis homines, ne essent κωμικοὶ μάρτυρες, quos Cic. vocat in Epist. Fam. 2. 13. domestici testes et suspecti, sed exteri, minus faventes ipsorum laudi; peritiores iidem (ut Corinthii), rei navalis.

Ὡς οὐ τῇ, rel.] Ante ὡς int. καὶ, et de prœlio omnino, commissum esse, *et*, non vi hostium, sed, rel. Latine intellexeris, nempe; ut apud Liv. 21. 10. extr. *omnia inquisita, et cognita: prœoccupatos——animos esse*; i. e. *et cognitum*, vel, *nempe*, cognitum est: *cognita* enim jam habet casum materiæ (objecti) *omnia*, ut hic ἀγγελοῦντες jam habet ναυμαχίας πέρι, i. e. τὴν ναυμαχίαν. Cornel. Eum. c. 11. 2. *multi, qui formam ejus* cognoscere *studebant*, (an *studerent*, ut antea *qui vellent*, qui cuperent? aut *qui* delendum;) *qualis esset, quem timuissent*. Ad *qualis esset* int. *et*, vel *nimirum*; nam *cognoscere* habet jam casum suum, *formam ejus*.

Ξυμβ. ἐπ' αὐτ.] Ad Syracusanos si refertur αὐτοὺς, ut sane par est, quia nominati non sunt Athenienses in proximo: ἐπὶ fuerit pro πρὸς, et ξυμβοηθεῖν, *auxilii* (ferundi) *caussa accelerare*. Si fieri possit, ut, obscurius quidem ac remotius, ad Athenienses referatur αὐτοὺς, propter ἐπὶ, quod semper, tali in caussa, sit *contra*: ξμβοηθεῖν erit *aggredi*, impugnare.

Ὡς κ. τ. Ἀθ.] Ὡς de re *vera*, *quia* et Athenienses, rel. ut supra jam subinde, et 2 Pet. 1. 3. et Nostro, 1. 134. ὡς ἄγος αὐτοῖς τὸ πεπραγμένον, *quia*, *quandoquidem* piaculum commisissent.

Προσδοκίμ. ὄντ.] Non *active* tantum accepit Schol. quod possit, ut φρόνιμος, ὠφέλιμος, κάρπιμος, θανάσιμος· sed *falso* plane, pro θαῤῥούντων, et inepte, ad Dativum, ἄλλῃ στρατιᾷ· ubi enim Dativum habet προσδοκᾷν; Ad στρατιᾷ int. σύν· quod Athenienses exspectentur (ab ipsis Syracusanis,) venturi *cum* aliis copiis, i. e. novis. Ut enim *novus* pro *alio*, ita hoc pro illo, ob conjunctionem harum notionum summam.

Φθάσ. πρότ.] Simili Pleonasmo Liv. 21. 20. extr. *prœoccupatos jam ante animos*.

Διαπολεμησόμενον] Medium pro passivo, ut supra Cap. 14. διαπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεί. Hoc frequens est Thucydidi in verbis futuri temporis. III. 2. στερήσεσθαι pro στερηθήσεσθαι. III. 109. πολιορκήσεται pro πολιορκηθήσεται. IV. 115. προσάξεσθαι pro προσαχθήσεσθαι· et alibi sæpissime. Adnotata sunt quædam hujus generis ad II. 87. Nec desunt exempla enallages casus participii, præcedente, vel sequente genitivo absoluto, ut hoc loco. Plutarchus Numa pag. 127. Ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεὸς, ἀγαπᾷν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. Thucydides V. 60. Νομίζοντες ἐν καλῷ σφίσι παρατυχὸν ξυμβαλεῖν, καὶ πανταχόθεν αὐτῶν ἀποκεκλεισμένων καὶ ὑπὸ ἱππέων καὶ πεζῶν οὐδὲν δράσαντες ἄξιον τῆς παρασκευῆς ἀπιέναι. Et in hoc, quod a Stephano alicubi observatum, puto, apud Aristotelem, IV. Histor. Anim. Ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι. Duck.

Ταῖς τριάκ. ν.] Et hic redundat Artic.

παραλαβόντες τῶν Ἀργείων ὁπλίτας [τινὰς] ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον ἐς τὴν Λακωνικήν. καὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἐπιδαύρου τι τῆς Λιμηρᾶς ἐδῄωσαν· ἔπειτα, σχόντες ἐς τὰ καταντικρὺ Κυθήρων τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι, τῆς τε γῆς ἔστιν ἃ ἐδῄωσαν, καὶ ἐτείχισαν ἰσθμῶδές τι χωρίον, ἵνα δὴ οἵ τε Εἵλωτες τῶν Λακεδαιμονίων αὐτόσε αὐτομολῶσι, καὶ λῃσταὶ ἐξ αὐτοῦ, ὥσπερ ἐκ τῆς Πύλου, ἁρπαγὴν ποιῶνται. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης εὐθὺς, ἐπειδὴ ξυγκατέλαβε τὸ χωρίον, ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὅπως, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ξυμμάχων παραλαβὼν, τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν ὁτιτάχιστα ποιῆται· ὁ δὲ Χαρικλῆς, περιμείνας, ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ, ἀπεκομίζετο καὶ αὐτὸς ὕστερον ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ἐπ' οἴκου, καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα.

κζʹ. 27. Ἀφίκοντο δὲ καὶ τῶν Θρακῶν τῶν μαχαιροφόρων τοῦ Διακοῦ γένους ἐς τὰς Ἀθήνας πελτασταὶ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ τριακόσιοι καὶ χίλιοι, οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ἐς τὴν Σικελίαν ξυμπλεῖν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς ὕστερον ἧκον, διενοοῦντο

ταῖς, ut non memoratis, proxime certe, 30. navibus.

Σχόντες—χωρίον] Suidas in σχόντες, Καὶ σχόντες etc. et explicat ὀκείλαντες, προσορμισθέντες. Κυθήρων. recte addit Λακωνικῆς. Est enim et ejusdem nominis urbs in Cypro. Has non semper distinguunt Scholiastæ. Insula hæc est et oppidum in loco edito juxta Maleam Promontorium. Pluraliter efferunt Herodotus, Polybius, Laërtius, Aristides, Pausan. et Nonnus p. 1059. Plutarchus Cleom. p. 819. ubi pro σχολαῖς cum Ms. λέσχαις reponendum. Sed nec aliter Diodor. Ælian. de Animal. XVII. 6. Hesiod. Κυθήροισι ζαθέοισιν. Insula ipsa Κυθηραία, et Πορφύρουσσαι, ut Steph. ex Aristotele, vel Πορφύρουσα, uti ad Dionysium Eustathius. Hanc lectionem sequi videtur Isidorus Orig. XIV. 6. *Cytherea*, inquit, *Porphyris antea.* At, si Plinium sequitur, *Cythera* legendum; quomodo etiam Tacitus, ita certe unus e Codicibus Cantab. Mss. sin vero Solinum, *Cytheræ.* Quo Solini loco voces, *id est, Creticis*, aliam sedem, quam in Salmasiana, obtinent, post nempe *verberatur;* nec intercedo, quo minus deleantur. De situ oppidi adeas Plinium, et Pausan. III. 23. Huc spectat Epigr. Posidippi, ineditum: "Α Κύπρον, ἅτε Κύθηρα, καὶ ἃ Μίλητον ἐποιχνεῖς, Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον, Ἔλθοις ἵλαος Καλλιστίῳ, ἣ τὸν ἐραστὴν Οὐδέποτ' οἰκείων ὦσεν ἀπὸ προθύρων. Confer Donatum ad Virg. p. 1442. 1491. Wass.

Ξυγκατέλασε] Ξυνκατέβαλε fere in aliis auctoribus Mss. veterrimi. Wass. ξυγκατέβαλε præfert Abr. vertens cum Acac. "Chariclem in fundamentis jaciendis adjuvit." Tanquam fundari dici possit χωρίον ipsum, quod jam *sit.* Immo unice verum ξυγκατέλαβε, *cepit*, occupavit cum illo. Ex Codd. quidem hic constitui nihil potest, usque confundentibus ista duo. Verteris idem: *munimentis comprehendit*, ambiit. Illud melius. Sequ. tamen ἐξετείχισε.

Ἐκεῖθ. ξυμμ. παραλ.] Int. τινὰς, μέρος. ἐκεῖθεν est, solita Nostri brevitate, pro τῶν ἐκεῖ (ὄντων) ξυμμ. παραλ. (τινὰς) ἐκεῖθεν· sociorum, qui *ibi* essent, quosdam *inde* secum abduxit.

Ἐξετείχ.] Non video, cur non ad Chariclem quoque, proxime nominatum, referatur: donec adjuvisset eum in perficienda munitione.

Καὶ αὐτὸς] Refertur ad id, quod sequ. καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα· *et ipse, et* Argivi cum eo. Neque enim Demosthenes cum eo abiit.

Τοῦ Διακοῦ γένους] Pro iis, quæ de varietate scripturæ monet Scholiastes editus, in Cass. hæc leguntur: Δῖοι, Θρακῶν γένος, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ λέγει. Duck.

αὐτοὺς πάλιν ὅθεν ἦλθον, ἐς Θρᾴκην, ἀποπέμπειν. τὸ γὰρ ἔχειν πρὸς τὸν ἐκ τῆς Δεκελείας πόλεμον αὐτοὺς, πολυτελὲς ἐφαίνετο. δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δεκέλεια, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς ἐν τῷ θέρει τούτῳ τειχισθεῖσα, ὕστερον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων, κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιουσῶν τῇ χώρᾳ, ἐπῳκεῖτο, πολλὰ ἔβλαπτε τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις χρημάτων τ᾽ ὀλέθρῳ καὶ ἀνθρώπων φθορᾷ ἐκάκωσε τὰ πράγματα. πρότερον μὲν γὰρ βραχεῖαι γιγνόμεναι αἱ εἰσβολαὶ, τὸν ἄλλον χρόνον τῆς γῆς ἀπολαύειν οὐκ ἐκώλυον· τότε δὲ, ξυνεχῶς ἐπικαθημένων, καὶ ὁτὲ μὲν καὶ πλεόνων ἐπιόντων, ὁτὲ δ᾽ ἐξ ἀνάγκης τῆς ἴσης φρουρᾶς καταθεούσης τε τὴν χώραν, καὶ λῃστείας ποιουμένης, βασιλέως τε παρόντος τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων, Ἄγιδος, ὃς οὐκ ἐκ παρέργου τὸν πόλεμον ἐποιεῖτο, μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπτοντο· τῆς τε γὰρ χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο, καὶ ἀνδραπόδων πλέον ἢ δύο μυριάδες ηὐτομολήκεσαν, καὶ τούτων πολὺ μέρος χειροτέχναι· πρόβατά τε πάντα

Ἐκ τῆς Δεκελείας] Suidas in πολυτελές· ubi omittit articulum, ut Cod. Ar. Wass.

Ἡ Δεκέλεια] Confer omnino Lesbonactis Oration. pag. 201. Ed. Hanov. Wass.

Διαδ. χρ.] Ferri possit, quippe et χρόνου sunt διαδοχαὶ, quæ διαστήματα tamen magis vocentur, nec *successionem* tempori ipsi tribueris. *Cui* enim succedat? καιροῖς illa, excipientibus sese, congruerit. An leg. χρόνῳ· aut sic intellige ipsum Genit. qs. κατὰ χρόνον, διὰ χρόνου, ἐκ χρόνου, γενομένην. Nam διαδοχὴ ad custodes, vel præsidium, utique referatur, stationumque vices et *successiones*.

Ἀνθρώπων φθορᾷ] *Valla* verterat, hominum *amissione*; Portus maluit, *interitu*: sine causa. Thucydides II. 47. φθορὰν ἀνθρώπων dicit de pestilentia; sed hic sermo est de jactura mancipiorum, quæ ad hostem transfugiebant, ut ostendunt sequentia. Duck.

Βραχεῖαι] i. e. a) *ex propinquo*, eoque b) brevi *tempore*. Ita e diverso *longinquum* bellum Livio sign. et *loci* intervallo spatiique remotum, et *tempore* diuturnum.

Ἐπικαθημ.] Int. τῶν φρουρῶν. 3. 10. φυλακὴν ἐπεκαθίσαντο τῷ τείχει. Abr. Immo simpliciter int. αὐτῶν, nempe τ. Ἀθηναίων, qui infra nominentur: ἐβλάπτοντο οἱ Ἀθηναῖοι. Quod respicienti, sane scribendum esset, ἐπικαθήμενοι· sed nimirum ita solet Noster; et vero plures Genitivi simpliciter positi inseruntur, τῆς φυλακῆς, τοῦ βασιλέως. Locum affert Abr. Herodoti 6. 72. ἐπικαθήμενος διπλῇ χειρὶ ἀργυρίου.

Ὁτὲ μὲν] Reg. ὅτε μὲν, et mox ὅτε δέ. Ita antiqui scribebant pro ποτὲ, non ὁτέ. Eustathius in Homer. Il. λ΄. pag. 831. Il. ρ΄. 1101. et Il. σ΄. 1166. Pro ὁτὲ δὲ Homerus Il. λ΄. 65. et Il. σ΄. 602. etiam ἄλλοτε δὲ dicit. Et Theocritus I. 35. Dorice ἄλλοκα δέ. Vid. Heinsium Lection. Theocr. Cap. II. Duck.

Τ. ἴσ. φρουρ.] Si differant inter se verba, quæ sequantur, καταθεούσης et λῃστείας ποιουμένης· (id quod videri possit propter τε et καί·) non laboraverim in explicando voc. ἴσης· *par* numerus militum ex præsidio incursiones faciebat et populabatur terram; sed nimirum idem hæc duo valent. Nec vero ad causam tenoremve rei quidquam pertinuerit *idoneum* præsidium, justum; nec *solitum* sign. ἴσος. Exempla requiro: sed misere velim, ἴσης φρουρᾶς interpretari me posse, *eodem*, illo *ipso* præsidio decurrente, quod nimirum et locum tueri *idem* cogeretur. Certe ὁ αὐτὸς, et Lat. *idem*, pro *pari*, non minori, æque magno, dicitur: et, τὸ ἴσον ἀνταπόδοτε, 1. 43. idem notat, quod ante, ἀξιοῦμεν τὸ αὐτὸ νομίζεσθαι. Contexto quidem nihil aptius. Ac fortasse idem voluerit Schol. interpretatus, τῆς τεταγμένης· non, ut ἴσης hoc significaret; sed, *idem*, nimirum præsidium, quod ibi esset collocatum.

ἀπολώλει καὶ ὑποζύγια· ἵπποι τε, ὁσημέραι ἐξελαυνόντων τῶν ἱππέων, πρός τε τὴν Δεκέλειαν καταδρομὰς ποιουμένων, καὶ κατὰ τὴν χώραν φυλασσόντων, οἱ μὲν ἀπεχωλοῦντο, ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε, καὶ ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες, οἱ δ' ἐτιτρώσκοντο.

κή. 28. Ἥ τε τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδὴ ἐκ τῆς Εὐβοίας, πρότερον ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ κατὰ γῆς διὰ τῆς Δεκελείας θᾶσσον οὖσα, περὶ Σούνιον, κατὰ θάλασσαν πολυτελὴς ἐγίγνετο· τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ, ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι, φρούριον κατέστη. πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα, καὶ ξύμπαντες, πλὴν τῶν ἱππέων, οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος ἐταλαιπωροῦντο. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπίεζεν, ὅτι δύο πολέμους ἅμα εἶχον. καὶ ἐς φιλονεικίαν καθέστασαν τοιαύτην, ἣν, πρὶν γενέσθαι, ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας. τὸ γὰρ, αὐτοὺς, πολιορκουμένους, ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων, μηδ' ὣς ἀποστῆναι

Ἀπεχωλοῦντο — ταλαιπωροῦντες] Suidas ἀποκρότῳ explicat τραχείᾳ. Hesych. ἀπόκροτον, σκληρόν. *Glossæ, rigidus.* Hunc locum respicit etiam Pollux I. 186. Χωρία τραχέα, εὔλιθα, ὀρεινὰ, ἀπόκροτα. Philo III. de Vita Mosis λιθίνον καὶ ἈΠΌΚΡΟΤΟΝ ψυχὴν ἔχειν· et Xenoph. WASS. Schol. Cass. καταξήρῳ. Plutarchus de Educat. Liberor. pag. 3. ἀπόκροτος καὶ τραχυτέρα τοῦ δέοντος (γῆ). DUCK.

Ἥ τε τ. ἐπιτ.] Male profecto novum hic caput orditur, ita arcte cohæret cum super. Longitudini fortasse datum; nam ne in reliquo quidem Cap. 28. sat commode novum inceperit Caput.

Περὶ Σούνιον] Cl. τότε περὶ Σούνιον. at præcessit πρότερον, et infra Codd. agnoscunt. WASS.

Ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη] Ad hæc verba in marg. Cod. Cass. adscripti erant versus, Tragici alicujus, ut puto: Κἀγώ σε θρηνῶ καὶ κατοικτείρω, πόλις· Καὶ γὰρ πατρὶς πέφυκας τῆς ἐμῆς φύτλης. DUCK.

Ποιούμενοι] Scil. τὴν φυλακήν· per Analogiam repetendum ex verbo φυλάσσοντες· ut Joh. 8. 45. ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ubi ad αὐτοῦ intell. τοῦ ψεύδους, repet. ex voc. ψεύστης· etsi ibi præc. τὸ ψεῦδος, sed non ita, ut per compagem sermonis eo referri possit αὐτοῦ. Abr. ποιούμενοι refert ad νύκτα, *agentes noctem;* Fieri possit per structuram quidem et usum linguæ; sed otiosi aliquid habet in militibus; illud ἐνεργητικώτερον, et magis Thucydideum.

Τὸ γὰρ, αὐτοὺς] Scholiastes putat, ἀπὸ κοινοῦ repetendum esse, ἠπίστησεν ἄν τις, et inde pendere infinitivos sequentes. Eum sequutus Portus, suppleverat, *profecto nullus credidisset.* Nec video, quomodo aliter evōlvi possit structura molestæ hujus periodi. DUCK. Impeditus sane locus, nec, nisi per Anacoluthon, explicandus, ut, deesse, putemus, quod reddatur initio, illi, τὸ γὰρ, αὐτοὺς, unde pendeant deinde Infinitivi, qui sequantur; quod non explevit Portus interpretando, sed imperfectum reliquit, ut in Græco: nempe: *illud vero nemo crederet, aut, futurum, animo præciperet:* vel, *incredibile prorsus erat.* Hoc quidem addito, non video sane, quid difficile aut asperi relinquatur. Nec vero in parenthesin cum Porto conjecerim verba ab οἱ μὲν ἐνιαυτὸν, ad, ἐς τὴν χώραν· neque enim incipit per γὰρ, qui mos est parentheseon; sed, simpliciter pendere, putaverim, a verbis, οἷον (παράλογον τῆς τόλμης) οἱ μὲν ἐνόμιζον αὐτοὺς περιοίσειν ἐνιαυτὸν, οἱ δὲ δύο, οὐδεὶς πλεῖον χρόνον, (περιοίσειν,) εἰ οἱ Πελ. rel. Nil profecto simplicius. In Duker. est ἐνόμιζον, perperam, credo, pro ἐνόμιζεν, ad proximum οὐδείς. Corrigere tamen nolui, quod et ad οἱ μὲν, οἱ δὲ, utut durius, trahi posset.

ἐκ Σικελίας, ἀλλὰ ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν, πόλιν οὐδὲν ἐλάσσονα αὐτήν τε καθ' αὑτὴν τῶν Ἀθηνῶν, καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσον κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου, οἱ μὲν ἐνιαυτὸν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν, οὐδεὶς πλείω χρόνον, ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτοὺς, εἰ οἱ Πελοποννήσιοι ἐσβάλοιεν ἐς τὴν χώραν· ὥστε ἔτει ἑπτακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολὴν ἦλθον ἐς Σικελίαν, ἤδη τῷ πολέμῳ κατὰ πάντα τετρυχωμένοι, καὶ πόλεμον οὐδὲν ἐλάσσω προσανείλοντο τοῦ πρότερον ὑπάρχοντος ἐκ Πελοποννήσου. δι' ἃ καὶ τότε, ὑπό τε τῆς Δεκελείας πολλὰ βλαπτούσης, καὶ τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων, μεγάλων προσπιπτόντων, ἀδύνατοι ἐγένοντο τοῖς χρήμασι· καὶ τὴν εἰκοστὴν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον τῶν κατὰ θάλασσαν ἀντὶ τοῦ φόρου τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησαν, πλείω νομίζοντες ἂν σφίσι χρήματα οὕτω προσιέναι. αἱ μὲν γὰρ δαπάναι οὐχ ὁμοίως καὶ πρὶν, ἀλλὰ πολλῷ μείζους, καθέστασαν, ὅσῳ καὶ μείζων ὁ πόλεμος ἦν· αἱ δὲ πρόσοδοι ἀπώλλυντο.

κθ'. 29. Τοὺς οὖν Θρᾷκας, τοὺς τῷ Δημοσθένει ὑστερήσαντας, διὰ τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν χρημάτων, οὐ βουλόμενοι δαπανᾷν, εὐθὺς ἀπέπεμπον, προστάξαντες κομίσαι αὐτοὺς Διϊτρεφεῖ, καὶ εἰπόντες, ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ (ἐπορεύοντο

Ἀντιπολ] *Et ipsi contra*; Gall. *à leur tour.*

Τὸν παράλογον] Ἀρσενικῶς. Vide Scholiasten Luciani pag. 33. Pollucem, et Thom. Mag. Pro ἐλάσσονα cum Scholiaste mallem ἐλάσσω. Wass. De παράλογος mascul. genere est ad I. 78. et II. 85. In Scholiast. Cod. Cass. hic non adnotata est varietas scripturæ. Duck.

Ἐνόμιζον] V. ad vv. supra, τὸ γὰρ αὐτ. rel.) in extr.

Περιοίσειν] Id est, περιέσεσθαι καὶ ἀνθέξειν· Suidas hunc locum laudans. Duck.

Ὥστε ἔτει] Ὥστε refertur ad παράλογον τοσοῦτον.

Ὑπό τε τ. Δεκ. π. β.] i. e. per damna, incommoda, quæ ex Decelea ipsis inferrentur. Concretum pro Abstracto, ὑπὸ τῆς βλάβης τῆς ἐκ Δεκελείας. V. Philol. Thuc. Paull. p. 102. lit. א) vs. 8.

Ὑπηκ. ἐποίησαν] Pro Medio, ἐποιήσαντο; *sibi* nempe; Aut simpliciter est: *reddiderunt*, effecerunt, conditionem aliam, formulam (*Berfassung*) iis induxerunt.

Νομίζ. ἂν] Ἂν pertinet ad προσιέναι, vel ad πλείω, non ad νομίζοντες, cui subjectum tamen, esse possit *fortasse: weil sie vielleicht*, (vel) *vermuthlich*, (haud dubie) *weil sie glaubten*, cet.

Τῷ Δημ. ὑστερ.] Male pro Genitivo Dativum accipit Abr. Quid enim sit: Thraces serius venerant Demosthene? Immo *ad* Demosthenem. ὑστερεῖν hic est, *serius* venire Demostheni, i. e. *ad* illum. Virg. Æn. 6. 456. *Verus mihi nuntius ergo Venerat*, i. *ad* me. Ovid. ex Pont. *Quæ mihi de rapto tua venit epistola Celso*, i. e. *ad* me perlata est. Certe sign. *qua* Demosthenem, uti scil. illis jussum. Quod enim affert Abr. ὑστερεῖν τῇ διώξει. extr. 1. 134. intell. ἐν· *sie famen mit dem Rachseken zu spät.* Quid enim sit: serius venerunt, *quam* persequendi opera? Id enim est ὑστερεῖν c. Genit. Sed et Thuc. sæpe: ἦλθεν αὐτοῖς ἀγγελία, βοήθεια, rel. i. e. πρὸς αὐτούς· vel, ad *ipsorum usum*, ut hic Demosthenis.

Εἰπόντες] Multa loca Scriptorum veterum, in quibus εἰπεῖν est jubere, de quo hic monet Hudsonus in Var. Lect. e Stephano, congesserunt Viri Docti, qui nuper phrasin Novi Testamenti ex aliis scriptoribus inlustrarunt, ad Matth. IV. 3. et Marc. V. 43. Quibus

γὰρ δι' Εὐρίπου,) καὶ τοὺς πολεμίους, ἤν τι δύνωνται, ἀπ' αὐτῶν βλάψαι. ὁ δὲ ἐς τὴν Τάναγραν ἀπεβίβασεν αὐτοὺς, καὶ ἁρπαγήν τινα ἐποιήσατο διὰ τάχους, καὶ ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀφ' ἑσπέρας διέπλευσε τὸν Εὔριπον· καὶ ἀποβιβάσας ἐς τὴν Βοιωτίαν, ἦγεν αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν. καὶ τὴν μὲν νύκτα λαθὼν, πρὸς τῷ Ἑρμαίῳ ηὐλίζετο· (ἀπέχει δὲ τῆς Μυκαλησσοῦ ἑκκαίδεκα μάλιστα σταδίους·) ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πόλει προσέκειτο, οὔσῃ μεγάλῃ· καὶ αἱρεῖ, ἀφυλάκτοις τε ἐπιπεσὼν, καὶ ἀπροσδοκήτοις, μὴ ἄν ποτε τινὰ σφίσιν ἀπὸ θαλάσσης, τοσοῦτον ἐπαναβάντα, ἐπιθέσθαι, τοῦ τείχους ἀσ-

add. hoc Luciani in Asin. pag. 110. Ἔπειτα τράπεζάν μοι παραθεῖναι εἶπε, et Theocrit. XXX. 40. Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις, Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι Τὰ δεσμὰ οἱ 'πιλῦσαι. Sed sæpe præcedit verbum aliquod jubendi significationem habens, ut in Lucian. l. d. κελεύει, hic προστάξαντες, et in Luca Actor. Apost. XXII. 24. ἐκέλευσε. Ita etiam τὸ λέγειν sumi, ostendunt Perizonius ad Ælian. XIV. 38. et Barnesius, ad Anacr. Carm. XV. Duck. Græcum εἰπεῖν esse pro *jubere*, non magis repugnaverim, quam ignotum sit, *dicto audientem* esse Latinis pro *imperio*, et *dictatorem*, a *dicendo* imperatorem. Homerus quoque Il. 1. init. μῦθον ἐπέτελλε, ἐπείθετο μύθῳ· in quibus *imperium* sign. μῦθος. Non idcirco tamen, quod remoti ab usu et commercio Ebræorum atque alieni fuerint Græci, ex Ebraismo descendere negandum: cujus in antiquioribus Auctorum, Herodoto, Homero, luculenter impressa vestigia ad recentiores deinde transierint, qui a majoribus, ut jam Græca, acciperent, quæ ex Oriente allata tenuissent majores. His nimirum erant primitus Ebraismi, posteris Græcismi, ut jam recepta in usum L. Græcæ.

Ἀπ' αὐτῶν] *Per eos, eorum opera. Schol.* Sic et alibi Thucydides. Apud Anacreontem Carm. XLIII. alia significatione, de cicada: Σὺ γὰρ εἶ φίλος γεωργοῖς, Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων. Tanaq. Faber putat, ibi abundare ἀπό. Fortassis est tmesis poëtica, pro ἀποβλάπτων. Duck. Exempla pro διὰ positi ἀπὸ plurima hic contulit Abr. Ita et Eb. מ pro ב, ut in Psalmis: *celebrabo Deo* מִשִּׁירִי, *a cantico meo*, i. e. *per* canticum. Ita interpretere Luc. 14. 18. (quo jam supra usus mihi videor.) *cœperunt* ἀπὸ μιᾶς, *excusare* se, pro μιᾷ, scil. φωνῇ.

Ἀφ' ἑσπέρ.] Statim *cum* vespera, *simulatque* ingruit vespera.

Μυκαλησσόν.] Urbs sic dicta, quod vacca, Cadmum Thebas ducens, mugitum ediderit. Steph. Καλοῦσι, inquit Strabo p. 404. Βοιωτικῶς Μυκαλήττόν. Condita ergo circa An. 2590. Homerus εὐρύχορον vocat. vid. Schol. ad. Il. β'. 498. et Eustath. p. 202. Ed. Bas. v. Herodot. I. 148. Nostrum vero 7. 30. extr. et Holsten. ad Stephan. Wass.

Καὶ ἀπροσδοκήτοις, μὴ ἄν ποτε] Particula μὴ ex supervacuo additur, ut multis aliis, in quibus implicita, vel expressa negatio est. II. 49. Ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν. V. 25. Ἀπέσχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι. III. 32. Καὶ ἐλπίδα οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον, μή ποτε, τῶν Ἀθηναίων τῆς θαλάσσης κρατούντων, ναῦς Πελοποννησίων ἐς Ἰωνίαν παραβαλεῖν. Eadem ratio est in his, quæ ἀπαγορευτικὰ dicuntur. Vid. ad II. 101. et III. 1. Duck.

Ἀπροσδ. μὴ ἄν ποτε] Redundare τὸ μὴ; recte obs. Ducker. Hic tamen per se acceperim ἀπροσδοκήτοις, *imparatis, securis*, nil *tale*, nil *omnino* timentibus; et ad μήποτε intellexerim νομίζουσι, *quod putarent*. Neque enim Accusat. c. Infinit. subjicitur huic vocabulo, quod aut simpliciter ponatur, aut Genit. τοῦ post se habeat. Obs. etiam, active positum ἀπροσδοκήτοις, pro μὴ προσδοκῶσι. Meam interpretationem juverit etiam locus in Phil. Thuc. P. illustratus, p. 93. lit. ε) init. ex L. 2. c. 11. Adde Perizon. ad Sanct. Min. 4. 5. n. 7. et quæ ibi noto n. ϱ.) V. et mox, ad vv. ἀπὸ θαλ.

Ἀπὸ θαλάσσης] Hoc commate disjunxi (quod non esset in Ducker.) a τοσοῦτον, ut referretur ad ἐπιχειρήσειν, et verba, τοσοῦτον ἀναβάντα, per se intelligerentur tanquam caussa nil metuendi: ut tam longe penetraret in mediterranea. Ad ἀπροσδοκήτοις et μή ποτε adde 3. 36. extr. μετάνοια καὶ ἀναλογισμὸς, (ἐγένετο) ὠμὸν τὸ ψήφισμα· (εἶναι) ubi similiter ad ὠμὸν intell. νομίζουσι, *putantibus*, vel νομιζόντων. Horat. Carm. 3. 16. 5—7. *Si non — — risissent; fore enim tutum iter—Deo*; ad *fore enim* int. *putabant*, certi erant; *norant* addit Schol.

θενοῦς ὄντος, καὶ ἔστιν ᾗ καὶ πεπτωκότος, τοῦ δὲ βραχέος ᾠκοδομημένου, καὶ πυλῶν ἅμα, διὰ τὴν ἄδειαν, ἀνεῳγμένων. ἐσπεσόντες δὲ οἱ Θρᾷκες ἐς τὴν Μυκαλησσὸν, τάς τε οἰκίας καὶ τὰ ἱερὰ ἐπόρθουν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐφόνευον, φειδόμενοι οὔτε πρεσβυτέρας οὔτε νεωτέρας ἡλικίας, ἀλλὰ πάντας ἑξῆς, ὅτῳ ἐντύχοιεν, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κτείνοντες, καὶ προσέτι καὶ ὑποζύγια, καὶ ὅσα ἄλλα ἔμψυχα ἴδοιεν. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατον ἐστί. καὶ τότε ἄλλη τε ταραχὴ οὐκ ὀλίγη, καὶ ἰδέα πᾶσα καθειστήκει ὀλέθρου· καὶ ἐπιπεσόντες διδασκαλείῳ παίδων, ὅπερ μέγιστον ἦν αὐτόθι, καὶ ἄρτι ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες, κατέκοψαν πάντας· καὶ ξυμφορὰ τῇ πόλει πάσῃ οὐδεμιᾶς ἥσσων μᾶλλον ἑτέρας ἀδόκητός τε ἐπέπεσεν αὕτη καὶ δεινή.

λ΄. 30. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, αἰσθόμενοι, ἐβοήθουν, καὶ καταλαβόντες προκεχωρηκότας ἤδη τοὺς Θρᾷκας οὐ πολὺ, τήν τε λείαν ἀφείλοντο, καὶ αὐτοὺς φοβήσαντες, καταδιώκουσιν ἐπὶ τὸν Εὔριπον καὶ τὴν θάλασσαν, οὗ αὐτοῖς τὰ πλοῖα, ἃ ἤγαγεν, ὥρμει. καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτῶν ἐν τῇ ἐσβάσει τοὺς πλείστους, οὔτε ἐπισταμένους νεῖν· τῶν τε ἐν τοῖς πλοίοις, ὡς

Τοὺς ἀνθρώπους ἐφόνευον] Vide Pausaniam p. 21. Ed. Wechel. Huds. Est Atticor. Cap. XXIII. ubi exsequitur cladem Mycalessi. Duck.

Ὅμοια] Sic legendum est; antea ὅμοιον. Auctores Priscianus pag. 1192. et Mss. Huds. Scil. φονικωτάτοις. V. Hemsterhus. ad Luc. (Somn.) p. 3. T. 1. *Gottl.* ex Abr. Probari sane potest, maxime tali auctore; ceterum intellexeris etiam, οὖσι, *qui sint*; quod retuleris ad βαρβαρικοῦ γένους· *qui sint maxime barbari.*

Ἐν ᾧ θαρσ.] *Ubi* nil metuunt. ἐν ᾧ, int. τόπῳ, magis, quam χρόνῳ, vel καιρῷ.

Κ. ξυμφ. —— ἐπέπ.] Impeditiora paullo verba, haud obscura tamen, aut turbato nimis ordine; quem ita constituit Abresch.: καὶ αὕτη ἡ ξυμφορὰ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἥσσων, μᾶλλόν τε ἀδόκ. κ. δεινὴ ἐπέπ. πάσῃ τῇ πόλει. Recte, arbitrer; nec vero aliter possit. Ad ἥσσων tamen int. οὖσα, *cum esset*; *Duo* dicit Thuc. ac si sit: αὕτη ἡ ξυμφ. ἦν οὐδεμ. ἑτ. ἥσσων, καὶ ἐπέπ. πάσῃ τῇ πόλει ἀδόκ. τε καὶ δεινὴ μᾶλλ. ἑτέρας. τε non ad μᾶλλον refertur, sed ad ἀδόκητος, cui respondeat καὶ δεινή. Nam ἥσσων, cui addendum sit οὖσα, ὑπάρχουσα, non requirit τε, (pro καὶ,) quod ei respondeat. ἧσσον autem, e Var. Lect. aut ipsum ἥσσων, cum μᾶλλον jungere, quod fecit tamen, qui potuerit Abr. non assequor. Quid, si μᾶλλον ἑτέρας eliminaveris tanquam Glossema et interpretamentum τοῦ, οὐδεμιᾶς ἥσσων; Hesych. certe, οὐδὲν ἧττον, expl. μᾶλλον· et Nostro sæpius hoc valet, qui idem οὐχ ἥκιστα pro μάλιστα sæpius.

Ἥσσων μᾶλλον] Non recte omittunt μᾶλλον quidam Mss. nam sæpe comparativis additur. Exempla habet Stephanus in Append. ad Scripta de Dialect. pag. 87. Duck.

Προκεχωρηκότας] Cl. προσκεχωρηκότας, non bene. Wass.

Αὐτοῖς] Pro αὐτῶν· *sie hatten sie da stehen.*

Τ. πλείστ.] Si cum Schol.(qui, posse certe, ait.) hoc junxeris τῷ οὔτε ἐπιστ. νεῖν· comma delendum post νεῖν. Et vero placet. Verba autem ἐν τῇ ἐσβ. male præfiguntur Scholio. ἔσβασις autem est Thracum, qui exscendissent, repetentium naves; οἱ ἐν τ. πλοίοις sunt *reliqui* Thracum, in navibus relicti, non egressi cum ceteris.

ἑώρων τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρμισάντων ἔξω τοῦ ζεύγματος τὰ πλοῖα. ἐπεὶ ἔν γε τῇ ἄλλῃ ἀναχωρήσει οὐκ ἀτόπως οἱ Θρᾷκες πρὸς τὸ τῶν Θηβαίων ἱππικὸν, ὅπερ πρῶτον προσέκειτο, προεκθέοντές τε καὶ ξυστρεφόμενοι ἐν ἐπιχωρίῳ τάξει, τὴν φυλακὴν ἐποιοῦντο· καὶ ὀλίγοι αὐτῶν ἐν τούτῳ διεφθάρησαν. μέρος δέ τι καὶ ἐν τῇ πόλει αὐτῇ δι᾽ ἁρπαγὴν ἐγκαταληφθὲν ἀπώλετο. οἱ δὲ ξύμπαντες τῶν Θρᾳκῶν, πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, ἀπὸ τριακοσίων καὶ χιλίων, ἀπέθανον. διέφθειραν δὲ καὶ τῶν Θηβαίων καὶ τῶν ἄλλων, οἳ ξυνεβοήθησαν, ἐς εἴκοσι μάλιστα ἱππέας τε καὶ ὁπλίτας ὁμοῦ, καὶ Θηβαίων τῶν Βοιωταρχῶν, Σκιρφώνδαν· τῶν δὲ Μυκαλησσίων μέρος τι ἀπαναλώθη. τὰ μὲν κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν, πάθει χρησαμένων, οὐδενὸς,

Τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρμισάντων] Scholiastes itidem, ut Marg. pro varia lectione, *τὴν φυγὴν ἀνορμισάντων*. Wass. Non est in Cod. Cass. Duck. Manifesto vera vulgata lectio; cum ob diversum, (oppositum,) οἱ ἐν τοῖς πλοίοις· tum, quod in terra non erat φυγὴ, *fuga*, sed φόνος omnium fere *cædes*.

Ἔξω τοῦ ζεύγματος] Hæc est scriptura vulgata hujus loci; de cujus veritate non sine causa dubitari potest. Non quæro, an probabile sit, naves has proxime Aulidem potius, quod recepta lectio significat, quam in litore Mycalessio, stationem habuisse; nec, quid illis, qui in his erant, magnopere adversus Bœotos profuerit, eas extra pontem eductas esse: hoc unum maximum scrupulum injicit, quod Eubœa, si Diodoro Siculo fides habenda est, tum nondum continenti Bœotiæ aggere ac ponte conjuncta erat. Is enim XIII. pag. 355. auctor est, id demum post cladem Atheniensium in Sicilia, et post defectionem Eubœæ ab Atheniensibus, factum esse. In ea scriptura, quam Valla sequutus est, et Cod. Gr. habet, omnia plana sunt; camque etiam Stephanus in Thesaur. v. ὁρμίζω, et Acacius ad h. l. vulgatæ prætulerunt. Ἐντὸς et ἔξω βελῶν et τοξεύματος adeo usitata sunt in Scriptoribus Græcis, ut etiam in proverbium abierint. Duck. Sane vel a ponte remotæ naves tutiores erant; neque impedit, quod *alius* deinde pons, firmior forte, exstructus fuerit, tum jam fuisse pontem aliquem; utut non talem, qualis deinde fuerit: ligneum forte, aut quamlibet aliam continuationem. Nec *pontem* utique significet ζεῦγμα, sed *claustrum*, *recessum*, *stationem*, *Bucht*, ubi naves ὥρμουν. Nec vero, tam facilem lectionem et obviam, qualis sit ἔξω τοξεύματος, quæ mutandi fuerit caussa, video.

Ἔν γε τῇ ἄλλῃ ἀναχωρήσει] Ad verbum, *in cætero receptu*, i. e. in cætero itinere, quod confecerant sese recipientes, vel recedentes, donec ad naves ventum esset. Steph. i. e. cum *initio* sese reciperent; nam in *altero* receptu, e terra ad naves rejecti, graviter offenderant perturbati; nec deinde e navibus jam pugnarent eo modo, qui hic describatur; *prius* ergo sat commode restiterant.

Οὐκ ἀτόπως] *Non male* (*nicht ungeschicht*). Ita sæpius Cic. *haud absurde dicere*, i. e. probabiliter, satis *recte* (*ganz gut*); *poëta, orator haud absurdus*, *nicht ungeschictt*, non malus, non improbandus, non vituperandus *nicht uneben*.

Ἐν τούτῳ] *Propterea* vertit Frid. Portus, et διὰ, *propter*, expl. Æm. Port. Ebraismum sapit interpretatio ista; malim, *in hoc prælio*, hac prima congressione, vel, *hoc loco*.

Ἐγκαταληφθ.] Ἐγκαταλειφθὲν, unice probat Abr. et ex eo Gottl. ob verba, δι᾽ ἁρπαγὴν et προκεχωρηκότας οὐ πολὺ, init. cap. Alienum utrumque. Nam neque *relicti* erant ob rapinam quasi subsistere jussi; nisi interpretere, *remanserant*, *die zurüct geblieben waren*, quod ipsum tamen in tam subito impetu Thebanorum, et celeriter immutata re, alienum; neque προκεχωρηκότας huc quidquam facit, quod sit, non longe *in terram* progressos, provectos; eo minus ergo ἐγκαταλειφθεῖεν. Retinendum plane ἐγκαταληφθὲν, *deprehensi*, oppressi, *inter* prædandum, *quia* prædæ immorabantur.

Τὰ μὲν] Τὰ μὲν δὴ Gr. recte. Ita alibi Noster, et Demosthenes. Wass.

Πάθει χρησ.] Mussitant Intt. quo referantur hi Genitivi, aut unde pendeant. Portus ita vertit, ut aut non sensisse videretur difficultatem, aut dissimulasse. Equidem, alia transmitti ab illis, malim, quæ, ut doctrinæ lectionisque apparatum expromant, ita ἀκρίβειαν

ὡς ἐπὶ μεγέθει, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἧσσον ὀλοφύρασθαι ἀξίῳ, τοιαῦτα ξυνέβη.

λα΄. 31. Ὁ δὲ Δημοσθένης, τότε ἀποπλέων ἐκ τῆς Κερκύρας μετὰ τὴν ἐκ τῆς Λακωνικῆς τείχισιν, ὁλκάδα ὁρμοῦσαν ἐν Φειᾷ τῇ Ἠλείων λαβὼν, ἐν ᾗ οἱ Κορίνθιοι ὁπλῖται ἐς τὴν Σικελίαν ἔμελλον περαιοῦσθαι, αὐτὴν μὲν διαφθείρει· οἱ δ᾽ ἄνδρες, ἀποφυγόντες, ὕστερον λαβόντες ἄλλην, ἔπλεον. καὶ μετὰ τοῦτο ἀφικόμενος ὁ Δημοσθένης ἐς τὴν Ζάκυνθον καὶ Κεφαλληνίαν, ὁπλίτας τε παρέλαβε, καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου τῶν Μεσσηνίων μετεπέμψατο· καὶ ἐς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον τῆς Ἀκαρνανίας διέβη, ἐς Ἀλυζίαν τε καὶ Ἀνακτόριον, ὃ αὐτοὶ εἶχον. ὄντι δ᾽ αὐτῷ περὶ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ἀπαντᾷ, ἐκ τῆς Σικελίας ἀποπλέων, ὃς τότε τοῦ χειμῶνος, τὰ χρήματα ἄγων τῇ στρατιᾷ, ἀπεπέμφθη, καὶ ἀγγέλλει τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι πύθοιτο κατὰ πλοῦν ἤδη ὢν, τὸ Πλημμύριον ὑπὸ τῶν Συρακουσίων ἑαλωκός. ἀφικνεῖται δὲ καὶ Κόνων παρ᾽ αὐτοὺς, ὃς ἦρχε Ναυπάκτου, ἀγγέλλων, ὅτι αἱ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες τῶν Κορινθίων, αἱ σφίσιν ἀνθορμοῦσαι, οὔτε καταλύουσι τὸν πόλεμον, ναυμαχεῖν τε μέλλουσι· πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανοὺς ὄντας δυοῖν δεούσαις εἴκοσιν ταῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων πέντε καὶ εἴκοσι ναυμαχεῖν. τῷ μὲν οὖν Κόνωνι δέκα ναῦς ὁ Δημοσθένης καὶ ὁ Εὐρυμέδων, τὰς ἄριστα σφίσι πλεούσας, ἀφ᾽ ὧν αὐτοὶ εἶχον, ξυμπέμπουσι πρὸς τὰς

negligant. Aut ergo intell. αὐτῶν, ut sint Genitt. simpliciter positi: *cum* calamitas *illis acciderit*; aut, quia ne sic quidem est, unde pendeat αὐτῶν, ex verbis, κατὰ Μυκαλησσὸν, per Synesin, intell. aut pro illo cogita, τῶν Μυκαλησσίων· quod et Schol. tamen breviter monet.

Ὡς ἐπὶ μεγ.] Quia *simpliciter* ponitur, sine Genitivo, magis est, ut πάθους magnitudinem signarit Thuc. Sane et magnitudo urbis aut tenuitas, apud alios certe, momenti aliquid fecerit ad dolendum. Utrumque fortasse in mente habuerit Thuc. et consulto sic positum, in medio reliquerat.

Μετὰ τ. ἐκ τ. Λ. τείχ.] i. e. ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Λακωνικῆς, μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ (γενομένην) τείχισιν. Sæpius ita Noster. V. Phil. Thuc. Paull. p. 285. et Indic. v. ἐκ. Idem fere vidit Abr. nisi quod omisit addere, ἐν τῇ Λακωνικῇ. Recte Idem tamen monet, *Deceleæ* additamentum in Interpr. esse alienum; ex c. 26. init. ubi, in Laconica tamen factam, appareat.

Ἐν Φειᾷ τῇ Ἠλείων] Vide ad II. 25. Λαβὼν cur invitis omnibus libris scriptis retineatur, nulla causa est. Videtur intrusum ab iis, qui putabant, ita postulare sequens αὐτήν. Sed satis cohæret oratio eo demto, hoc modo: ὁλκάδα—αὐτὴν μὲν διαφθείρει, οἱ δὲ ἄνδρες. D.

Ἀλυζίαν] Apud Ciceronem *Alyzia*, in exemplar. Plinianis *Alyzea* scribitur. ἀπὸ Ἀλύζου παιδὸς Ἰκάρου nomen, inquit Alcmæon, Scriptor apud Strabonem. Λύζεια alicubi a Stephano vocari, autumat Berkelius. Gentilia Ἀλυζεὺς et Ἀλυζαῖος. WASS.

Καὶ Κόνων] Gr. non male, καὶ ὁ Κόνων. W.

Οὔτε καταλ.—ναυμ. τ.] Obs. οὔτε et τε (pro καὶ) opponi vel jungi; ut 1. 17. extr. μήτε—κατεργάζεσθαι, κατὰ πόλεις τε—ἀφανεστ. εἶναι. μήτε, οὔτε hic est pro *et non*, ut *non* ad Verbum pertineat. Livio idem frequens.

Ὡς οὐχ ἱκ.] Ὡς pro ἅτε *quippe qui, quandoquidem*; Rem veram sæpe sign. ὡς.

Τ. ἄρ. σφ. πλ.] i. e. τὰς σφῶν, vel σφετέ-

ἐν τῇ Ναυπάκτῳ· αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τῆς στρατιᾶς τὸν ξύλλογον ἡτοιμάζοντο· Εὐρυμέδων μὲν, ἐς τὴν Κέρκυραν πλεύσας, καὶ πεντεκαίδεκά τε ναῦς πληροῦν κελεύσας αὐτοὺς, καὶ ὁπλίτας καταλεγόμενος· (ξυνῆρχε γὰρ ἤδη Δημοσθένει, ἀποτραπόμενος, ὥσπερ καὶ ἡρέθη·) Δημοσθένης δ᾽ ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἀκαρνανίαν χωρίων σφενδονήτας τε καὶ ἀκοντιστὰς ξυναγείρων.

λβ΄. 32. Οἱ δ᾽ ἐκ τῶν Συρακουσῶν τότε μετὰ τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν πρέσβεις, οἰχόμενοι ἐς τὰς πόλεις, ἐπειδὴ ἔπεισάν τε, καὶ ξυναγείραντες ἔμελλον ἄξειν τὸν στρατὸν, ὁ Νικίας, προπυθόμενος, πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας, καὶ ξυμμάχους, Κεντόριπάς τε καὶ Ἀλικυκαίους, καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφήσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ, ξυστραφέντες, κωλύσωσι διελθεῖν· ἄλλῃ γὰρ αὐτοὺς οὐδὲ πειράσειν· Ἀκραγαντῖνοι γὰρ οὐκ ἐδίδοσαν διὰ τῆς ἑαυτῶν ὁδόν. πορευομένων δ᾽ ἤδη τῶν Σικελιωτῶν, οἱ Σικελοὶ, καθάπερ ἐδέοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἐνέδραν τινὰ τριχῇ ποιησάμενοι, ἀφυλάκτοις τε

ρας, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἄρ. πλ. Ita fere c. 30. init. ὅπου αὐτοῖς τὰ πλ. ὥρμει.

Πεντεκαίδεκά τε ν] Τε, quod ejici, Reisk. vult, et vero ignorat Msqu., abesse nequit, propter alterum καὶ, ad ὁπλίτας, et, per Synchysin quidem, vel Trajectionem, Nostro solitam, (v. Philol. Th. P. p. 287. med. rel.) ad particip. κελεύσας· καὶ κελεύσας τε——καὶ—καταλεγόμενος. Nec magis prius καὶ abesse potest, propter prius particip. πλεύσας.

Ἀποτραπόμ.] Referendum simpliciter ad ξυνῆρχε· *jam gerebat* (vere et re ipsa) *imperium* cum Demosthene, capessiverat illud et administrabat, ἀποτραπόμενος, *converso itinere*, (nempe, ut capesseret illud imperium,) quod aliud ante instituisset. Ita effugeris horrendum plane illud Hyperbaton, absonum plane, neque ulli, ne Nostri quidem, exemplo simile. Ista quidem interpretatione, non video, quid simplicius afferatur. Quod est enim, ac si foret, ἀπετράπετο (τῆς ὁδοῦ,) καὶ ξυνῆρχεν· nempe caussa ἀποτραπόμενος, ὥστε ξυνάρχειν, ut commune cum illo imperium gereret; quod (ἤδη) *jam* (vere) faciebat. Neque ἐῤῥήθη spernendum; quod in mentem mihi venerit, prius quam, Vallam id secutum videri, ab Hudsono observatum, vidissem.

Προπυθόμενος] Cl. πυθόμενος. Alterum Thucydideum est. Supra IV. 42. Duck.

Ἔχοντας] Pro κατέχοντας· *inne hielten, besekt hielten*. Ita, ὑπ᾽ ἐπιθυμίας ἔχεσθαι, *teneri* cupiditate.

Κεντόριπας] Diodor. XIX. 727. ἐπὶ Κεντοριπίνων πόλιν· alibi Κεντοριπίνους vocat XX. 763. εἰς τὸν Κεντόριπα. Polyb. περὶ Κεντόριπα. Forte apud Diodor. τὰ Κεντόριπα reponendum; ita enim Strabo; Ptolemæus et recentiores Κεντούριπαι. Idem tamen, Tab. Urbium insign. Κεντουρίππα, et in Mss. Bodl. Κεντούριπαι Long. XXXVIII. 30. Lat. XXXVII. 50. Hanc urbem, Bello Carthag. fere deletam, denuo instauravit Augustus; ut ex Strabone patet. Tandem a Frederico II. circa annum Christi 1233. plane excisa est *Centorbe*. *Centuripinum* Mela, apud Silium vero *Centuripe* audit. Dioscorides I. 25. ἐκ Κεντορίας, mendose. Parutæ Numus ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ. Solinus v. fœtus terræ Centuripinæ *Corycio vincitur*: ita emendat ὁ πάνυ. Codex tamen Petrensis *vincit*; forte, *Corycium vincit*. Ibi etiam pro *hinnuli Ms. hinnulei* recte; quomodo et Plinius bis terque; paulo infra, pro Centuripiis Ms. *Centuripino*. ibi, *foraminum numero*, recte. Wass.

Ἀλικυκαίους] Vide Cluverii Sicil. p. 309. 314. Huds. Cl. Gr. Ἀλικυαίους. Stephanus Ἀλικυαίους· et sic Diodorus XIV. 425, 426. Apud Ciceronem et Plinium *Halicienses*. Apud Diodorum XIV. 422. corrupte Ἀγκύραι. Ligorii numus, ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ. Recte ergo Cl. Gr. Wass.

Τριχῇ] Male abest a Mss. Wass. Thomas Magister in Σικελὸς tantum habet, ἐνέδραν ποιησάμενοι. Duck.

καὶ ἐξαίφνης ἐπιγενόμενοι, διέφθειραν ἐς ὀκτακοσίους μάλιστα, καὶ τοὺς πρέσβεις, πλὴν ἑνὸς τοῦ Κορινθίου, πάντας. οὗτος δὲ τοὺς διαφυγόντας ἐς πεντακοσίους καὶ χιλίους ἐκόμισεν ἐς τὰς Συρακούσας.

λγʹ. 33. Καὶ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ οἱ Καμαριναῖοι ἀφικνοῦνται, αὐτοῖς βοηθοῦντες, πεντακόσιοι μὲν ὁπλῖται, τριακόσιοι δὲ ἀκοντισταὶ, καὶ τοξόται τριακόσιοι. ἔπεμψαν δὲ καὶ οἱ Γελῷοι ναυτικόν τε ἐς πέντε ναῦς, καὶ ἀκοντιστὰς τετρακοσίους, καὶ ἱππέας διακοσίους. σχεδὸν γάρ τοι ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ἀκραγαντίνων, (οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν·) οἱ δ' ἄλλοι ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, μετὰ τῶν Συρακουσίων, οἱ πρότερον περιορώμενοι, ξυστάντες ἐβοήθουν. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι, ὡς αὐτοῖς τὸ ἐν τοῖς Σικελοῖς πάθος ἐγένετο, ἐπέσχοντο εὐθέως τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρεῖν. ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων, ἑτοίμης ἤδη τῆς στρατιᾶς οὔσης ἐκ τῆς Κερκύρας καὶ ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ἐπεραιώθησαν ξυμπάσῃ τῇ στρατιᾷ τὸν Ἰόνιον ἐπ' ἄκραν Ἰαπυγίαν· καὶ ὁρμηθέντες αὐτόθεν, κατίσχουσιν ἐς τὰς Χοιράδας νήσους Ἰαπυγίας· καὶ ἀκοντιστάς τε τινὰς τῶν Ἰαπύγων, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, τοῦ Μεσσαπίου ἔθνους, ἀναβιβάζονται ἐπὶ τὰς ναῦς· καὶ, τῷ Ἄρτᾳ (ὅσπερ καὶ τοὺς ἀκοντιστὰς, δυνάστης ὢν, παρέσχετο αὐτοῖς,) ἀνα-

Σχεδὸν γάρ τοι] Γάρ τι, non τοι, habent, præter Dan. alii Mss. cum Schol. et Edd. ante Stephanum; idque revocandum est. Etiam in aliis Scriptoribus nonnumquam perperam esse σχεδόν τοι, pro σχεδόν τι, observat Stephanus Append. ad Scripta de Dialect. pag. 81. Duck.

Πᾶσα ἡ Σικελ.] Verbum deest, *quid fecerit universa Sicilia*: nempe ξυνειστήκει, *convenerat, junxerat* se Syracusanis contra Athenienses. Aut repetendum per Synesin, vel, quod propiori, οἱ δ' ἄλλοι, accommodatum sit, ex ξυστάντες ἐβοήθουν, pro, συστᾶσα (Σικελία) ἐβοήθει, i. e. πάντες οἱ Σικελοι ἐβοήθουν. Quæ ut pateret ratio, promta sane illa et facilis, verba tantum, οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων, (i. e. μετ' οὐδετέρων) ἦσαν, parenthesi inclusi: ut compages sensusque appareret: πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ἀκραγαντίνων, οἱ δ' ἄλλοι,—ξυστ. ἐβοήθ. οἱ δ' ἄλλοι inserendum erat Nostro, ob verba πλὴν Ἀκραγ. eo lapsus, verbum retulit ad οἱ δ' ἄλλοι, quod debebat ad Σικελία referre; et vero, qua sensum, retulit.

Ἐπέσχοντο] Duo scripti ἐπέσχον. Hac forma verbi ἐπέσχον magis utitur Thucydides, quam altera illa II. 76. Οἱ δὲ ταύτῃ ἀποκλειόμενοι, τοῦτο μὲν ἐπέσχον. V. 32. Περὶ μὲν τῆς Ἀργείων ξυμμαχίας ἐπισχεῖν αὐτοὺς ἐκέλευον. Et ibid. 46. Ἐπισχόντας τὰ πρὸς τοὺς Ἀργείους· In quibus ἐπισχεῖν est *abstinere, differre*. Duck. Activum solemnius sane: ut, ὀλίγον ἐπισχὼν, ἐπίσχες, rel.

Τὰς Χοιράδας νήσους] Vide Ælianum IV. Hist. Anim. 28. Wass. Ælianus ibi χοιράδας opponit ὑφάλοις πέτραις. Sic et Pausanias Corinthiac. Cap. XXIX. Pro nomine adpellativo eo multi utuntur. Vid. Pollucem, Suidam et Hesychium. Duck.

Μεσσαπίου] Μεσαπίων scribit Athenæus III. 25. Cl. ab editis stat. Wass. Variat etiam apud alios scriptura, quemadmodum et in *Mesapus* et *Messapus*. Duck.

Τῷ Ἄρτᾳ] i. e. πρὸς τὸν Ἄρταν, *cum* illo. Virg. Ecl. 5. *Solus tibi certet Amyntas*, i. e. *tecum*.

Παρέσχετο] Παρέσχεν Aug. rectius sane; nam quæ vis hic Medio? Nisi forte, *de suis*.

νεωσάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν, ἀφικνοῦνται ἐς Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας· καὶ τοὺς Μεταποντίους πείσαντες κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν ἀκοντιστάς τε ξυμπέμπειν τριακοσίους καὶ τριήρεις δύο, καὶ ἀναλαβόντες ταῦτα, παρέπλευσαν ἐς Θουρίαν, καὶ καταλαμβάνουσι νεωστὶ στάσει τοὺς τῶν Ἀθηναίων ἐναντίους ἐκπεπτωκότας· καὶ, βουλόμενοι, τὴν στρατιὰν αὐτόθι πᾶσαν ἀθροίσαντες, εἴ τις ὑπελέλειπτο, ἐξετάσαι, καὶ τοὺς Θουρίους πεῖσαι, σφίσι ξυστρατεύειν τε ὡς προθυμότατα, καὶ, ἐπειδήπερ ἐν τούτῳ τύχης εἰσὶ, τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους τοῖς Ἀθηναίοις νομίζειν, περιέμενον ἐν τῇ Θουρίᾳ, καὶ ἔπρασσον ταῦτα.

λδ΄. 34. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον οἱ ἐν ταῖς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶν, οἵπερ τῶν ὁλκάδων ἕνεκα τῆς ἐς Σικελίαν κομιδῆς ἀνθώρμουν πρὸς τὰς ἐν Ναυπάκτῳ ναῦς, παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ, καὶ προσπληρώσαντες ἔτι ναῦς, ὥστε ὀλίγῳ ἐλάσσους εἶναι αὐτοῖς τῶν Ἀττικῶν νεῶν, ὁρμίζονται κατὰ Ἐρινεὸν τῆς Ἀχαΐας ἐν τῇ Ῥυπικῇ. καὶ αὐτοῖς, τοῦ χωρίου μηνοειδοῦς ὄντος, ἐφ᾽ ᾧ ὥρμουν, ὁ μὲν πεζὸς, ἑκατέρωθεν προσβεβοηθηκότες, τῶν τε Κορινθίων καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων, ἐπὶ ταῖς ἀνεχούσαις ἄκραις παρετέτακτο, αἱ δὲ νῆες τὸ μεταξὺ εἶχον ἐμφράξασαι· ἦρχε δὲ τοῦ ναυτικοῦ Πολυάνθης Κορίνθιος. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι ἐκ

Τινα παλ. φιλ.] Τινα, *nescio, quam;* veluti contemtim; ex vetusta memoria erutam; quæ olim juncta proferretur.

Καταλαμβ.——ἐκπεπτ.] Trajecta sunt verba, maxime artic. τοὺς, pro, τοὺς τῶν Ἀθην. ἐναντ. νεωστὶ ἐκπεπτ. κατὰ στάσιν· neque enim est, ut καταλαμβάνουσι significet καταμανθάνουσι, *compererunt, cognorunt;* quod si possit: nulla fuerit trajectio.

Οἱ ἐν ταῖς—ναυσ.] Manifesto redundat artic. οἱ, ubi jam præcesserit, οἱ περὶ τὸν αὐτὸν χρ. τοῦτον. Dedit haud dubie mori suo Thuc. et trajectioni, quam amaret, cum dicendum foret: περὶ δὲ τὸν αὐτ. χρ. τοῦτ. οἱ Πελοποννν. καὶ οἱ ἐν τ. ναυσ. καὶ ad ἐν ταῖς ναυσὶν est *nominatim (besonders), specifice.* Rectius idem, quia articulum addidisset, ἐν ταῖς ναυσὶ, subjiceret, αἳ (νῆες)—ἀνθώρμουν, non οἵ. Illud quoque trajectum, τῶν ὁλκάδ. ἕνεκα τῆς ἐς Σικελ. κομιδῆς, pro, ἕνεκα τῆς κομ. τ. ὁλκ. ἐς Σικελ.

Προσπληρ. ἔτι] Ob ἔτι additum, πρὸς sign. *amplius, vltra, magis,* et quia jam erant πεπληρωμέναι, nondum tamen, ut *pares* essent pæne Atheniensibus: *auxerunt* ergo numerum propugnatorum, quos *jam* haberent.

Καὶ αὐτοῖς—παρετέτακτο] Αὐτοῖς non ab ὄντος pendet, ut Port. videtur accepisse, sed aut ad προσβεβοηθηκότες, (in quo nulla sane vis est τοῦ πρὸς, quia *alia* auxilia non commemorantur,) aut, quod malim, ad παρετέτακτο, *ab illis, apud* eos. Debebat autem, προσβεβοηθηκὼς, ad πεζός· sed per Synesin posuit Pluralem, tum, quia πεζὸς est Collectivum, tum quia duo erant exercitus, Corinthiorum et Achæorum, quasi *summam* ergo in partes divisit. ἑκατέρωθεν quoque, nescio, utrum ad προσβεβοηθηκότες referam, an ad παρετέτακτο· hoc si probaveris: comma posueris post ἑκατέρωθεν.

Εἶχ. ἐμφρ.] i. e. ἐμπεφραγμένον, vel κατεῖχον καὶ ἐνέφραξαν. Herodot. 1. 27. extr. τούς συ δουλώσας ἔχεις, pro, δεδουλωμένους. Ita διειληφότες ἔχουσι, pro, διειλημμένα.

τῆς Ναυπάκτου τριάκοντα ναυσὶ καὶ τρισὶν (ἦρχε δὲ αὐτῶν Δίφιλος,) ἐπέπλευσαν αὐτοῖς. καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μὲν πρῶτον ἡσύχαζον, ἔπειτα, ἀρθέντος αὐτοῖς τοῦ σημείου, ἐπεὶ καιρὸς ἐδόκει εἶναι, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐναυμάχουν. καὶ χρόνον ἀντεῖχον πολὺν ἀλλήλοις. καὶ τῶν μὲν Κορινθίων τρεῖς νῆες διαφθείρονται· τῶν δὲ Ἀθηναίων κατέδυ μὲν οὐδεμία ἁπλῶς, ἑπτὰ δέ τινες ἄπλοι ἐγένοντο, ἀντίπρωροι ἐμβαλλόμεναι, καὶ ἀναῤῥαγεῖσαι τὰς παρεξειρεσίας ὑπὸ τῶν Κορινθίων νεῶν, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο παχυτέρας τὰς ἐπωτίδας ἐχουσῶν. ναυμαχήσαντες δὲ, ἀντίπαλα μὲν, καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾷν, ὅμως δὲ τῶν ναυαγίων κρατησάντων τῶν Ἀθηναίων, διά τε τὴν τοῦ ἀνέμου ἄπωσιν αὐτῶν ἐς τὸ πέλαγος, καὶ διὰ τὴν τῶν Κορινθίων οὐκέτι ἐπαγωγὴν, διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων· καὶ δίωξις οὐδεμία ἐγένετο, οὐδ' ἄνδρες οὐδετέρων ἑάλωσαν. οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννήσιοι, πρὸς τῇ γῇ ναυμαχοῦντες, ῥᾳδίως διεσώζοντο· τῶν δὲ Ἀθηναίων οὐδεμία κατέδυ ναῦς. ἀποπλευσάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐς τὴν Ναύπακτον, οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς τροπαῖον ἔστησαν ὡς νικῶντες, ὅτι πλείους τῶν ἐναντίων ναῦς ἄπλους ἐποίησαν, καὶ νομίσαντες δι' αὐτὸ οὐχ ἡσσᾶσθαι,

Παρεξειρεσίας] Ita Mss. hic, et supra, 4. 12. init. Suidas in παρεξειρεσίας, qui Scholiasten more suo compilavit. Pollux I. 92. παρεξερεσία. Hesychius προεξειρέσιον cum Schol. exponit. Wass. Inter alias phrases nauticas, et hanc, et ἄπλους ποιῆσαι τὰς ναῦς, descripsit Pollux I. 124. Add Suidam in ἄπλοοι. De epotidibus navium, quas mox rursus memorat, agit Is. Vossius in Dissertat. de Tritem. et Liburnic. Constructione. Duck.

Ἐπωτίδας] *Aures*, ut aratri, apud Virg. Ge. 1. 172. ligna prominentia, *antas*; quales sunt hodie (aut minores,) cisiorum et traharum unijugum.

Ὡς—ἀξιοῦν] Ὡς pro ὥστε, immo pro οἷον· ita pugnaverant, ut *possent* utrique victoriam sibi vindicare.

Διά τ.—ἄπωσιν] Durior structura, ob duplicem Genit. τὴν τοῦ ἀνέμου ἄπωσιν αὐτῶν· quod nulla lingua sat commode imitetur; etsi Cic. nonnunquam duos Genitivos durius jungit; tanquam, *Catuli elegans judicium literarum*; vel similiter; de Offic. 1. 14. med. L. Sullæ et C. Cæsaris translatio pecuniarum; non, ut hic, tamen; cum præsertim ipsum nomen Subst. ἄπωσις non sit usitatum. V. Philol. Thuc. P. p. 47. extr. lit. B.

Οὐκέτι ἐπαγ.] Videtur hic locus probare contra Abresch. negantem, *invasionem*, (impetum) impressionem significare hoc vocab. *Gottl.* Negat sane hoc Abr. et coarguere nititur in Dilucidatt. p. 664. Neque ego sane video, cur non aut ἐπαναγωγὴν legamus, aut *reditum* interpretemur cum Schol. Nam ἐπαγωγὴ sign. aut *importationem* mercium et commeatuum, (*Zufuhre*,) aut *invitationem*, sollicitationem, *Loctung*, *Reiz*. Ad οὐκέτι intell. γενομένην, i. e. (διὰ) τὸ οὐκέτι γενέσθαι τὴν ἐπαγωγήν. Durior sane ista Enallage partium in *negando*; cum enim sit pro Adjectivo, ut apud Terent. *heri semper* lenitas, pro, *hesterna* (et) *perpetua*; processerit hoc in affirmatione; at negando, ἡ οὐκέτι ἐπαγωγὴ, ne cogitari quidem potest; sed nimirum totum est pro verbi structura, τὸ μηκέτι γενέσθαι. V. Philol. Thuc. P. p. 102. init. ℵ.) Adde Liv. 6. 16. extr. *Amotus——terror linguam et animos liberaverat hominum*; i. e. qs. *amotio*, ut hoc vocabulo utar, *terroris*; *Terror* enim non liberat, et *amotus*, jam non est terror.

Δι' αὐτὸ] Ad νομίσαντες refer, non ad ἡσσᾶσθαι· neque enim *victoriæ* caussa aut τοῦ *vinci* affertur, sed *judicii* et opinionis de

δι' ὅπερ οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν, εἰ μὴ πολὺ ἐκρατοῦντο, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι, εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων. ἀποπλευσάντων δὲ τῶν Πελοποννησίων, καὶ τοῦ πεζοῦ διαλυθέντος, οἱ Ἀθηναῖοι ἔστησαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, ὡς νικήσαντες, ἀπεῖχον τοῦ Ἐρινεοῦ, ἐν ᾧ οἱ

utroque: *Sie glaubten, aus (eben) dem Grunde: diek war der Grund ihrer Mennung*: eo nixi, id secuti, credebant. Ad δι' αὐτὸ intell. τοῦτο vel ἐκεῖνο· propter *id ipsum, eandem* ob caussam.

Δι' ὅπερ οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν] Valla interpretatur: *quod neutri vicissent*. Stephanus: *propter quod neutri, se victores esse*, interpretabantur. Et hoc placuit Porto. Mihi οἱ ἕτεροι videtur de Atheniensibus dici, et sententia horum verborum esse: et, *quod ob eamdem causam, se non victos esse, putabant, ob quam et alteri*, i. e. Athenienses, *se non fuisse victores*. Hoc ostendunt sequentia, in quibus Thucydides τὸ ἕτεροι aperte ad Athenienses refert. Quamquam autem Athenienses, se vicisse, non putabant: tamen deinde, quum Peloponnesii sibi victoriam tribuissent, et ipsi tropæum statuerunt. Duck.

Οὐδ' οἱ ἕτεροι νικᾶν] Pessime vertit Port. *neutri*; multis modis falsum. Nam primo, *neutri* credebant, se vicisse, aut utrique credebant, se non vicisse, sed tantum Athenienses. Deinde οὐδ' οἱ ἕτεροι non sign. *neutri*, sed, *ne illi quidem, neque* Athenienses. Quod pessimum denique esset, non attendit nec cepit egregiam prorsus antithesin, quæ sequeretur: οἱ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν, (quomodo ergo, *neutri*, se vicisse, credebant?) εἰ μὴ πολὺ ἐκρατ. (quæ ipsa *hic* esset caussa eorum et conditio, utut gnomice efferatur, et universe, εἰ μή; sed et *hic* illud acciderat, noëmatice et finite, ut non multum vincerentur; οἱ δ' Ἀθην. — ἡσσᾶσθαι, rel. vid. continuo:

Νικᾶν] *Vicisse*, victores esse, stare. Liv. 2. 7. init. *vincere bello Romanum*, i. e. vicisse, victorem abscedere.

Οἵ τε γὰρ Κορ. rel.] Egregium prorsus exemplum concinnitatis, et Isocrate dignum vel Cicerone: 1) οἵ τε Κορίνθιοι, οἱ δ' Ἀθηναῖοι· 2) ἡγήσαντο, ἐνόμιζον· 3) κρατεῖν, ἡσσᾶσθαι· 4) εἰ μὴ πολὺ, εἰ μὴ πολὺ· 5) ἐκρατοῦντο, ἐνίκων. Singula singulis relata, eodem positu atque ordine, pæne sono; per *Epanodum* quoque: 1) κρατεῖν, ἡττᾶσθαι, 2) ἐκρατοῦντο, ἐνίκων. Nil vidi concinnius, cum tanta præsertim simplicitate, tanquam narrantis simpliciter, et historice memoratum. Corrupit plane Portus, i. e. assecutus non est, neque uspiam sese pejus adhibuit. Primo, *duxissent, existimassent*; ubi hoc est in Græco? ἂν certe adesset; deinde, *se victores fuisse, duxissent*: (quod ne Latinum sit quidem, sed, *se victores duxissent*;) nisi longe victi fuissent; at hoc non erant, sed æquo Marte abscesserant, et redituri ac repetituri prœlium timebantur. Neque εἰ μὴ vertendum fuit *nisi*, sed, *si non*, ut *non* referatur ad *longe*; neque aliter in altero: *Athenienses existimassent*, se victores fuisse: at enim id non existimabant; ut antea Noster ait: οὐδ' οἱ ἕτεροι, Athenienses νικᾶν, sc. ἐνόμιζον· et, *nisi longe vicissent*; At id factum non erat, nec factum ipsis Atheniensibus videbatur. Gnomice denique et omnino concipienda pulcherrima sententia, quæ universe notet rationem, sensum, morem, (*Denfart*) utrorumque omnino, in *quolibet* prœlio, (navali quidem) et *hic* ergo apparentem ac sibi constantem: Corinthii, ut deteriores Atheniensibus in re nautica, vicisse se, credebant, sibi placebant, triumphabant, præclare actum, putabant, secum (*waren froh*,) si non plane victi ab Atheniensibus forent, ac sic defuncti essent, *noch so davon gekommen waren*: plane, ut Romani, post pugnam ad lacum Thrasimenum, Fabio auctore, satis habebant, *non vinci* ab Annibale; At vero Athenienses, quorum principatus esset rei nauticæ, victos se et abjectos deputabant, si non summam victoriam ad solidam reportassent; mediocriter enim res gesta magnos dedecorat. Id universe notatum, tam pulchre quidem, ut pigeat, Porto non intellectum, sane ad *hanc* caussam, quæ nunc ageretur, *auf den gegenwärtigen Fall*, adhibendum reliquit lectori Thuc.

Ὡς νικήσαντες, ἀπεῖχον τοῦ Ἐρινεοῦ] In his nullum sensum esse, recte animadvertit Portus. Nec tamen multo melior sententia est in illius conjectura, quam neque ullus liber firmat. Omnia expedita sunt, si, ex auctoritate nonnullorum Mss. locus ita constituatur: ὡς νικήσαντες, ἀπέχον τοῦ Ἐρινεοῦ, ἐν ᾧ οἱ Κορίνθιοι ὥρμουν, ὡς εἴκοσι σταδίους. Τροπαῖον nempe, ἀπέχον τοῦ Ἐρινεοῦ. Duck.

Ἀπεῖχον] Nullo vero modo sensus ex hoc voc. hic effici commodus potest; καὶ certe præcederet: καὶ ἀπεῖχον· nec tamen vel sic apparet, quid sibi velit: *aberant ab Erineo*: quorsum enim commemoretur, ubi de *itinere* sermo non sit? Tropæum statuere, ut victores: (*et*, quod ne adest quidem) aberant ab

Κορίνθιοι ὥρμουν, ὡς εἴκοσι σταδίους. καὶ ἡ μὲν ναυμαχία οὕτως ἐτελεύτα.

λεʹ. 35. Ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ ὁ Εὐρυμέδων, ἐπειδὴ ξυστρατεύειν αὐτοῖς οἱ Θούριοι παρεσκευάσθησαν ἑπτακοσίοις μὲν ὁπλίταις, τριακοσίοις δὲ ἀκοντισταῖς, τὰς μὲν ναῦς παραπλεῖν ἐκέλευον ἐπὶ τῆς Κροτωνιάτιδος, αὐτοὶ δὲ, τὸν πεζὸν πάντα ἐξετάσαντες πρῶτον ἐπὶ τῷ Συβάρει ποταμῷ, ἦγον διὰ τῆς Θουριάτιδος γῆς. καὶ ὡς ἐγένοντο ἐπὶ τῷ Ὑλίᾳ ποταμῷ, καὶ αὐτοῖς οἱ Κροτωνιᾶται προσπέμψαντες εἶπον, οὐκ ἂν σφίσι βουλομένοις εἶναι, διὰ τῆς γῆς σφῶν τὸν στρατὸν ἰέναι, ἐπικαταβάντες ηὐλίσαντο πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ὑλίου· καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐς τὸ αὐτὸ ἀπήντων. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναβιβασάμενοι παρέπλεον, ἴσχοντες πρὸς ταῖς πόλεσι, πλὴν Λοκρῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐπὶ Πέτραν τῆς Ῥηγίνης.

λϛʹ. 36. Οἱ δὲ Συρακούσιοι ἐν τούτῳ, πυνθανόμενοι αὐτῶν τὸν ἐπίπλουν, αὖθις ταῖς ναυσὶν ἀποπειρᾶσαι ἐβούλοντο, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ τοῦ πεζοῦ, ἥνπερ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, πρὶν ἐλθεῖν αὐτοὺς, φθάσαι βουλόμενοι, ξυνέλεγον. παρεσκευάσαντο δὲ τό τε ἄλλο ναυτικὸν, ὡς ἐκ τῆς προτέρας ναυμαχίας τὶ πλέον ἐνεῖδον σχήσοντες· καὶ τὰς πρώρας τῶν νεῶν ξυντεμόντες ἐς ἔλασσον, στεριφωτέρας ἐποίησαν, καὶ τὰς ἐπωτίδας ἐπέθεσαν ταῖς πρώραις παχείας· καὶ ἀντηρίδας ἀπ' αὐτῶν ὑπέτειναν

Erineo 20. stadia! Nugæ! ἀπέχον, ad τρόπαιον, unice tenendum.

Ἐτελεύτα] Gr. cum aliis quibusdam, ἐτελευτήθη. Aliter solet Noster. Wass.

Ἐξετάσαντες] Pro Medio, ἐξετασάμενοι· *suum* nempe exercitum.

Διὰ τῆς Θουριάτιδος γῆς] Melius fortassis scripti, Θουριάδος. *Stephanus*: τὸ ἐθνικὸν Θουριάται, καὶ Θουριὰς τὸ θηλυκόν. Duck.

Τῷ Ὑλίᾳ] Juxta Τράεντα ποταμὸν ponit Cellarius. Vide Diodorum Lib. XII. W.

Προσπέμψαντες] Portus προπέμψαντες. De horum permutatione adnotatum est ad Cap. 3. hujus libri. Duck.

Οὐκ ἂν σφ. βουλ. εἶναι] *Sie würden es nicht gern sehen.* Liv. *quibus bellum volentibus erat*, i. e. qui probabant, cupiebant bellum.

Παρέπλεον — πόλεσι] Thom. Magister, qui ἔπλεον legit, ἴσχοντες agnoscit. Wass.

Ἐν τούτῳ] Referendum ad οἱ δὲ Συρακ. et ad verb. infra ἐβούλοντο· neque enim præmitti solet ἐν τούτῳ, nisi per δὲ, ἐν δὲ τούτῳ, sed subjici et adnecti.

Τὰς πρώρας — ἐποίησαν] Suidas in στέριφος, vbi στεριφωτέρας exponit στερεωτέρας. Vide Hesychium, et Diodorum Sicul. XIII. 336. a. Wass. Thucydidi στέριφος vbique est στερεὸς, *firmus, solidus*. VI. 101. et paullo post hoc Cap. Et sic aliis apud Suidam. Hesychius contra στεριφώτεραν, ἀνισχυρότερον, μὴ στερεώτερον. Emendat ibi, nescio, quis, καὶ στερεώτερον. Posset ferri emendatio illa, si simul legeretur ἰσχυρότερον pro ἐνισχυρότερον· nam hujus prima syllaba temere repeti potuit a fine vocis præcedentis. Duck.

Καὶ τὰς ἐπωτίδας — παχείας] Habet Suidas in ἐπωτίδες, et dein, ὡς ἐπὶ — ἔξωθεν. Etymol. M. exscribit Scholiasten ad c. 34. Vide Eundem in χηνίσκος. Wass.

Ἀντηρίδας] In Eustathio ad Homer. Il. μʹ. pag. 903. et Hesychio hæc vox est proparoxytona. Etiam ab aliis in syllaba ante ultimam diphthongum ει, ab aliis ι tantum scribi, monet Eustathius. Sunt autem illis ἀντήρειδες pilæ lapideæ muris adstructæ, et tibicines *lignei*. Duck.

πρὸς τοὺς τοίχους, ὡς ἐπὶ ἓξ πήχεις, ἐντός τε καὶ ἔξωθεν· ᾧπερ τρόπῳ καὶ οἱ Κορίνθιοι πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ ναῦς ἐπεσκευασμένοι πρώραθεν ἐναυμάχουν. ἐνόμισαν γὰρ οἱ Συρακούσιοι, πρὸς τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, οὐχ ὁμοίως ἀντιναυπηγημένας, ἀλλὰ λεπτὰ τὰ πρώραθεν ἐχούσας, διὰ τὸ μὴ ἀντιπρώροις μᾶλλον αὐτοὺς, ἢ ἐκ περίπλου, ταῖς ἐμβολαῖς χρῆσθαι, οὐκ ἔλασσον σχήσειν, καὶ τὴν ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυμαχίαν, οὐκ ἐν πολλῷ πολλαῖς ναυσὶν οὖσαν, πρὸς ἑαυτῶν ἔσεσθαι· ἀντίπρωροι γὰρ ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι, ἀναῤῥήξειν τὰ πρώραθεν αὐτοῖς, στερίφοις καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις· τοῖς δὲ Ἀθηναίοις οὐκ ἔσεσθαι σφῶν ἐν στενοχωρίᾳ οὔτε περίπλουν, οὔτε διέκπλουν, ᾧπερ τῆς τέχνης μάλιστα ἐπίστευον. αὐτοὶ γὰρ κατὰ τὸ δυνατὸν, τὸ μὲν, οὐ δώσειν διεκπλεῖν, τὸ δὲ, τὴν στενοχωρίαν κωλύσειν, ὥστε μὴ περιπλεῖν· τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι, τὸ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι, μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι· πλεῖστον γὰρ ἐν αὐτῷ σχήσειν· τὴν γὰρ ἀνάκρουσιν οὐκ ἔσεσθαι τοῖς Ἀθη-

Πρώραθεν] Referri potest ad ἐπεσκευασμένοι, sed et, quod pæne prætulerim, ad ἐναυμάχουν· ita pugnaverant, ut adversas proras dirigerent in hostium naves.

Ἐναυμάχ.] Pro Plusqupf. ἐνεναυμαχήκεσαν, sane minus usitato.

Ἀντιναυπηγ.] Acute addita Præpos. ἀντὶ, propter ὁμοίως, ac si sit, *rursus, vicissim, et ipsas, à leur tour*; sed et, quæ (tali modo) *occurrerent* Syracusanis. Ita, μὴ πρὸς (p. πρὸς μὴ) ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν, 1. 41. extr. Est et Pleonasm. in ναυπηγεῖσθαι, ad ναῦς.

Πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις] Nondum possum probare supplementum et explicationem Porti in var. lect. Hudsoni: quia non scio, quam bene dicatur παρέχειν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς πολεμίους, pro ἐπέρχεσθαι τοῖς πολεμίοις. Videant alii. Mihi non liquet, quæ sit sententia in illo παρέχοντες. Duck.

Τὸ μὲν —— τὸ δὲ, rel.] i. e. *partim—partim*. Trajecta quoque sunt verba, αὐτοὶ γὰρ, quibus, ut τὸ μὲν congruat, deest tamen τὸ δὲ, cui novum sit subjectum, τὴν στενοχωρίαν. Debebat: τὸ μὲν γὰρ, αὐτοὶ οὐ δώσειν διεκπλεῖν, τὸ δὲ, τὴν στενοχ. κωλ. ὥστε μὴ περιπλ.

Διεκπλεῖν] Suidas in περιπλεῖν, et exscribit Scholiasten, τὸ ἐν κύκλῳ legens, et pro τεμόντων, τεμόντα. Wass. Recte Suidas τεμόντα, et καθίστασθαι pro κεθίσταται, ut adnotat Kuhnius ad Pollucem I. 123. A Scholiis Cod. Cass. abest hæc ἑρμηνεία τοῦ περιπλεῖν et διεκπλεῖν· unde suspicio est, eam a recentiore aliquo Magistro e Suida huc transcriptam esse. Quæ Suidas habet in δίεκπλοι, in Scholiis Thucydideis duobus locis leguntur, ad I. 49. et II. 89. ubi sunt verba, καὶ διασχίζειν τὴν τῶν ἐναντίων τάξιν, quæ in Scholiaste non legi, putabat Kusterus. Duck.

Τὸ ἀντίπρ. ξυγκρ.] Ex variet. Lect. (immo corrigendi,) apparet, offendisse Intt. illum vel Nomin. vel Accus. τὸ, simpliciter per Appositionem adjectum, nullo regimine; sicut 1. 32. med. (mollius ibi tamen, ut eod. casu:) ἡ πρότερον δοκοῦσα ἡμῶν σωφροσύνη, (eâdem prorsus mente, eodemque positu, quo hic,) τὸ μὴ —— ξυγκινδυνεύειν· pro, τοῦ μὴ ξ. vel ἥτις ἦν τὸ μὴ ξυγκ. V. plane Phil. Th. p. 19. ubi simillimum huic attuli: τῆς δοκήσεως προσγενομένης, τὸ κρατίστους εἶναι. Est Anacoluthon casuum, vel Enallage; aut Appositio simplex, sine regimine.

Ἀνάκρουσιν] In Cod. Cass. est Scholion: ἀνάκρουσις ἐν ναυμαχίαις ἐλέγετο ἐπὶ τοῦ πρύμναν κρούειν. Eadem ad verbum leguntur in Hesychio. Vide Suidam h. v. Item in ἐπανακροῦσαι, et πρύμναν ἐκρούοντο. Ἐξωθεῖν est propria in hac re vox, et ἐξωθεῖν navis hostium dicuntur, qui eas ad terram urgent ac detrudunt, ἐξωθεῖσθαι, qui pelluntur. Thucydides II. 90. Ἐξέωσαν πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας, καὶ διέφθειραν. VII. 52. Τὰς πάσας ναῦς ἤδη τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν. VIII.

ναίοις, ἐξωθουμένοις, ἄλλοσε, ἢ ἐς τὴν γῆν, καὶ ταύτην δι' ὀλίγου καὶ ἐς ὀλίγον, κατ' αὐτὸ τὸ στρατόπεδον τὸ ἑαυτῶν· τοῦ δ' ἄλλου λιμένος αὐτοὶ κρατήσειν, καὶ ξυμφερομένους αὐτοὺς, ἤν πη βιάζωνται, ἐς ὀλίγον τε, καὶ πάντας ἐς τὸ αὐτὸ προσπίπτοντας ἀλλήλοις, ταράξεσθαι· (ὅπερ καὶ ἔβλαπτε μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐν ἁπάσαις ταῖς ναυμαχίαις, οὐκ οὔσης αὐτοῖς ἐς πάντα τὸν λιμένα τῆς ἀνακρούσεως, ὥσπερ τοῖς Συρακουσίοις·) περιπλεῦσαι δὲ ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, (σφῶν ἐχόντων τὴν ἐπίπλευσιν ἀπὸ τοῦ πελάγους τε καὶ ἀνάκρουσιν,) οὐ δυνήσεσθαι αὐτοὺς, ἄλλως τε, καὶ, τοῦ Πλημμυρίου πολεμίου τε αὐτοῖς ἐσομένου, καὶ τοῦ στόματος οὐ μεγάλου ὄντος τοῦ λιμένος.

λζ΄. 37. Τοιαῦτα οἱ Συρακούσιοι, πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπιστήμην τε καὶ δύναμιν, ἐπινοήσαντες, καὶ ἅμα τεθαῤῥηκότες μᾶλλον ἤδη ἀπὸ τῆς προτέρας ναυμαχίας, ἐπεχείρουν τῷ τε πεζῷ ἅμα καὶ ταῖς ναυσί· καὶ τὸν μὲν πεζὸν ὀλίγῳ πρότερον, τὸν ἐκ τῆς πόλεως, Γύλιππος προὐξαγαγὼν, προσῆγε τῷ τείχει τῶν Ἀθηναίων, καθόσον πρὸς τὴν πόλιν αὐτοῦ ἑώρα. καὶ οἱ

104. Ἐξῶσαι πρὸς τὴν γῆν, et ibid. 105. ἐξέωσαν ἐς τὸ ξηρὸν τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων. Lucas in Act. Apostol. XXVII. 39. ἐξῶσαι τὸ πλοῖον etiam eos dicit, qui ipsi navim in litus impingunt; *navim in terram ejicere* dicit Cæsar, III. Civ. 27. ut non raro in tempestate, vel hoste insequente, vel ob aliam causam, fieri solet. Scribit ibi Grotius, sic Thucydidem uti verbo ἐξῶσαι. Sed in his, quæ protuli, locis Thucydidis non dicuntur illi ἐξωθεῖν naves, qui iis vehuntur, ut apud Lucam, nec in iis, ἐξῶσαι ναῦς εἰς τὴν γῆν, recte vertas, *naves in terram ejicere*; quæ significatio verbis Lucæ convenit. Etiam prœliis terrestribus ἐξωθεῖν dicuntur, qui hostem loco pellunt; ἐξωθεῖσθαι, qui pelluntur. Plutarchus Romul. pag. 52. ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. Thucydides V. 72. Καὶ κυκλωσάμενοι ἔτρεψαν, καὶ ἐξέωσαν ἐς τὰς ἁμάξας. Pollux I. 165. ἐξώθουν ἀλλήλους. Duck.

Ἐξωθουμ.] Liv. 21. 9. init. *hostem in ruinas muri expellunt; inde — exturbant, postremo fusum fugatumque in castra redigunt.* Habes tria verba, quæ respondeant τῷ ἐξωθεῖν· *expellere, exturbare,* redigere; Germ. *zurück drängen, drücken.*

Ἐν ἁπάσαις ταῖς ναυμαχίαις] Gr. minus emendate, ἐπὶ πάσαις. Wass. Nempe in hoc bello, cum Syracusanis maxime.

Πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπιστήμην τε καὶ δύναμιν] Portus πρὸς aliter accepit, quam Valla, qui verterat, *ex sua peritia suisque viribus.* Hoc præfero. Thucydides IV. 39. Ἐνδεεστέρως ἑκάστῳ παρεῖχεν, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν, quam *pro copia.* Duck. Si is foret sensus, quem Port. tribuit verbis: ἐπὶ τῇ ἐπιστήμῃ κ. δυνάμει diceret Thuc. Nec vero cum voc. δύναμιν congruit. Quis enim legit, ἐπινοεῖν τι πρὸς τὴν δύναμιν, ut esset, facultatem augere (novo) commento? Nec vero ea erat Syracusanorum solertia, quam, ut jam *satis* magnam, Atheniensis Thuc. miraretur. πρὸς ergo est pro κατὰ, vel ὡς πρός· *so gut sie es verstanden und konnten;* ut c. 36. κατὰ τὸ δυνατὸν, *so viel sie konnten.*

Ἐπεχείρουν] Simpliciter, ut nos: *sie attaquirten, sie wagten, thaten den Angriff*; scil. τοῖς Ἀθηναίοις, e contexto. Ita ἐπιβοηθεῖν sæpius Nostro, et νικᾶν, non addito *hostis* vocabulo.

Τ. ἐκ. τ. πόλ. — προὔξαγ.] i. e. τὸν ἐν τῇ πόλει (ὄντα) προὔξαγ. ἐξ αὐτῆς· more Nostri; v. Ind. in ἐκ.

Προὐξαγαγὼν] Antea προεξαγαγών. Gr. recte προὐξαγαγὼν, quod reposui: ut προὐργιαίτερος, προὔργου, προὖπτος. Wass.

Αὐτοῦ] Haud dubie et ad τείχει refertur, utut per trajectionem, Nostro solitam, et a καθόσον pendet: καθόσον αὐτοῦ ἑώρα πρὸς τὴν πόλιν· ab ea parte, quoad urbem spectabat. Porti interpretatio de *prospectu* hic sensu et consilio plane caret. Est, tanquam dixerit Thuc. κατὰ τὸ μέρος τοῦ τείχους, ὅσον ἑώρα πρὸς τ. πόλιν. Ita fere et Abr. v. et ad v. ἐπιπολὺ, C. 38. init.

ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου, οἵ τε ὁπλῖται, ὅσοι ἐκεῖ ἦσαν, καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ ἡ γυμνητία τῶν Συρακουσίων ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα προσῄει τῷ τείχει· αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθὺς ἐξέπλεον τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, τοπρῶτον, αὐτοὺς, οἰόμενοι, τῷ πεζῷ μόνῳ πειράσειν, ὁρῶντες δὲ καὶ τὰς ναῦς ἐπιφερομένας ἄφνω, ἐθορυβοῦντο· καὶ οἱ μὲν, ἐπὶ τὰ τείχη καὶ πρὸ τῶν τειχῶν τοῖς προσιοῦσιν ἀντιπαρετάσσοντο· οἱ δὲ [Ἀθηναῖοι] πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου καὶ τῶν ἔξω κατὰ τάχος χωροῦντας ἱππέας τε πολλοὺς καὶ ἀκοντιστὰς ἀντεπεξῄεσαν. ἄλλοι δὲ τὰς ναῦς ἐπλήρουν, καὶ ἅμα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν παρεβοήθουν, καὶ, ἐπειδὴ πλήρεις ἦσαν, ἀντανῆγον πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ναῦς· καὶ αἱ τῶν Συρακουσίων ἦσαν ὀγδοήκοντα μάλιστα.

λή. 38. Τῆς δὲ ἡμέρας ἐπιπολὺ προσπλέοντες, καὶ ἀνακρουόμενοι, καὶ πειράσαντες ἀλλήλων, καὶ οὐδέτεροι δυνάμενοι ἄξιόν τι λόγου παραλαβεῖν, εἰ μὴ ναῦν μίαν ἢ δύο τῶν Ἀθηναίων οἱ Συρακούσιοι καταδύσαντες, διεκρίθησαν· καὶ ὁ πεζὸς ἅμα ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπῆλθε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Συρακούσιοι ἡσύχαζον, οὐδὲν δηλοῦντες, ὁποῖόν τι τὸ μέλλον ποιήσουσιν· ὁ δὲ Νικίας, ἰδὼν ἀντίπαλα τὰ τῆς ναυμαχίας γενόμενα, καὶ ἐλπίζων αὐτοὺς αὖθις ἐπιχειρήσειν, τούς τε τριηράρχους ἠνάγκαζεν ἐπισκευάζειν τὰς ναῦς, εἴ τις τι ἐπεπονήκει, καὶ

Ἡ γυμνητία] Pro concreto, οἱ ψιλοί· ut Livio, *levis armatura*, pro, leviter *armati*.

Οἱ μὲν—οἱ δὲ] Utrumque refertur ad Athenienses, antea nominatos: sign. *partim—partim, alii illorum, alii rursus:* partitionem inducit eorum, quæ fecerint Athenienses.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι] Etsi omnes libri, excepto Gr. habent Ἀθηναῖοι, tamen apertum est, id huc intrusum esse e Scholiasta; nec legitur in verbis, quæ interpretationi illius præscribuntur. Duck.

Ἐπιπολὺ] Dubium est, ac promiscuum fere, utrum referas ad ἡμέρας· per multam diei partem; quo sensu idem sit, quod simplex πολὺ, ut supra, c. 37. extr. καθόσον αὐτοῦ pro ὅσον· v. ibi Abresch. Dilucc. p. 690. an ad προσπλ. κ. ἀνακρ. et significet *fere* (*meistentheils*,) *nil aliud* (fecere, vel, cum fecissent,) nisi. Itaque comma omisi; et ad ἡμέρας et ad ἐπιπολύ.

Παραλαβεῖν] Auferre, *abgewinnen*, Gall. *gagner, remporter*. Porti interpretatio verbosior est, et quæ sensum oneret. Abr. explicatio τῆς παρὰ, *alteri ab alteris*, vel, *supra* id, quod jam haberent, contorta est, ac putida plane; altera etiam ab usu linguæ aliena; debebat enim, προσλαβεῖν. Immo simpliciter est pro λαβεῖν· ut subinde Christus dicit apud Joh. se παραλαβεῖν ἐντολὴν, ἔργον, a Patre, i. e. λαβεῖν. Nec παραδοῦναι multum differt a simplici διδόναι· ut 2 Cor. 8. 5. ἑαυτοὺς ἔδωκαν τῷ κυρίῳ, p. παρέδωκαν. Hac occasione attulisse licuerit memorabilem sensum verbi μεταλαμβάνειν, 2 Macc. 13. 23. μετέλαβεν, ἀπονενοηκέναι τὸν Φίλιππον· *cognovit, accepit*, (plane Græc. λαμβ.) didicit; qs. παρέλαβεν. Non notatur in Thes. Biel. neque in Spicil. Ven. Schleusn.

Εἰ μὴ—καταδύσ.] Durior sane structura τοῦ εἰ μὴ cum particip. καταδύσαντες· debebat aut, εἰ μὴ, ὅτι—κατέδυσαν, aut μόνον pro εἰ μή· vel sic tamen Genitivo magis: μόνον τῶν Συρακουσίων—καταδυσάντων. Sunt quasi simpliciter positi Nominativi, dati tamen superioribus Nominativis, maxime propiori, δυνάμενοι.

Ἐπισκευάζειν τὰς ναῦς, εἴ τις τι ἐπεπονήκει]

ὁλκάδας προώρμισε πρὸ τοῦ σφετέρου σταυρώματος, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νεῶν ἀντὶ λιμένος κλειστοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει. διαλιπούσας δὲ τὰς ὁλκάδας ὅσον δύο πλέθρα ἀπ' ἀλλήλων κατέστησεν, ὅπως, εἴ τις βιάζοιτο ναῦς, εἴη καταφευξις ἀσφαλὴς, καὶ πάλιν καθ' ἡσυχίαν ἔκπλους. παρασκευαζόμενοι δὲ ταῦτα ὅλην ἡμέραν διετέλεσαν οἱ Ἀθηναῖοι μέχρι νυκτός.

λθ'. 39. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Συρακούσιοι τῆς μὲν ὥρας πρωϊαίτερον, τῇ δὲ ἐπιχειρήσει τῇ αὐτῇ τοῦ τε πεζοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ, προσέμισγον τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ ἀντικαταστάντες ταῖς ναυσὶ, τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις ἐπιπολὺ διῆγον τῆς ἡμέρας πειρώμενοι ἀλλήλων· πρὶν δὴ Ἀρίστων ὁ Πυῤῥίχου, Κορίνθιος, ἄριστος ὢν κυβερνήτης τῶν μετὰ Συρακουσίων, πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας, πέμψαντας ὡς τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιμελομένους, κελεύειν ὅτιτάχιστα τὴν ἀγορὰν τῶν πωλουμένων παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας, καὶ,

Pollux I. 125. Τὰς δὲ πεπονηκυίας καὶ κεκαμηκυίας ἔστι θεραπεῦσαι, ἐπισκευάσαι. Thucydides VI. 104. Καὶ τὰς ναῦς, ὅσαι ἐπόνησαν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, ἀνελκύσας ἐπεσκεύαζε. Et VII. 1. Ἐπεὶ ἐπεσκεύασαν τὰς ναῦς. D.

Διαλιπούσ.] Sententia requirere videtur διαλειπούσας. Sic et Steph. in Thes. voc. διαλείπ. *Gottl.* Et ego prætulerim; si tamen, per hypallagen, ad ducem Niciam referatur, ad quem κατέστησε pertineat: διαλιπὼν, aoristo, dicatur de eo, qui relinquat spatium; *præsentis* tamen et hoc temporis sensu.

Ὅλην ἡμέραν] Mss. ὅλην τὴν ἡμέραν· bene. Wass.

Τ. μὲν ὥρ.] Commodissime verteris, *qua tempus*, τῇ ὥρᾳ, *tempore*; utut obscurius dictum, quia non memorantur antea *serius* rem aggressi: sed hoc ipsum nimirum hic innuit Thuc.

Πρωϊαίτερον] Vide supra VII. 19. In Scholiis Cod. Cass. non adnotata est varietas scripturæ. Duck.

Τῇ αὐτῇ] Possit significare *una eademque* impressione, i. e. *simul*, consociatâ. Sed, propter oppositum illi, πρωϊαίτερον, magis sit, ut significet, *eodem, simili*, atque pridie.

Πρὶν δὴ] Elegans vero usus τοῦ πρὶν pro ἕως· nam, quæ fiant *proxime ante* aliquid, sane fiant, *donec*, vel, *prius, quam* hoc consequatur; neque finem ceperit *prius* illud *ante*, quam hoc successerit. Ita 1. 132. οὐδ' ὣς —ἠξίωσαν βουλεῦσαί τι νεώτερον—πρίν γε δὴ—Ἀργίλιος—μηνυτὴς γίγνεται· non audebant gravius quidquam consulere, *donec* indicem Argilium nacti sunt.

Πυῤῥίχου] Male Cod. Ar. Πυρίθου, ut ex Mss. patet. De hoc stratagemate Aristonis Polyænus V. 13. Wass.

Ἐπιμελομ.] Intell. τούτου, qs. ἐπιμελητὰς, *curatores*, magistros, præfectos ei rei, agoranomos. *Æediles plebis* Romanis essent. Quanquam et *lixas* intellexeris, (*Marfetender*) propolas urbicos et castrenses, quibus curæ esset, vel in urbe promercale exercere forum, vel castra sequi; id quod pæne præplacet.

Παρὰ τὴν θάλασσαν] De varietate scripturæ monet Scholiastes. Polyænus V. 13. Ἐκέλευσε τὴν ἀγορὰν τῶν τροφῶν μεταγαγεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Wass. Quid sit ἀγορὰ τῶν πωλουμένων, exponit Casaubonus ad Polyb. I. 18. Duck.

Μεταστ. κομίσ.] Referre, negat Abr. sic, an inverse legatur, μεταστήσαντας κομίσαι. Recto sane: interest tantum, utrum *prius* sit in re, et Anteced. loco, utrum *posterius* et consequens, μεταστῆσαι, an κομίσαι; quorum utrumque in utrumque cadat; nam et transferendo foro, vel mutando, venalia deferantur, et his deferendis alio, forum mutetur; etsi hoc magis, hac quidem in caussa, ubi non fori mutandi consilium esset, sed eduliorum ad litus deferendorum. Ita tamen hæc disputantur, ut cum Abr. interim credamus, ad κομίσαντας intelligi τὰ ἐδώδιμα· id quod non oporteat tamen, ubi interpretari liceat, ex Græcismo, κομίσαντας pro φέροντες μεταστῆσαι· quod φέρειν, participio, per Pleonasmum addatur verbis, ut nostrum *nehmen*;

ὅσα τις ἔχει, ἐδώδιμα, πάντας ἐκεῖσε φέροντας ἀναγκάσαι πωλεῖν, ὅπως, αὐτοὺς ἐκβιβάσαντες τοὺς ναύτας, εὐθὺς παρὰ τὰς ναῦς ἀριστοποιήσωνται, καὶ δι' ὀλίγου αὖθις καὶ αὐθήμερον ἀπροσδοκήτοις τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρῶσι.

μ'. 40. Καὶ οἱ μὲν, πεισθέντες, ἔπεμψαν ἄγγελον, καὶ ἡ ἀγορὰ παρεσκευάσθη· καὶ οἱ Συρακούσιοι, ἐξαίφνης πρύμναν κρουσάμενοι, πάλιν πρὸς τὴν πόλιν ἔπλευσαν, καὶ εὐθὺς ἐκβάντες, αὐτοῦ ἄριστον ἐποιοῦντο. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, νομίσαντες, αὐτοὺς, ὡς ἡσσημένους, σφῶν πρὸς τὴν πόλιν ἀνακρούσασθαι, καθ' ἡσυχίαν ἐκβάντες, τά τε ἄλλα διεπράσσοντο, καὶ τὰ ἀμφὶ τὸ ἄριστον, ὡς τῆς γε ἡμέρας ταύτης οὐκέτι οἰόμενοι ἂν ναυμαχῆσαι. ἐξαίφνης δὲ οἱ Συρακούσιοι, πληρώσαντες τὰς ναῦς, ἐπέπλεον αὖθις. οἱ δὲ, διὰ πολλοῦ θορύβου, καὶ ἄσιτοι οἱ πλείους, οὐδενὶ κόσμῳ ἐσβάντες, μόγις ποτὲ ἀντανήγοντο· καὶ χρόνον μέν τινα ἀπέσχοντο ἀλλήλων, φυλασσόμενοι· ἔπειτα οὐκ ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις, αὐτοῦ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, διαμέλλοντας, κόπῳ ἁλίσκεσθαι, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν ὅτιτάχιστα· καὶ, ἐπιφερόμενοι ἐκ παρακελεύσεως, ἐναυμάχουν. οἱ δὲ Συρακούσιοι, δεξάμενοι, [ἠμύνοντο,] καὶ ταῖς τε ναυσὶν ἀντιπρώ-

sie sollten die Sachen nehmen, und, rel. Ita Græci, φέρε λαβὼν, *cape:* et, Luciano maxime, particip. φέρων cuilibet pæne verbo additur, ita, ut sit pro ταχέως, *ocyus*, ut φέρων ἔγραψε, φέρων ἀπεκρίνατο, et alia, quæ nominatim jam non succurrunt, sed subinde notata mihi sunt; apud Demosth. quoque; et φέρε sign. *age*, agedum, *nun, wohlan!* ut et h. l. κομίσαντας μεταστῆσαι, nihil aliud sit, nisi, ταχέως, τὴν ταχίστην, μεταφέρειν τὴν ἀγορὰν, *ocyus*, statim, propere, raptim, transferre forum. Ita μεταστῆσαι fuerit vera Lect. et caruerimus Ellipsi, duriori sane illa, τα ἐδώδιμα.

Ὅπως αὐτοὺς ἐκβιβάσαντες τοὺς ναύτας] Plerique Mss. αὐτοῖς· quæ mihi vera scriptura videtur esse. Ita enim quamplurimis locis Thucydides illo αὐτοῖς specie quadam pleonasmi utitur. Vel hoc libro, Cap. 25. Ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν. Cap. 30. Οὗ αὐτοῖς τὰ πλοῖα, ἃ ἤγαγεν, ὥρμει. Cap. 34. Καὶ αὐτοῖς τοῦ χωρίου μηνοειδοῦς ὄντος, ἐφ' ᾧ ὥρμουν. Cap. 40. Καὶ οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων αὐτοῖς ἀκοντίζοντες. Vid. etiam ad III. 98. IV. 25. et VII. 19. DUCK.

Ἀριστοπ.] Recte defendit Abresch. et præfert ἀριστοποιήσονται. Quid enim solennius Græcis, Atticis utique, quam Futurum Indic. ponere pro Conjunctivo?

Αὐθήμερον] Sic VI. 55. at II. 12. IV. 128. et VIII. 89. αὐθημερὸν, ut hic Reg. et Cass. Etiam apud alios variat sedes toni in hac voce. Jungermanno ad Pollucem I. 64. placet αὐθημερόν. DUCK.

Πρύμναν κρουσάμενοι] Pollux I. 125. quem vide. WASS.

Τῆς γε ἡμ.] Γε hic est *certe*, utique, *wenigstens, doch gewik.*

Μόγις] Ita nostri, et Thucydides 7. 44. 8. 27. 92. ita Herodotus III. 12. IV. 140. Nec variant Bodl. aut Mediceus. ita Hippocrates, Simonides bis, Plato, Homerus. Grammatici, qui a μόλις distinguunt, nugas agunt. μόλις apud Nostrum decies eodem significatu. Corinthus Atticum putat: frustra. Sophocles ter μόλις· sic etiam Alexis et Antiphanes Comici 597. 617. et Menander 709. Euripides Andr. 811. Suppl. 172. 718. et alibi sæpius. Idem servat μόγις Cycl. 573. et Hel. 659. Jon. 1215. 1253. Nicander μόλις, et Diocles Carystius. Aretæus utrumque adhibet. Sed forte pro μόγις 95. 16. μόλις etiam legendum. WASS.

Οὐκ ἐδόκ.] Debebat: ἐδόκει τ. Ἀθην. οὐκ αὐτοῦ—ἁλίσκεσθαι, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν· aut ad ἀλλ' ἐπιχ. repet. ἐδόκει.

Καὶ—ἐναυμ.] Καὶ hic sign. οὖν.

ροις χρώμενοι, ὥσπερ διενοήθησαν, τῶν ἐμβολῶν τῇ παρασκευῇ ἀνερρήγνυσαν τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς ἐπιπολὺ τῆς παρεξειρεσίας· καὶ οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων αὐτοῖς ἀκοντίζοντες, μεγάλα ἔβλαπτον τοὺς Ἀθηναίους· πολὺ δ᾽ ἔτι μείζω οἱ ἐν τοῖς λεπτοῖς πλοίοις περιπλέοντες τῶν Συρακουσίων, καὶ ἔς τε τοὺς ταρσοὺς ὑποπίπτοντες τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ ἐς τὰ πλάγια παραπλέοντες, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐς τοὺς ναύτας ἀκοντίζοντες.

μα'. 41. Τέλος δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ κατὰ κράτος ναυμαχοῦντες οἱ Συρακούσιοι ἐνίκησαν· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, τραπόμενοι, διὰ τῶν ὁλκάδων τὴν κατάφευξιν ἐποιοῦντο ἐς τὸν ἑαυτῶν ὅρμον. αἱ δὲ τῶν Συρακουσίων νῆες μέχρι μὲν τῶν ὁλκάδων ἐπεδίωκον· ἔπειτα αὐτοὺς αἱ κεραῖαι ὑπὲρ τῶν ἔσπλων αἱ ἀπὸ τῶν ὁλκάδων δελφινοφόροι ἠρμέναι ἐκώλυον. δύο δὲ νῆες τῶν Συρακουσίων,

T. ἐμβολῶν] Et mihi in mentem venerat, ἐμβόλων, *rostrorum*, legendum, antequam vidissem, idem censere Abresch. Nil certius. Neque ἐμβολὴ *impetum* sign. verum ἐσβολή· et res omnis supra descripta Nostro, C. 36. init. Porti interpretatio; *ut ad incursiones faciendas essent idoneæ*, etiamsi ἐμβολὴ sit *impetus*, tamen e verbis nullo modo conficiatur.

Παρεξειρεσ.] V. Dorvill. ad Charit. p. 102. et Wesseling. ad Diodor. XV. p. 418. *Gottl.*

Οἱ ἐν τοῖς λεπτοῖς πλοίοις] Inter varias significationes vocis λεπτὸς Thomas Magister ex hoc loco docet, λεπτὸν etiam esse μικρὸν καὶ ἀσθενές. Suidas e lib. VIII. Thucydidis adfert λεπτὰ πλοῖα, τὰ μικρά. Est etiam II. 83. Paullo ante Cap. 36. de Atheniensium navibus Thucydides, λεπτὰ τὰ πρώραθεν ἐχούσας· ubi Scholiastes exponit ἀσθενῆ. Duck. Ordo est: οἱ (ἐκ) τῶν Συρ. (ὄντες) ἐν τοῖς λεπτ. πλοίοις (ἔβλαπτον αὐτοὺς κατὰ) πολὺ μείζω. μείζω hic est pro μειζόνως.

T. ταρσ.] V. D' Orvill. ad Charit. p. 115. *Gottl.* Propter loquendi usum, ex quo *calcem* notet ταρσὸς, *extremum pedem* et *imum*, propter Vett. interpretationes, addo etiam, ob verbum ὑποπίπτοντες, commovisse nolim receptam interpretationem. Si *pars* tamen *extrema* est *remorum* ταρσός· vix est, ut commode satis addatur Genit. τῶν νεῶν, sed debebat τῶν κωπῶν. Nec vero planum satis, quid sit, ὑποπίπτειν ἐς τοὺς ταρσούς. Audeone promere, quod vix probaturum me cuiquam, ipse videam?—Quid, si ταρσοὶ, qui a πλαγίοις tamen, ab *obliquo*, a *lateribus*, distinguantur, sint *puppes* navium, *calces*, extrema, postica? etsi vix video, quid ibi nocituri magnopere fuerint, ut in tutiori parte et altius emunita. Sed pro indicto abierit.

Αὐτῶν] Aut ad λεπτὰ πλοῖα referendum, utut remotius paullo; sed nihil propinquius tamen; aut, quod pæne malim, ad πλάγια. ex obliquo jaculabantur (in) nautas. Hoc quidem magis etiam probetur ablato καὶ, quod abest Mosqu.

Κατάφευξιν] Haud sane solitum vocab. neque ex analogia verbi, ex quo καταφυγὴ potius effingatur. Sed nimirum hoc *perfugium* sign. illud vero, quod hic debeat, *opus* ipsum et factum *refugiendi*; totum enim. τ. κατάφ. ἐπ. est pro κατέφυγον.

Ἔπειτα αὐτοὺς — ἐκώλυον] Scholiastes Aristoph. ad Equit. v. 759. qui habet εὔπλων. Vide et Suidam, et Thomam Mag. in δελφίς. Locum innuit Mœris. Scholiasta ex Pherecrate quædam desumsit, e quo Scholiast. Aristoph. Ὁ δὲ δὴ δελφὶς ἐστὶ μολυβδοῦς, δελφινοφόρος τε κεροῦχος, Ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν, ἐμπίπτων καὶ καταδύων. Wass. Adde Salmasium ad Solinum pag. 402. Edit. Traject. et Eustathium in Homer. Iliad. φ'. pag. 1221. Quod in Scholiasta Aristoph. est Φερεκράτης ἐν τοῖς Ἀγροῖς, recte emendarunt Jungermann. ad Pollucem, et Meursius in Biblioth. Attica τοῖς Ἀγρίοις. Nec scio, cur in eodem Schol. et Suida legi debeat ἡρμέναι, pro eo, quod apud Thucydidem est, ἠρμέναι. Duck.

Αἱ κερ. — — ἠρμ.] Trajecta videntur verba; quorum sit ordo ac sensus: αἱ δελφινοφόροι κεραῖαι ἀπὸ τῶν ὁλκάδων ἠρμέναι ὑπὲρ τῶν ἐσ-

ἐπαιρόμεναι τῇ νίκῃ, προσέμιξαν αὐτῶν ἐγγὺς, καὶ διεφθάρησαν, καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἑάλω. καταδύσαντες δ᾽ οἱ Συρακούσιοι τῶν Ἀθηναίων ἑπτὰ ναῦς, καὶ κατατραυματίσαντες πολλὰς, ἄνδρας τε τοὺς μὲν ζωγρήσαντες, τούς τε ἀποκτείναντες, ἀπεχώρησαν· καὶ τροπαῖά τε ἀμφοτέρων τῶν ναυμαχιῶν ἔστησαν, καὶ τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον, ταῖς μὲν ναυσὶ πολὺ κρείσσους εἶναι, ἐδόκουν δὲ καὶ τὸ πεζὸν χειρώσεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἐπιθησόμενοι, κατ᾽ ἀμφότερα παρεσκευάζοντο αὖθις.

μβ΄. 42. Ἐν τούτῳ δὲ Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων, ἔχοντες τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν, παραγίγνονται, ναῦς τε τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα μάλιστα ξὺν ταῖς ξενικαῖς, καὶ ὁπλίτας περὶ πεντακισχιλίους ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων, ἀκοντιστάς τε βαρβάρους καὶ Ἕλληνας οὐκ ὀλίγους, καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἱκανήν. καὶ τοῖς μὲν Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις κατάπληξις ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, εἰ πέρας μηδὲν ἔσται σφίσι τοῦ ἀπαλλαγῆναι

πλων· aut etiam, δελφινοφόροι ἠρμέναι *cum libramentis* erectæ. ἀπὸ τῶν ὁλκάδων hic significare videtur (cum præsertim ἠρμέναι significare etiam possit, *ablatæ* (*weggenommen*), depromtæ,) *ex* navibus illuc *delatæ*, deportatæ, terræ ac margini infixæ; quia dicit, ὑπὲρ τῶν ἔσπλων, *supra* aditus, i.e. ad *oram*, in *litore*, terrâ, ubi stare naves non possint: κεραῖαι sunt hic quasi *tollenones*; de quorum simili usu, utut in terrestri obsidione, Liv. 38. 5. *tollenonibus libramenta plumbi — incutiebant.* Unde δελφινοφόρους verti *cum libramentis*; et quodammodo Liv. 24. 34. med. *in naves — saxa emittebat.* Sed ille similior locus, ob *tollenones*; hic enim *tormenta* adhibita.

Διεφθάρ.] Cum addat: καὶ ἡ ἑτέρα — ἑάλω, idque (σὺν) αὐτοῖς ἀνδράσι, non potest διεφθάρησαν significare, nec verti debet, *perditæ* sunt, *interierunt*; sed nec cum Porto, *profligatæ* sunt, quod significare διαφθαρῆναι non possit; (nec, *profligatæ* si fuerint, *capi* altera potuerit;) sed aut, *graviter læsæ*, *affectæ* sunt, *sehr beschädigt*, aut, *una* διεφθάρη, *altera* ἑάλω. Ita, cum Luc. 23. 39. *unus* latronum dicatur maledixisse Christo, a *latronibus* id factum, dicit Matth. 27. 44. ut Lucæ ipsi licuerit; etenim, si duorum hæc non est pugna aut dissensio, ne unius quidem fuerit; et a duobus pluribusque sic dicta, ut non repugnent, ab uno quoque dici conjuncta possint; *latrones* eum derisere, *unus* autem, unus *tamen*, rel. ut hic Thuc. *duæ* naves διεφθάρησαν· *una* tamen ἑάλω· tanquam semet corrigens.

Αὐτ. ἀνδρ.] Int. σύν· ut, *toto exercitu*, *omnibus copiis*, *profectus*, alia subinde.

Κατατραυματίσαντες πολλὰς] Videatur Pollux IV. 189. Wass. Et I. 125. ibique Kuhnius. Pollux utroque loco observat, Thucydidem dicere τραυματισθεισῶν τῶν νεῶν. Sic loquuntur etiam omnes alii scriptores Græci. Herodotus VIII. 18. Τῶν (Ἀθηναίων) αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἔσαν. Polybius XVI. 2. Τρώσασαι τὴν ναῦν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν. Ibid. 3. Τοῖς πολεμίοις ὕφαλα τραύματα δόντες. Et 4. Δύο δὲ ναῦς πολεμίων τρώσας. Thucydides IV. 14. Ἔτρωσαν μὲν πολλάς. Nec minus Latini. Livius XXXVII. 24. *Ipsius Eudami multis ictibus* vulnerata navis *erat*. Duck.

Τοὺς μὲν ζωγρήσαντες] Mendose Cod. C. τοὺς μὲν πολλοὺς ζωγρ. Wass.

Τροπ. ἀμφ. ναυμ.] Scil. ἕνεκα, vel. πέρι.

Ἐχυρὰν] Gr. minus eleganter ἰσχυράν· sed ναυσὶ καὶ πολὺ bene. Wass.

Ἐδόκουν] Δοκεῖν Gr. bene. Idem.

Εἰ πέρ. — ἀπαλλ.] Primo εἰ est pro ὅτι, quasi *dubitanter* tamen, quia in incerto etiam nunc exitus: *an unquam finis foret? Oh sie dann nie ein Ende sehen würden?* Sæpe ita post θαυμάζω, θαυμαστὸν, redditur εἰ, pro ὅτι. V. et infra paullo, ad φαινομένην. Deinde, πέρας τοῦ ἀπαλλαγῆναι, est pro, πέρ. ὥστε ἀπαλλαγῆναι, et Genit. τοῦ *explicat*, quale sit

τοῦ κινδύνου· ὁρῶντες οὔτε διὰ τὴν Δεκέλειαν τειχιζομένην οὐδὲν ἧσσον στρατὸν ἴσον καὶ παραπλήσιον τῷ προτέρῳ ἐπεληλυθότα, τήν τε τῶν Ἀθηναίων δύναμιν πανταχόσε πολλὴν φαινομένην. τῷ δὲ προτέρῳ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐκ κακῶν, ῥώμη

illud πέρας, *in quo* insit. Ita Phil. 3. 21. extr. (κατὰ) τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα. Ubi Genit. τοῦ δύνασθαι, ad ἐνέργειαν, plane ut hic, ostendit, in quonam *posita* sit illa vis, *quæ* sit et qualis; unde recte ibi Vulg. (quem expressit Luth.) *qua etiam possit* (vel, ut in meo Cod. legitur, propius ad Græcum, *qua possit etiam*,) *omnia sibi subjicere*. Obiter notasse detur; quod Vulg. cum pluribus aliis Libb. non agnoscat verba, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ, quia tantum vertit, *configuratum*, posse hæc verba haberi pro interpretatione structuræ Adjectivi σύμμορφον, quod, sine illis verbis, pendeat a μετασχηματίσει· μετασχ. σύμμορφον, scil. ὥστε εἶναι, mutando, mutatum, simile reddet: qualem Epithetorum, vel Prædicatorum, usum subinde jam notatum dederimus; nominatim nuper admodum ad Sanctii Min. c. 7. n. e.

Ὁρῶντες] Adnotat hic Scholiastes figuram, ὁρῶντες pro ὁρῶσι· nam præcedit τοῖς Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις. Non infrequens est in Thucydide hæc enallage casuum participii. III. 36. Ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μιτυληναίους — ἐπικαλοῦντες τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν. VI. 24. Καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις — τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ, τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι. Et VI. 61. Εἴρητο δὲ (nempe αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων) προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησαμένῳ ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μή· θεραπεύοντες — Duck. Nota Antiptosis: cujus simillimum longe exemplum, et plane geminum habes Act. 15. 22. 23. ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις—πέμψαι — — γράψαντες, rel. pro γράψασι· non ovum ovo similius, οὐδὲ σῦκον σύκῳ οὕτω ὅμοιον γέγονε. Dissimile tamen Philipp. 3. 18. 19. πολλοὶ περιπατοῦσιν, — τοὺς ἐχθροὺς rel. ὧν τὸ τέλος, cet. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Ubi τοὺς ἐχθροὺς pendet a λέγω, et οἱ φρονοῦντες refertur ad πολλοὶ περιπατοῦσι. Simili aberratione, proximæ structuræ data, Cic. d. Offic. 1. 7. ante med. *Sed, quoniam, ut rectissime scriptum est a Platone, non nobis solis nati sumus, — — atque, ut placet Stoicis — — ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum caussa esse generatos.* Debebat, *creantur*, et, *hom. generati sunt*; quia inceperat, *quoniam — nati sumus*. Sed, delapsus ad proximum, *placet*, vertit in orationem obliquam; quod non faceret, quia, *ut placet Stoicis*, erat in Parenthesi, et extra compagem; aut *ut* ante *placet* omitteret. V. et mox, ad φαινομένην.

Ἴσον καὶ παραπλήσ.] Triplici modo hæc interpretari datur: 1) ἴσον numero, (*quantitate*,) παραπλήσιον conditione; (*qualitate*; 2) καὶ pro ἤ· 3) ἴσον καὶ pro σχεδὸν, ὡσανεὶ, *pæne, tantum non*, veluti, *gleichsam*: ut 3. 14. init. ἴσαι καὶ ἱκέται ἐσμέν.

Φαινομένην] Pro φαίνεσθαι. Solito more Græcorum; ut γνοὺς, apud Xenoph. Mem. S., καταμαθὼν, 1. 4. 2. init. 4. 2. 1. init. ὁρῶν, 4. 2. 17. init. 2. 7. init. ἰδὼν, 3. 4. init. οἶδα quoque, 2. 19. init. nec non αἰσθόμενος, 2. 2. et 3. init. Quin frequentius hoc ipso Infinitivo; cujus ego usum cum Accusat. hinc natum putem, cum primitus dicerent ac sentirent: *video, audio, novi illum* (tanquam, ὡς,) *doctum, tristem*; *deinde*, ex Ebraismo, כִּי, ὅτι, *novi illum, quod* (quatenus) *sit*, vel *est*. Xen. M. S. 1. 3. 8. Κριτόβουλον — πυθόμενος, ὅτι ἐφίλησε τὸν Ἀλκιβ. υἱόν. Quid manifestius? Quod pluribus tamen et ἐξεπίτηδες, professus disputo ad Sanct. Min. C. de Infinit. Sed, ut omissum supra ad ὁρῶντες hic reddam: quod Herodoti affert Abr. ex L. 1. c. 24. τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν — — ἀναχωρῆσαι, κ. τ. λ. id, si non dissimillimum longe, simile tamen usque quaque haud esse, apparet. Hic enim, apud Herodot. suum casum habet ἐσελθεῖν, ἀναχωρῆσαι non habet, sed ex τοῖσι intell. τοὺς, i. e. αὐτούς· ut Ellipsis hæc sit, non Antiptosis. Sed nimirum totum hoc aliud est, ex eo genere, ubi in Parenthesi aliquid ponatur, quod repetendum sit extra eam, vel ex eo aliquid. Debebat enim Herodotus: καὶ τούσδε ἀναχωρῆσαι ἐκ τ. πρύμνης ἐς μέσην νῆα· ἐσελθεῖν γὰρ τοῖσιν (αὐτοῖς) ἡδονὴν, κ. τ. λ. Comma ergo ponendum post καὶ, immo Parentheseos signum, ita: καὶ (τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, i. e. ἐσελθεῖν γὰρ τοῖσι (αὐτοῖς) ἡδονὴν, rel. et post ἀοιδοῦ clausa Parenthesi, ex illa ad ἀναχωρῆσαι repet. ex τοῖσι, τούσδε. Obs. etiam, ad εἰ pro ὅτι, quod notavimus init. Cap. ad vv. εἰ πέρ. — ἀπαλλ. et hic, apud Herod. εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι, esse pro, ὅτι μέλλ.

Ὡς ἐκ κακῶν] *Ut in malis*, vertit Port. *ut post tot mala*, rel. Abr. rectius hic etiam, quod ἐκ vertit *post*; quamquam et *in* congruat, quia nondum sese emerserant ex his malis. Sed illud *ut*, satis Latinum quidem hoc sensu, eget interpretatione; quam Liv. suppeditet, L. 22. c. 5. init. *Consul satis, ut in*

τις ἐγεγένητο. ὁ δὲ Δημοσθένης, ἰδὼν, ὡς εἶχε τὰ πράγματα, καὶ νομίσας, οὐχ οἷόν τε εἶναι διατρίβειν, οὐδὲ παθεῖν, ὅπερ ὁ Νικίας ἔπαθεν· (ἀφικόμενος γὰρ τοπρῶτον ὁ Νικίας φοβερὸς, ὡς οὐκ εὐθὺς προσέκειτο ταῖς Συρακούσαις, ἀλλ᾽ ἐν Κατάνῃ διεχείμαζεν, ὑπερώφθη τε, καὶ ἔφθασεν αὐτὸν ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατιᾷ ὁ Γύλιππος ἀφικόμενος· ἣν οὐδ᾽ ἂν μετέπεμψαν οἱ Συρακούσιοι, εἰ ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπέκειτο· ἱκανοὶ γὰρ αὐτοὶ οἰόμενοι εἶναι, ἅμα τ᾽ ἂν ἔμαθον ἥσσους ὄντες, καὶ ἀποτετειχισμένοι ἂν ἦσαν· ὥστε, μηδ᾽, εἰ μετέπεμψαν, ἔτι ὁμοίως ἂν αὐτοὺς ὠφελεῖν·) ταῦτα οὖν ἀνασκοπῶν ὁ Δημοσθένης, καὶ γιγνώσκων, ὅτι καὶ αὐτὸς, ἐν τῷ παρόντι, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μάλιστα δεινότατός ἐστι τοῖς ἐναντίοις, ἐβούλετο ὅτιτάχος ἀποχρήσασθαι τῇ παρούσῃ τοῦ στρατεύματος ἐκπλήξει. καὶ ὁρῶν τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, ᾧ ἐκώλυσαν περιτειχίσαι σφᾶς τοὺς Ἀθηναίους, ἁπλοῦν τε ὂν, καὶ, εἰ ἐπικρατήσειέ τις τῶν τε Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως, καὶ αὖθις τοῦ ἐν αὐταῖς στρατοπέδου, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸ ληφθὲν, (οὐδὲ γὰρ ὑπομεῖναι ἂν σφᾶς οὐδένα·) ἠπείγετο ἐπιθέσθαι τῇ πείρᾳ· καί [οἱ] ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν· ἢ γὰρ, κατορθώσας, ἥξειν Συρακούσας, ἢ

trepida re, impavidus; Quod clarius rursus 5. 47. post med. *reliquum noctis, quantum in turbatis mentibus* (fieri, teneri,) *poterat, quieti datum est;* et 1. 18. init. *consultissimus vir, ut in illa quisquam ætate esse poterat, omnis div. humanique juris.* Tali conditione ac tenore, *minuit ut,* temperat ac circumscribit, non auget; ut h. l. robur, animus iis accessit, *ut* ex *(in)* trepidis rebus, i. e. quantum animi (eorum) capere poterant sic afflicti. At, cum Liv. 23. 8. *convivium, ut in civitate, atque etiam domo, luxuriosa, omnibus voluptatium illecebris instructum;* hic *auget* voc. *ut,* atque intendit: ut *par* est, ut conjicere datum. Sed hoc sensu Græci magis dicunt οἷον, οἷά τε, οἷον εἰκὸς, quam ὡς. V. tamen ac c. 43. extr. vv. ὡς κεκρατηκ.

Οὐχ οἷόν τε εἶναι] A Cl. perperam abest εἶναι. Wass. Non maxima causa est, cur Cl. et Reg. præferri debeant omnibus aliis libris. Alioqui ellipsis verbi substantivi, præcedentibus οἷόν τε, et οὐχ οἷόν τε, neque Thucydidi, neque aliis, inusitata est. Thucydides hujus libri Cap. 47. Ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι. Add. Cap. 1. Duck. Germani quoque sic dicimus: *Er fönne nicht so da liegen, und sich diek zuziehen,* rel. Quidni *posset?* Sed *posse,* οἷον, nimirum hic est *debere,* dignum esse, convenire. Ita 1 Cor. 10. 21. οὐ δύνασθε, non *potestis* (simul) Christi et dæmoniorum calicem bibere, i. e. non *debetis,* non convenit.

Οὐδὲ παθεῖν] Aut παθεῖν sign. hic, *facere, committere,* eo rem deducere, ut idem accideret ipsi; aut καὶ, quod latet in οὐδὲ, pro καὶ οὐ, est pro ὥστε· non debere se διατρίβειν, morari, καὶ (scil. οὕτω,) eoque, ita, committere; vel, ὥστε, *ut* idem ipsi accideret. v. Phil. Th. P. p. 153. lit. ב) 1 Thess. 4. 1. πῶς δεῖ περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ, i. e. (οὕτω) ὥστε ἀρέσκ. τ. Θ. *ita* vivere, *ut* probemini Deo; quasi, per Hendiadyn, περιπατοῦντας ἀρέσκειν· ut hic plane, διατρίβειν καὶ παθεῖν, pro, διατρίβοντα παθ.

Μάλιστα δεινότ.] Non est hic Pleonasmus superl. de quo Sanct. in Min. L. 4. c. 9. sed dividendum: μάλιστα τῇ πρ. ἡμ. ἐστὶ δεινότ. primo *quoque* die, *utique,* præsertim, maxime terribilem se esse hostibus, vel fore. ἐστὶν hic est ἔσται, *certo* se fore; vel, uti soleat fieri.

Διαπολέμησιν] Huc fortassis respexit Pollux IX. 142. Duck.

Ἥξειν Συρακούσας] Ἕξειν tres Mss. et Edit. E Cod. Dan. quidem nihil varietatis adnotatum erat, sed tamen credo, ἥξειν esse vitium Editionis Hudsonianæ. Duck.

ἀπάξειν τὴν στρατιὰν, καὶ οὐ τρίβεσθαι ἄλλως Ἀθηναίους τε τοὺς ξυστρατευομένους, καὶ τὴν ξύμπασαν πόλιν. πρῶτον μὲν οὖν τήν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακουσίων ἔτεμνον οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τὸν Ἄναπον, καὶ τῷ στρατεύματι ἐπεκράτουν, ὥσπερ τοπρῶτον, τῷ τε πεζῷ, καὶ ταῖς ναυσίν. οὐδὲ γὰρ καθ' ἑκάτερα οἱ Συρακούσιοι ἀντεπεξῄεσαν, ὅτι μὴ τοῖς ἱππεῦσι καὶ ἀκοντισταῖς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου.

μγ΄. 43. Ἔπειτα μηχαναῖς ἔδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειράσαι τοῦ ἀποτειχίσματος. ὡς δὲ αὐτῷ προσαγαγόντι κατεκαύθησάν τε ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ἀπὸ τοῦ τείχους ἀμυνομένων, αἱ μηχαναὶ, καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ πολλαχῇ προσβάλλοντες ἀπεκρούοντο, οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν· ἀλλὰ, πείσας τόν τε Νικίαν καὶ τοὺς ἄλλους ξυνάρχοντας, ὡς ἐπενόει, τὴν ἐπιχείρησιν τῶν Ἐπιπολῶν ἐποιεῖτο. καὶ ἡμέρας μὲν ἀδύνατα ἐδόκει εἶναι λαθεῖν προσελθόντας τε καὶ ἀναβάντας· παραγγείλας δὲ πένθ' ἡμερῶν σιτία, καὶ τοὺς λιθολόγους καὶ τέκτονας πάντας λαβὼν, καὶ ἄλλην παρασκευὴν, τοξευμάτων τε, καὶ ὅσα ἔδει, ἢν κρατῶσι, τειχίζοντας ἔχειν, αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου, καὶ Εὐρυμέδων, καὶ Μένανδρος,

Τρίβεσθαι] Gr. τρίψεσθαι, et mox, τε καὶ τοὺς Ἀθηναίους. bene. Wass. Thucydides VI. 18. Νομίσατε καὶ τὴν πόλιν, ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ ἑαυτήν. Vide ibi Scholiasten. Duck.

Ἄλλως] Agnoscit Etymolog. M. 68. 44. et exponit μάτην, exemplis adductis. W.

Τήν τε γῆν— —οἱ Ἀθ.] Trajecta sunt verba, pro, τ. γῆν τῶν Συρακ. ἔτεμν. οἱ Ἀθην. ἐξελθ. vel, οἱ Ἀθ. ἐξελθόντες ἔτεμν. τ. γῆν τ. Συρακ. Illud ἐξελθόντες utique incommode interjectum.

Τ. Ἄναπον] Ovid. Fast. 4. 469. *fontem lenis Anapi.*

Ὅτι μὴ] Debet esse, ὅ, τι μὴ, qs. *quod*, quoad, quantum *non*, equitibus exierant, nempe, alio modo, cum aliis non exierant; ergo *tantum, non nisi* cum equitibus. Ita supra, ὅτι τάχος, i. e. ὅ, τι τάχος, sc. ἦν, quantum erat, dabatur, i. e. concedebatur, celeritatis.

Ἀπεκρούοντο] Debebat, ἀπεκρούετο, nempe ὁ Δημοσθένης, ex proximo, αὐτῷ.

Ἐδόκει] Hic de *homine* ipso, de *putante*, dicitur; plerumque de *re* ipsa, quæ credatur. Sed et 1 Cor. 4. 9. δοκῶ γὰρ, ὅτι, rel. et 2 Cor. 12. 19. πάλιν, δοκεῖτε, ὅτι ἀπολογούμεθα· adde 11. 16. μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι. 1 Cor 10. 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι. Matth. 24. 44. ᾗ ὥρα οὐ δοκεῖτε. Quod si, αὐτῷ intelligi, vellet Thuc., scriberet, διατριπτέον.

Καὶ τοὺς ἄλλους ξυνάρχοντας, ὡς ἐπενόει] Quidam libri καὶ τ. ἄ. ξυνάρχοντας, ἐπενόει καὶ τὴν ἐπιχ. ex Scholiasta, ut alibi. Wass. Nisi tamen potius dicendum est, hoc a recentioribus quibusdam, qui exemplaria scripta inter se comparare cœperunt, in Scholiasten inlatum esse: cujus rei suspicionem ex eo capio, quod Scholiastes Cod. Cass. neque hic, neque plerisque aliis locis, de varietate scripturæ monet. Duck.

Ἀδύνατα] Nonnulli, minus recte, ἀδύνατον. Vide Suidam. Wass. Potest hic ad ἐδόκει intelligi αὐτῷ· sed, quia sequ. παραγγείλας δὲ, (δὲ pro ἀλλὰ) nempe ὁ Δημοσθένης, etiam ἐδόκει accipi detur, ut supra, init. cap. pro ἐνόμιζε. Supra tamen ἐδόκει significabat, ἐδοκίμαζε, probavit, consultum duxit. ἀδύνατα, more Nostri, pro ἀδύνατον.

Λαβὼν] Pro παραλαβών. Paullo post, ἀναλαβὼν τ. στρατιάν.

Ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου] *Circa primam vigiliam* vertit Acacius. Rectius, puto, Valla et Portus ἀπὸ acceperunt pro *post*, ut sit, *post primam vigiliam*: quemadmodum, quum

ἀναλαβὼν τὴν πᾶσαν στρατιὰν, ἐχώρει πρὸς τὰς Ἐπιπολάς. Νικίας δὲ ἐν τοῖς τείχεσιν ὑπελέλειπτο. καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸν Εὐρύηλον, (ᾗπερ καὶ ἡ προτέρα στρατιὰ τοπρῶτον ἀνέβη,) λανθάνουσί τε τοὺς φύλακας τῶν Συρακουσίων, καὶ προσβάντες, τὸ τείχισμα, ὃ ἦν αὐτόθι, τῶν Συρακουσίων αἱροῦσι, καὶ ἄνδρας [τινὰς] τῶν φυλάκων ἀποκτείνουσιν· οἱ δὲ πλείους, διαφυγόντες εὐθὺς πρὸς τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία, [ἐν προτειχίσμασιν,] ἓν μὲν τῶν Συρακουσίων, ἓν δὲ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν, ἓν δὲ τῶν ξυμμάχων, ἀγγέλλουσι τὴν ἔφοδον, καὶ τοῖς ἑξακοσίοις τῶν Συρακουσίων, οἳ καὶ πρῶτοι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Ἐπιπολῶν φύλακες ἦσαν, ἔφραζον. οἱ δ' ἐβοήθουν τ' εὐθύς· καὶ αὐτοῖς ὁ Δημοσθένης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐντυχόντες, ἀμυνομένους προθύμως ἔτρεψαν. καὶ αὐτοὶ μὲν εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσθεν, ὅπως τῇ παρούσῃ ὁρμῇ τοῦ περαίνεσθαι, ὧν ἕνεκα ἦλθον, μὴ βραδεῖς γένωνται. ἄλλοι δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων, οὐχ ὑπομενόντων τῶν φυλάκων, ᾕρουν τε, καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀπέσυρον. οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ ὁ Γύλιππος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ἐβοήθουν

dicunt, ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀπὸ δείπνου, et plura hujus generis. *Circa primam vigiliam*, est, περὶ πρῶτον ὕπνον· quo utitur Thucydides II. 2. et Plutarchus in Nicia p. 941. Hoc Polluci I. 70. videtur esse εὐτελές. Si existimavit, esse humile ac plebeium genus loquendi: non probo illius sententiam. Dionysius Halicarn. V. 41. Μετὰ τὸν πρῶτον ὕπνον. Duck. Manifesto ἀπὸ hic est *post*; quomodo enim *cum* primo somno exirent? Aliorum forte, (ut *tempus* omnino signetur,) non suo; at tunc *tempus* ita non signaret, nisi *ipsi* primo somno functi essent. Quis enim dixerit, se exisse circa primum somnum, quo ipse functus non sit? Sed nimirum est illud, quod Liv. sæpe: *Jussi corpora curare*. Supra quidem, c. 29. init. ἀφ' ἑσπέρας libere vertebatur, *orto vespere*, et, *post* vesperam. Hic alia ratio est.

Ἀναλαβὼν—ἐχώρει] Debebat, ἀναλαβόντες, et ἐχώρουν, tres illi nempe; sed ipse tamen princeps et auctor.

Ἡ προτ. στρ.] Primo in Siciliam missæ copiæ. Ita c. 42. post init. τῷ προτέρῳ στρατεύματι τ. Ἀθην. cui auxilia, vel supplementum, Demosthenes et Eurymedon advexissent.

Ἀνέβη] Pro Plusqpf. ἀνεβεβήκει.

Καὶ ἄνδρας τινὰς τῶν φυλάκων ἀποκτείνουσι] Scriptura librorum, a quibus abest τινὰς, confirmari potest ex alio loco Thucydidis II. 33. Ἄνδρας τε ἀποβάλλουσι σφῶν αὐτῶν. Neque solum hic, sed etiam alibi, quidam scripti excludunt τίνας. Aristophanes Equitib. v. 423. Ὥστ' εἶπ' ἀνὴρ τῶν ῥητόρων ἰδὼν με τοῦτο δρῶντα. Duck.

Τὸ ἀπὸ τ. πρ.] Obscure sane dictum, neque in promtu satis, quod omissum addatur. In ὁρμῆς intelligendo consentiunt fere Intt. Incommode dictum tamen: *munimentum a primo impetu*, pro, quod primum essent aggressi. Ego ad Synchysin confugerim, (cujus simillima loco huic exempla v. in Phil. Th. P. p. 289. extr.) ut sit pro ἀπὸ τῆς πρώτης, scil. ὥρας, *initio statim*, τὸ παρατ. rel. *statim cepere munimentum transversum*. Ita sæpius Noster: ut οἱ ἐκ Πύλου Λακεδαιμόνιοι — ἦλθον, i. e. οἱ Λακεδ. ἦλθον ἐκ Πύλου· et alia; οἱ δὲ ἐκ τῆς πόλεως Συρακούσιοι ἐβοήθουν, pro, οἱ Συρακ. ἐβοήθ. ἐκ τ. πόλ. Durius tamen his exemplis illud est. Certe ἀπὸ τ. πρώτης est πρῶτον, ut, ὁ ἀπὸ τῆς ἴσης, pro ἴσος· ac fortasse simpliciter intell. quod *initio, primum* objecerant Syracusani; supra, L. 6. extr. In hoc acquieverim.

ἐκ τῶν προτειχισμάτων. καὶ, ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου, προσέβαλλόν τε τοῖς Ἀθηναίοις ἐκπεπληγμένοι, καὶ, βιασθέντες ὑπ' αὐτῶν, τοπρῶτον ὑπεχώρησαν. προϊόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐν ἀταξίᾳ μᾶλλον ἤδη, ὡς κεκρατηκότων, καὶ βουλομένων διὰ παντὸς τοῦ μήπω μεμαχημένου τῶν ἐναντίων ὡστάχιστα διελθεῖν, ἵνα μὴ, ἀνέντων σφῶν τῆς ἐφόδου, αὖθις ξυστραφῶσιν, οἱ Βοιωτοὶ πρῶτοι αὐτοῖς ἀντέσχον, καὶ προσβαλόντες ἔτρεψάν τε καὶ ἐς φυγὴν κατέστησαν.

μδ΄. 44. Καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀπορίᾳ ἐγίγνοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἣν οὐδὲ πυθέσθαι ῥάδιον ἦν οὐδ' ἀφ' ἑτέρων, ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυνηνέχθη. ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαφέστερα μὲν, ὅμως δὲ οὐδὲ ταῦτα οἱ παραγενόμενοι πάντα, πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, μόγις, οἶδεν· ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ (ἣ μόνη δὴ στρατοπέδων μεγάλων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο,) πῶς ἄν τις σαφῶς τι εἰδείη; ἦν μὲν γὰρ σελήνη λαμπρὰ, ἑώρων δὲ οὕτως ἀλλήλους, ὡς ἐν σελήνῃ εἰκὸς, τὴν

Σφίσιν ἐν νυκτὶ] Non displicet, ἐν νυκτὶ σφίσι γενομ. quod est in Mss. quibusdam. Wass.

Διὰ παντὸς τοῦ μήπω μεμαχημένου τῶν ἐναντίων] Hoc Valla de munitionibus hostium nondum expugnatis, Portus de nondum oppugnatis, acceperunt. Mihi non liquet, an munitiones hostium nondum expugnatæ, vel oppugnatæ, Græce possint dici τὸ μήπω μεμαχημένον τῶν ἐναντίων. Acacius putavit, eam partem hostium designari, quæ, expers certaminis, nondum pugnaverat; quod mihi verius videtur, et non obscure e verbis, quæ mox addit Thucydides, colligi potest. Duck. διελθεῖν est Livianum *persequi, obire*; vel *defungi; sie wollten mit allem durchfommem, fertig werden, per omnes ire*, omnes absolvere.

Παντὸς τοῦ — μεμ.] Παντὸς (Neutrum) est pro πάνταν (στρατιωτῶν) τῶν μήπω μεμαχημένων. Porti interpretatio si locum habere debeat, scriptum oporteat, ὑπὸ τῶν ἐναντίων, vel, τοῖς ἐναντίοις.

Οὐδὲ ἀφ' ἑτέρ.] i. e. παρ' οὐδετέρων, *ex neutra parte*; (qs. per Tmesin et Metathesin;) Quippe et Syracusani, adversarii, scire alioquin poterant trepidationem Atheniensium, hostium. Ceterum inde apparuerit, percontatum Thucydidem utramque partem in hoc bello, et diligenter, et cum fide, omnia retulisse. Porti interpretatio, *vel ex alterutris*, sensu caret, utique *vel* addito.

Οἱ παραγεν. — — οἶδεν] Ad παραγενόμενοι, ex οἶδεν, intell. οἴδασι· quod posuisse plane debebat, quia οἱ παραγ. est præcipuus Nominat. Subjecti; sed nimirum alteri dedit, ut propiori, ἕκαστος, qui, quasi per Appositionem, explicet illud, οἱ παραγενόμενοι· ac si sit, ἕκαστος τῶν παραγενομένων· ut apud Ælian. V. H. 10. 16. οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον, i. e. τῶν δὲ οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχεν.

Μόγις] Μόλις *scripti*: sed illud Ἀττικώτερον. Wass.

Οὕτως — — προορᾶν] Ad προορᾶν, ex ὡς, sed inflexo paullulum sensu, (per Dilogiam,) intell. rursus ὡς, i. e. ὥστε ἑώρων ἀλλήλ. οὕτως, ὡς εἰκὸς (ἐστὶν) ὁρᾶν ἐν σελήνῃ, ὡς (ὥστε, *ita, ut*) τὴν ὄψ. τ. σώμ. προορ. Sed adjunxit προορᾶν τῷ εἰκός· *ut fieri solet, potest*, (id enim hic sign. εἰκὸς,) luna fulgente, ut tui corporis speciem videas, rel. Hoc deinde quasi γνωμικῶς, universe, extulit, non, quod *tum* Atheniensibus acciderit, sed quid *omnino* et cuique accidere soleat. εἰκὸς hic non est *credibile*, ut Port. vertit, sed, fieri solet, vel quoad potest, aut, ut fert rei natura, *wie es natürlich ist, zu seyn pflegt*. Ita aliquo loco Noster, (locus non succurrit; est aut L. 1. aut 2.) εἰκὸς, πρὸς τὰς ξυμφορὰς, καὶ τὰς ὀργὰς τ. ἀνθρώπων ἀλλάττεσθαι (τρέπεσθαι), *mirum non* est, fieri *solet, es ist natürlich, fein Munder*. Plura exempla hoc significantis εἰκὸς attuli in Glossar. Theodoret. v. εἰκός.

μὲν ὄψιν τοῦ σώματος προορᾶν, τὴν δὲ γνῶσιν τοῦ οἰκείου ἀπιστεῖσθαι. ὁπλῖται δὲ ἀμφοτέρων οὐκ ὀλίγοι ἐν στενοχωρίᾳ ἀνεστρέφοντο. καὶ τῶν Ἀθηναίων οἱ μὲν ἤδη ἐνικῶντο, οἱ δὲ ἔτι τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ ἀήσσητοι ἐχώρουν. πολὺ δὲ καὶ τοῦ ἄλλου στρατεύματος αὐτοῖς τὸ μὲν ἄρτι ἀναβεβήκει, τὸ δ' ἔτι προσανῄει· ὥστ' οὐκ ἠπίσταντο, πρὸς ὅ, τι χρὴ χωρῆσαι. ἤδη γὰρ τὰ πρόσθεν τῆς τροπῆς γεγενημένης ἐτετάρακτο πάντα, καὶ χαλεπὰ ἦν ὑπὸ τῆς βοῆς διαγνῶναι. οἵ τε γὰρ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι κρατοῦντες παρεκελεύοντό τε, κραυγῇ οὐκ ὀλίγῃ χρώμενοι, ἀδύνατον ὂν ἐν νυκτὶ ἄλλῳ τῳ σημῆναι, καὶ ἅμα τοὺς προσφερομένους ἐδέχοντο· οἵ τε Ἀθηναῖοι ἐζήτουν τε σφᾶς αὐτοὺς, καὶ πᾶν τὸ ἐναντίον, καὶ εἰ φίλιον εἴη, τῶν ἤδη πάλιν φευγόντων, πολέμιον ἐνόμιζον· καὶ τοῖς ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς χρώμενοι, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄλλῳ τῳ γνωρίσαι, σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον πολὺν παρεῖχον, ἅμα πάντες ἐρωτῶντες, καὶ τοῖς πολεμίοις σαφὲς αὐτὸ κατέσ-

Τὴν δὲ γν.—ἀπιστ.] Aut pro ἀπιστεῖν ponitur hic ἀπιστεῖσθαι, intellecto κατὰ, aut Passive dicitur pro ἄπιστον εἶναι, γενέσθαι. γνῶσις hic est διάγνωσις, ut ab hoste *dignoscatur* amicus.

Στρατ. αὐτοῖς ἀναϐ.] Αὐτοῖς pro αὐτῶν, ut subinde jam notamus; qs. παρ' αὐτοῖς.

Ἀναβεβήκει] Reg. et Cass. cum augmento plusquamperfecti ἀνεϐεβήκει. Sed non movenda est scriptura vulgata: nam et alia sunt, in quibus hoc tempus contentum est augmento perfecti. Et supra Cap. 4. hujus libri ἀναβεβήκεσαν. Duck.

Τὰ πρόσθ.— — ἐτετάρ. πάντα] Rursus per Synchysin dictum, quam supra inducebam ad vv. C. 43. τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης, pro, τὰ πάντα ἐτετάρακτο πρόσθεν τῆς τροπῆς γεγενημένης· jam ante fugam (ἀμφιλαφῆ, manifestam, effusam,) perturbata erant omnia. Dictum ergo per eandem Synchysin, qua Homerus: ὁ δ' ἀμείβετο δῖος Ὀδυσσεὺς, pro, ὁ δὲ δῖος Ὀδ. ἠμείϐετο· et Il. 2. 8. οἱ δ' ἄρ' ἔβαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ, i. e. οἱ δ' ἄρ' (*e diverso*) Ἀχαιοὶ ἔϐ. μέν. πν. Hoc qui non probarit h. l. is cum Codd. quibusdam legerit γεγενημένα pro γεγενημένης, aut ad τὰ intellexerit γεγενημένα, nempe ἔργα, aut πράγματα.

Χαλ.— διαγν.] Aut χαλεπὰ pro χαλεπὸν, aut διαγνῶναι pro passivo διαγιγνώσκεσθαι. V. Philol. Th. P. p. 72. et Abr. ad h. l. p. 694. Ita 1. 20. init. χαλεπὰ ὄντα — πιστεῦσαι.

Πᾶν τὸ ἐναντ.] Neutrum pro Mascul. πάντας τοὺς ἐναντίους· etiam in Lect. Schol. πᾶν τὸ ἐξ ἐναντίας, i. e. πάντας τοὺς ἐξ ἐναντ. Huic lectioni similem modum loquendi Paullus habet, Tit. 2. 8. ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ. Ceterum ἐναντίοι hic non sunt *hostes*, sed tantum *diversi*, ex *opposita* parte venientes, pugnantibus *oblati*.

Τὸ ἐναντίον] Τὸ ἐξεναντίας Marg. ex Scholiaste, nec quidem male. Wass. Scholiastes Cass. hic quoque præteriit diversitatem scripturæ: uti et paullo post hoc Cap. ubi vulgatus adnotat, etiam scribi ἐπιστάντων τὸ ξύνθημα, et ἄνωθεν καταϐαῖεν. Duck.

Τῶν — φευγ.] i.e. ἐκ τῶν — φευγόντων, οἵτινες, vel qs. quod *constaret* ex fugientibus; vel pro εἴ τινες τ. φεύγοιεν, (qui, eorum, v.) si qui refugerent. Per Appositionem ergo interpretandum, cujus altera pars etiam per Genitivum sæpius effératur, qui tunc explicandi vim habeat, quid sit res, in quo posita sit. V. notata ad Sanct. Min. L. 3. c. 7. in Ell. *tanquam*.

Ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς] Tacitus III. Histor. 22. *Crebris interrogationibus notum pugnæ signum.* Habet, quæ huc pertinent, Lipsius IV. de Milit. Rom. ult. Duck.

Σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον] Remedium huic rei non absurdum in Polyæno, qui inter Stratagemata recenset, quod Acues quidam, dux Arcadum, τοῖς ἰδίοις ὁπλίταις ἔδωκε σύνθημα, κτείνειν τοὺς τὸ σύνθημα ἐρωτῶντας: Vide Lipsium de Milit. Rom. l. 4. Huds.

τησαν· τὸ δ' ἐκείνων οὐχ ὁμοίως ἠπίσταντο, διὰ τὸ, κρατοῦντας αὐτοὺς καὶ μὴ διεσπασμένους, ἧσσον ἀγνοεῖσθαι. ὥστ', εἰ μὲν ἐντύχοιέν τισι, κρείσσους ὄντες τῶν πολεμίων, διέφευγον αὐτοὺς, ἅτε ἐκείνων ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα· εἰ δ' αὐτοὶ μὴ ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο. μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψεν ὁ παιωνισμός· ἀπὸ γὰρ ἀμφοτέρων παραπλήσιος ὢν, ἀπορίαν παρεῖχεν. οἵ τε γὰρ Ἀργεῖοι καὶ οἱ Κερκυραῖοι, καὶ ὅσον Δωρικὸν μετ' Ἀθηναίων ἦν, ὁπότε παιωνίσειαν, φόβον παρεῖχε τοῖς Ἀθηναίοις, οἵ τε πολέμιοι ὁμοίως. ὥστε τέλος, ξυμπεσόντες αὐτοῖς κατὰ τὰ πολλὰ τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ἅπαξ ἐταράχθησαν, φίλοι τε φίλοις, καὶ πολῖται πολίταις, οὐ μόνον ἐς φόβον κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, μόλις ἀπελύοντο. καὶ διωκόμενοι, κατά τε τῶν κρημνῶν οἱ πολλοὶ ῥίπτοντες ἑαυτοὺς, ἀπώλλυντο, στενῆς οὔσης τῆς ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν πάλιν καταβάσεως. καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸ ὁμαλὸν οἱ σωζόμενοι ἄνωθεν καταβαίνοιεν, οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν, καὶ ὅσοι ἦσαν τῶν προτέρων στρατιωτῶν, ἐμπειρίᾳ μᾶλλον τῆς

Ὑποκρίνοιντο] Vide Etymologum v. ὑποκρίνονται. WASS. In verbis Suidæ v. ὑποκρίνεσθαι haud dubie vitium est. Ea vulgo ita leguntur: Θουκυδίδης ζ'. Εἰ δ' οὐδὲν ὑποκρίνοιντο, διεφθείροντο καὶ οἱ Ἴωνες. οὕτως Ἡρόδοτος. Οἱ μὲν ταῦτα ὑποκρινάμενοι Ἀθηναίων ἀπηλλάσσοντο. Hoc sequuti sunt Interpretes Latini, qui verterunt: *si vero nihil respondissent, Iones etiam periissent.* Sed apertum est, illa, καὶ οἱ Ἴωνες, non pertinere ad testimonium, quod e Thucydide laudat Suidas, et a Thucydideis distinctione maxima separanda, et cum sequentibus conjungenda esse. Hoc cum res ipsa ostendit, tum ex Eustathio intelligitur, qui in Homer. Odyss. β'. 1437. ita scribit: λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος· οἱ μὲν ταῦτα ὑποκρινάμενοι, ἀπηλλάττοντο. δοκεῖ δὲ καὶ Ἀττικὴ ἡ λέξις εἶναι. φησὶ γοῦν Θουκυδίδης· οὐδὲν ὑπεκρίνοντο. DUCK.

Παιωνισμός·] Utroque modo, παιωνισμὸς et παιανισμὸς, efferunt Græci. Sed παιὼν et παιήων Atticis fere in usu, et inde herbæ nomen. Vid. Platonem Epist. VII. Aristophanem, et Æschylum pag. 82. Edit. Steph. Xenophonti tamen et Dionysio Halic. placuit παιὰν, nisi libri fallunt. Confer Eustathium in Iliad. ά. pag. 104. WASS. Add. adnotata ad I. 50. DUCK.

Τοῖς Ἀθηναίοις] Gr. αὐτοῖς Ἀθηναίοις. non male. WASS.

Οἵ τε πολ. ὁμ.] Quem ex priori, ἀπορ. παρεῖχεν, ἀπὸ κοινοῦ repeti Pluralem jubet Schol. eo promtius inde sumseris, quod, ὅσον Δωρικὸν ἦν, sign. ὅσοι Δωριῆς ἦσαν. Ita Liv. 2. 35. med. *quidquid erat Patrum, reos diceres*, i. e. *quicunque*, quotquot essent.

Ξυμπ. αὐτοῖς] Leg. utique αὐτοῖς.

Φίλοι τε φίλ. κ. πολ. rel.] Hos a κατέστησαν ἐς φόβον pendere posse Dativos, qui dicere possit Abr. non video; Quis enim dixerit, καταστῆναί τινι εἰς φόβον; aut quid significet cum Dativo? Ne hoc quidem satis probaverim, quod ita jungenti relinquatur, ut sine Dativo simpliciter ponatur ξυμπεσόντες, etsi supra habet αὐτοῖς. Illud liberum fuerit, et Thucydideum magis, κατέστησαν accepisse pro Aor. 1. Activi, ut ex φίλοις et πολίταις, alio casu, more Nostri, intelligas αὐτοὺς, vel ἑαυτοὺς, aut ἀλλήλους. Sed magis placet, esse Aor. 2. passivo sensu; quo soleat.

Κατά τε κρημνῶν] Ita fere loquuntur Græci, potius, quam ἀπὸ κρημνῶν. Cap. seq. Κατὰ τῶν κρημνῶν βιασθέντες ἅλλεσθαι. Casaubon. ad Strabon. III. 155. et Cap. VII. Lection. Theocrit. DUCK. Recte hoc defendit Ducker. Lucian. Timon. init. πετρῶν τε κατ' ἠλιβάτων ἀπέῤῥιψαν σφᾶς αὐτούς. Matt. 8. 32. ὥρμησε κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν.

Πάλιν καταβάσ.] Est quasi unum voc. παλιγκατάβασις, *das Miederherabsteigen*. Aut πάλιν sign. εἰς τοὐπίσω.

Ἐμπειρ. μᾶλλ.] i. e. μείζονι ἐμπειρίᾳ· Adverb. pro Adject. aut ἐμπειρία pro verbi

χώρας, ἐς τὸ στρατόπεδον διεφύγγανον. οἱ δὲ ὕστερον ἥκοντες, εἰσὶν οἳ, διαμαρτόντες τῶν ὁδῶν, κατὰ τὴν χώραν ἐπλανήθησαν· οὓς, ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, οἱ ἱππεῖς τῶν Συρακουσίων περιελάσαντες διέφθειραν.

μέ. 45. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Συρακούσιοι δύο τροπαῖα ἔστησαν, ἐπί τε ταῖς Ἐπιπολαῖς, ᾗ ἡ πρόσβασις, καὶ κατὰ τὸ χωρίον, ᾗ οἱ Βοιωτοὶ πρῶτοι ἀντέστησαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἐκομίσαντο. ἀπέθανον δὲ οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων· ὅπλα μέντοι ἔτι πλείω, ἢ κατὰ τοὺς νεκροὺς, ἐλήφθη. οἱ γὰρ κατὰ τῶν κρημνῶν βιασθέντες ἅλλεσθαι ψιλοὶ ἄνευ τῶν ἀσπίδων, οἱ μὲν ἀπώλλυντο, οἱ δ' ἐσώθησαν.

μστ'. 46. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν Συρακούσιοι, ὡς ἐπὶ ἀπροσδοκήτῳ εὐπραγίᾳ πάλιν αὖ ἀναῤῥωσθέντες, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐς μὲν Ἀκράγαντα, στασιάζοντα, πεντεκαίδεκα ναυσὶ Σικανὸν ἀπέστειλαν, ὅπως ὑπαγάγοιτο τὴν πόλιν, εἰ δύναιτο· Γύλιππος δὲ κατὰ γῆν ἐς τὴν Σικελίαν ᾤχετο αὖθις, ἄξων στρατιὰν ἔτι· ὡς ἐν ἐλπίδι ὢν καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων αἱρήσειν βίᾳ, ἐπειδὴ τὰ ἐν ταῖς Ἐπιπολαῖς οὕτω ξυνέβη.

μζ'. 47. Οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τούτῳ ἐβουλεύοντο πρός τε τὴν γεγενημένην ξυμφορὰν, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατὰ πάντα ἀῤῥωστίαν. τοῖς τε γὰρ ἐπιχειρήμασιν ἑώρων οὐ κατορθοῦντες, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ. νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄν-

structura: διὰ τὸ μᾶλλον ἔμπειροι (ἐμπειρότεροι) εἶναι. Utrumque amat Noster.

Διεφύγγανον.] Noster alibi, διεφύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων. Josephus XIX. Antiq. 15. Vox rarioris usus. Wass.

Πρόσβασις] Minus usitatum voc. arguerit et Lect. Cass. πρόβασις. Et vero προτρέπειν, adhortari, pro προστρ.

Οὐκ ὀλίγοι] Duo millia quingentos cecidisse, scribit Diodorus Sicul. Wass.

Πλ. ἢ κατὰ τ. ν.] Ἢ deest in Edit. Bas. Codicibus si absit: defenderim: κατὰ τ. νεκροὺς, *pro ratione*, numero exstinctorum, πλείω ἐλήφθη, plura sunt, nempe quam ratio ferret. Sed melius, non abesse; et Edit. istius vitia magis sunt, quam Lect. Var.

Ὅπλα] Id est: ἀσπίδες, quas a fugientibus abjectas, paullo post dicit. Xenophon II. Histor. Græc. pag. 475. Ὅπλα ἐποιοῦντο, οἱ μὲν ξύλινα, οἱ δὲ, οἰσύϊνα, καὶ ταῦτα ἐλευκοῦντο. Sic ancilia ὅπλα apud Dionysium Halic. II. 71. et Plutarchum Num. pag. 125. Glossæ: Ancile, διϊπετὲς ὅπλον. Scholiastes Sophoclis ad Ajac. v. 575. σάκος, οὐδετέρως; ὅπλον, ἀσπίς. Plura dudum observarunt, et, Latinis etiam arma pro scutis dici, docuerunt alii. Duck.

Οὕτω ξυνέβη] Tam prospere cessisset. Hic de *re bona*.

Ἐβουλ. πρός τε] Πρὸς hic sign. *ad*, *ex*, ut *aptum* erat; ut exigebat præsens usus. Liv. quoque sic adhibet *ad* vel *in*, *ex* quoque.

Νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο] Confer Diodorum XIV. pag. 434. a. Wass.

Τῆς τε ὥρ. —— χαλ. ἦν] Pergeret Thuc. καὶ τοῦ χωρίου ἑλώδους καὶ χαλεποῦ ὄντος. Nam

θρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν· τά τε ἄλλα ὅτι ἀνέλπιστα αὐτοῖς ἐφαίνετο. τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν· ἀλλ᾽, ἅπερ [καὶ] διανοηθεὶς ἐς τὰς Ἐπιπολὰς διεκινδύνευσεν, ἐπειδὴ ἔσφαλτο, διεξιέναι ἐψηφίζετο, καὶ μὴ διατρίβειν, ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι, καὶ τοῦ στρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν. καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον εἶναι, ἔφη, πρὸς τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ σφῶν ἐπιτειχίζοντας τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, ἢ Συρακουσίους, οὓς οὐκέτι ῥάδιον εἶναι χειρώσασθαι· οὐδ᾽ αὖ ἄλλως, χρήματα πολλὰ δαπανῶντας, εἰκὸς εἶναι, προσκαθῆσθαι. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης τοιαῦτα ἐγίγνωσκεν.

μη΄. 48. Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς, πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδεικνύναι, οὐδ᾽ ἐμφανῶς σφᾶς, ψηφιζομένους μετὰ πολ-

et hoc, sicut τῆς ὥρας, refertur ad ἐπιέζοντο. Sed reliquit tenorem, et hoc enuntiatum per se constituit, tanquam ὅτι intellecto; Tacitus ita loqui amat. ὅτι etiam Abr. intell.

Χαλεπὸν] *Grave*, insalubre, pestilens: hoc ipso nimirum, quod ἑλῶδες, palustre: ut καὶ sit, *et propterea, eoque*. v. supra.

Καὶ διανοηθ.] Minime eliminandum καὶ, sign. hic, *jam*, jam inde ab initio; et quasi caussam reddit τοῦ διεκινδύνευσεν. Ita Græci, διεπράξατο, ἐς ὃ, vel ἐφ᾽ ᾧ, καὶ ἐπέμφθη.

Διεκινδ.] Explicari hic διὰ possit, μετὰ (διὰ) κινδύνου διέβη, vel μετέβη· aut, διαβαίνειν (ων) ἐκινδύνευσε, *sich hinüber gewagt hatte.* Est autem Aor. pro Plusqpf. minus solito illo sane, διεκεκινδυνεύκει.

Διεξιέναι] Mire sane expl. Abr. (ut tentet magis tamen, quam in eo asseveret, etsi plura sic tentavit;) ἐξιέναι, (qs. διὰ τοῦτο,) ὅτι ἔσφαλτο. Ne dicam, quam otiosa pæne hic sit notio διὰ τοῦτο· ubi unquam in compositis διὰ sign. *propter?* Potest esse pro simplici: quidni? ut διαδιδάσκειν, διαμνημονεύειν, διαψηφίζεσθαι, διαμένειν, διαλλάττειν, διαφθείρειν, Lat. *permutare, perscribere, permanere*, alia; aut, *per hostes* transire, aut *in patriam* redituros *exire, hinüber, zurück*. Fortasse et leg. δὴ, ad ἔσφαλτ.

Ἕως ἔτι] Ἕως hic est *quamdiu*; nam et illud ἕως, et μέχρι, et Lat. *dum, donec, quoad*, et tempus, *in quo* res geratur, et *finem* sign. Noster 1. 78. extr. ἕως ἔτι (plane, ut hic,) αὐθαίρετος ἡ εὐβουλία, *dum* (etiam nunc) *integrum* (vobis) *est, recte statuere.* Ebr. 3. 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, *donec, quamdiu præsentis temporis copia vobis est.* Joh. 12. 35. 36. ἕως τὸ φῶς ἔχετε. Nempe ex Ebr. עַד, quod Judic. 3. 26. ita adhibetur: *Ehud autem* (נִמְלַט) *fuga sibi consuluit*, עַד־הִתְמַהְמְהָם Gr. ἕως ἐθορυβοῦντο, *dum trepidant.* Act. 3. 21. ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, *per* id tempus, *quo* omnia *reddantur*, eveniant, *quæ prædixerit* Deus.

Οἷόν τε] Schol. legisse videtur οἷοί τε. Utrumvis sane recte, et de *re*, et de *homine*, vel eo, *qui* possit. Sed in Schol. Aug. est οἷόν τε, et ante Δημοσθένους add. τοῦ.

Τ. γοῦν] Lect. Port. *saltem*; poterat melius idem *utique, tamen.* At *ipsi* cur addidit? Nihil opus. Sed videtur Schol. secutus, οἷόν τε aut legentem, aut ad κρατεῖν certe intelligentem.

Ὠφελιμώτερον] Huc respexit Justinus IV. 5. esse domi *graviora*, et forsitan infeliciora bella, in quæ servare hos urbis apparatus oporteat. WASS.

Εἶναι ἔφη] Mss. ἔφη εἶναι, ordine, ut puto, meliore. Vide infra Cap. 48. bis. Cap. 49. VIII. 29. 32. 45. 46. 84. et 92. At aliter VIII. 48. IDEM.

Ἐπιτειχίζ.] i. e. ἐπιτειχισμὸν ποιουμένους, τειχίσματα οἰκοδομοῦντας. Sæpe sine casu ita hoc verbum, ut alia Activa, ponit Thuc. ut 1. 142. init. Substantivo quoque ἡ ἐπιτείχισις, et verbo, ἀντεπιτετειχισμένων, utitur.

Ἢ Συρακ.] i. e. ἢ πρὸς τοὺς Συρακ. Durius hic sane omissum πρὸς, quia videri possit Συρακουσίους esse *subjectum*, in orat. obliqua.

λῶν τὴν ἀναχώρησιν, τοῖς πολεμίοις καταγγέλτους γίγνεσθαι· λαθεῖν γὰρ ἄν, ὁπότε βούλοιντο, τοῦτο ποιοῦντες πολλῷ ἧσσον. τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων, ἀφ' ὧν ἐπιπλέον, ἢ ἄλλοι, ᾐσθάνετο αὐτῶν, ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε, πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι, ἢν καρτερῶσι προσκαθήμενοι. χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν, ἄλλως τε, καὶ ἐπιπλέον ἤδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατούντων. καί, ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτόν, καὶ οὐκ εἴα ἀπανίστασθαι. ἃ ἐπιστάμενος, τῷ μὲν ἔργῳ, ἔτι ἐπ' ἀμφότερα ἔχων καὶ διασκοπῶν ἀνεῖχε· τῷ δ' ἐμφανεῖ τότε λόγῳ, οὐκ ἔφη ἀπάξειν τὴν στρατιάν· εὖ γὰρ εἰδέναι, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι σφῶν

Ποιοῦντες] Debebat sane ποιοῦντας. Nam, etsi de *semet ipso* loquitur simul, non *ipsos* tamen loquentes facit, sed *de illis* ipse loquitur; et vero ante dixit quarto casu, καταγγέλτους γίγνεσθαι, non κατάγγελτοι, et ψηφιζομένους· pendet enim ab ἐβούλετο, ex quo ad λαθεῖν γὰρ int. ἔφη. Aut legendum ergo ποιοῦντας, aut ad βούλοιντο rursus int. λαθεῖν. Neque enim sic ordinaris: ὁπότε γὰρ βούλοιντο λαθεῖν ποιοῦντες τοῦτο· nam quo tunc retuleris, πολλῷ ἧσσον; Abresch. ad vv. Schol. bene legit, βουλευόμενοι· sed, quod ibi est, (apud Abr. Dilucc. p. 696.) δυνήσεσθαι, favere ex Schol. videatur illi Nominativo ποιοῦντες· sed operarum vitio, credo, immissum pro δυνήσεσθε, quod est in Ducker. præsertim cum φησὶ, quod abesse, aut debere abesse, non obs. Abr. et Aug. cui abest, non noverat; etsi βουλόμενοι vertit, *vel si velint*, non, *velitis*. Verum, ut dixi, reliqui Accusativi non patiuntur; nisi de *semet et collegis* hæc loquens inducitur Nicias; sed non cohæret cum reliquis.

Τὸ δέ τι] Seu ita legeris, seu τόδ' ἔτι, cum Msqu. et Aug. neutrum averterit Pleonasmum mox iterati τὶ ἔτι· et τὸ hic sign. *partim, porro, jam*. Sensus est et ordo: Partim etiam, vel, jam vero, hostium quoque ipsorum res, ἀφ' ὧν, i. e. ἀπ' (ἐξ) ἐκείνων, ἃ ᾐσθάνετο, (vel ὧν· sed et Accusat. additur verbo αἰσθάνεσθαι· 2. 60. init. αἰσθάνομαι γὰρ τὰς αἰτίας·) ᾐσθάνετο, (quod hic sign. ἔγνω, ἐπύθετο,) παρεῖχεν αὐτῷ ἐλπίδος τι, ὅτι, rel. ἔσεσθαι mox, ad πονηρότερα, sign. γενήσεσθαι.

Αὐτῶν] Ita libri meliores, quod satis defendi potest, etiamsi per pleonasmum quis dictum putet. Vid. ad IV. 93. et VII. 4. Duck.

Καὶ, ἦν γάρ τι — — ἐπεκηρυκ.] Est hoc exemplum Nominativi vel Subjecti *ex* Parenthesi repetendi et intelligendi ad verbum *extra* Parenthesin, ἐπεκηρυκεύετο· tanquam sit: καὶ τὸ βουλόμενον, i. e. οἱ βουλόμενοί τινες, — ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο (ἐπεκηρυκεύοντο) ὡς (πρὸς) αὐτ. Vel propius ad verba, quia γὰρ idem est τῷ ὅτι· ὅτι ἦν τι (ἦσάν τινες) βουλόμενον (οι) ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο, nempe, τοῦτο τὸ βουλόμενον, i. e. οὗτοι οἱ βουλόμενοι (ἐνδοῦναι) ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς τὸν Νικίαν. Neque aliter fere Abr. nisi, quod asperius paullo ordinat verba, et, præter necessitatem et jungendi verba morem, repetit τὶ καὶ ἐν Συρακ. ad ἐπεκηρυκεύετο, ubi simplicius intellexeris τοῦτο. Imperfectum autem, ἐπεκηρυκ. aut est pro Plusqupf. (ἤδη, *jam ante*, quam diceret ista,) ἐπεκεκηρύκευτο· aut sign. *subinde*, sæpius, *immer unter der Hand*.

Ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν] Ἀσύνδετος est oratio, cui medetur copula καὶ, quam ante ἐπεκηρυκεύετο habet Cl. Ἐπικηρυκεύσασθαι autem hic per κατάχρησιν dici de nunciis a privatis quibusdam clanculum missis, quod per διαγγέλους significare est infra Cap. 73. recte monet Portus; qua significatione etiam paullo post Cap. 49. eo utitur Thucydides. Nam alioqui ἐπικηρυκεύσασθαι dicuntur, qui nomine publico κήρυκας et legatos mittunt. Ammonius: Ἐπικηρυκεύσασθαι ἔλεγον τὸ περὶ συμβάσεως καὶ σπονδῶν τὰς πόλεις κήρυκας πρὸς ἀλλήλας διαπέμψασθαι. Adde Suidam in ἐπικηρυκεύεται, et Harpocrationem in ἐπικηρυκεία. Et sic Thucydides et alii ubique his vocabulis utuntur. Duck.

Ἔχων] Sc. τὸν νοῦν, vel ἑαυτόν.

Εὖ γὰρ εἰδέναι] Huc spectat Dio Chrysostomus Orat. LXXIII. pag. 634. Wass.

Σφῶν] i. e. παρὰ σφῶν, ad ἀποδέξονται· aut etiam, ταῦτα σφῶν, *hæc ipsorum*, nempe decreta, facta.

ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται, ὥστε, μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων, ἀπελθεῖν· καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τὰ πράγματα, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ, ὁρῶντας, καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει ἀκούσαντας, γνώσεσθαι, ἀλλ', ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι τῶν τε παρόντων στρατιωτῶν πολλοὺς, καὶ τοὺς πλείους, ἔφη, οἱ νῦν βοῶσιν, ὡς ἐν δεινοῖς ὄντες, ἐκεῖσε ἀφικομένους, τὰ ἐναντία βοήσεσθαι, ὡς ὑπὸ χρημάτων καταπροδόντες οἱ στρατηγοὶ ἀπῆλθον. οὔκουν βούλεσθαι αὐτός γε, ἐπιστάμενος τὰς Ἀθηναίων φύσεις, ἐπ' αἰσχρᾷ τε αἰτίᾳ καὶ ἀδίκως ὑπ' Ἀθηναίων ἀπολέσθαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἰ δεῖ, κινδυνεύσας τοῦτο παθεῖν ἰδίᾳ. τά τε Συρακουσίων, ἔφη, ὅμως ἔτι ἥσσω τῶν σφετέρων εἶναι· χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξενοτροφοῦντας, καὶ ἐν

Κ. γὰρ οὐ τ. αὐτ. rel.] Et ordinem, (utut minime hic impeditum,) recte constituit Abr. et ad rem et sententiam contulit 3. 38. Est, quasi dicat Nicias, vel Thuc. Non nos, qui rem visam noverimus, nec speciosæ orationi innitamur, sed illi judicabunt, qui, ignari rerum ac securi, insectantium alios voces audiant ac sequantur; vel: Qui judicaturi de nobis sunt, non illi sunt, qui iidem (etiam) rerum visarum notitia utantur, nec calumniis modo aures præbeant. ἐπιτίμησις tamen hic est *oratio* tantum, *Borstellung*, immo *Borsyiegelung*; ut illo ipso loco, (3. 38.) ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων, ex *orationibus* rem pulchre *proponentibus*, inculcantibus; *welche die Lügen recht in den Hals treiben*. Quippe ἐπιτιμᾶν, ut Lat. *increpare*, est tantum *alloqui*, *compellare* (vehementius quidem) *cohortari*. Virg. Æn. 1. 738. *Tum Bitiæ dedit* (pateram) *increpitans*, i. e. jubens, hortans, impigre haurire. Ita, cum Christus ἐπιτιμῆσαι dicitur vento et mari, (Matth. 8. 26. al.) nempe sign. tantum, *quiescere jussisse*. Nec vero Petrus *increpuerit* Christum, Matth. 16. 22. sed *monuit*, *rogavit* (*that ihm Borstellung*). Nec διαβάλλοι, paulo post, aliud significaverit, sed *edisserere*, disputare, *aus einander seken*. Hesychii autem quod affert Abr. εὖ ῥήσει, et εὖ ῥητοῖς, in Edit. Schrevel. est εὐρήσει, εὐρητοῖς· quod mutandum haud esse, tum illud suaserit, quod in εὐρήσει intelligi possit *αἰτίαν*, *crimen*, εὖ ῥητοῖς autem nihili plane sit; quia nunquam Adverb. additur adjectivis verbalibus in τός.

Ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι] Confer, quæ III. 38. Cleonem dicentem inducit Thucydides. Duck.

Καὶ τοὺς πλ.] Καὶ hic est *quin*, *utque adeo*, *vel* (*ja*); aut etiam *immo* (*ja vielmehr*), ut rectius diceret.

Ὑπὸ χρημ.] Recte sane, liberum esse, pronuntiat Abr. utrum ad ἀπῆλθον referre velis ὑπὸ χρ. an ad καταπροδόντες. Immo jungendum plane, καταπρ. ἀπῆλθον. i. e. ὡς προδόται, vel προδόται γενόμενοι· aut, ἀπῆλθον καὶ (οὕτω) προὐδίδουν, scil. τὰ πράγματα. Illud non assequor, quo sensu *absolute* accipi, dicat καταπροδόντες· cum præsertim addat Herodoti locum, L. 7. προδοῦναι τὰ ῥέεθρα ποταμῶν ἐνίων· qui locus quid simile habeat huic Nostri, non videam. Hic enim, (apud Herod.) intell. ἑαυτὰ, *erumpere*, *prodire*; hic, apud Nostr. καταπροδόντες, more Nostri, ut supra ἐπιτειχίζοντας, c. 47. extr. notat, προδοσίαν ποιούμενοι, vel, ut dixi, προδόται γενόμενοι· qs. μετὰ προδοσίας, προδοτικῶς, *treacherously*, Angl. *verrätherischer Meise*. Nec vero minus, etiamsi ad καταπροδόντ. retuleris ὑπὸ χρημάτων, absolute (simpliciter) positum fuerit καταπρ. intell. τὰ πράγματα, vel, ut dixi.

Ἰδίᾳ] Non placet hic additum; *privatim*, in bello, ab hoste, significare nequit; ac, si sit *per se*, *solus*, inepte redundet. V. Indic. Possit tamen innuere, etiamsi ceteri abscesserint.

Κ. ἐν περιπολ.] Male cohærere mihi videtur locus: *in suburbanis* (ita enim breviter converteret Port. pro intoleranda, qua est usus, prolixitate,) *castellis alia insumere*. Quantulum enim sumtûs poscebat, castella atque ædificia suburbana habere? Ego aut per Synchysin interpreter, (cujus exempla commodum ad Sanct. notem,) et trajecta verba, pro: ξενοτροφοῦντας ἐν περιπολίοις,

περιπολίοις ἅμα [ἄλλα] ἀναλίσκοντας, καὶ ναυτικὸν πολὺ ἔτι ἐνιαυτὸν ἤδη βόσκοντας, τὰ μὲν ἀπορεῖν, τὰ δ᾽ ἔτι ἀμηχανήσειν· δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι, καὶ ἔτι πολλὰ προσοφείλειν· ἤν τε καὶ ὁτιοῦν ἐκλίπωσι τῆς νῦν παρασκευῆς, τῷ μὴ διδόναι τροφὴν, φθερεῖσθαι αὐτῶν τὰ πράγματα, ἐπικουρικὰ μᾶλλον, ἢ δι᾽ ἀνάγκης, ὥσπερ τὰ σφέτερα, ὄντα. τρίβειν οὖν, ἔφη, χρῆναι προσκαθημένους, καὶ μὴ, χρήμασιν, ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας ἀπιέναι.

alentes præsidia suburbana: καὶ ἅμα ἄλλα ἀναλίσκοντας· aut Critice fortasse ita refingendum; tametsi amat Noster trajectiones; ut, interpretari ita, satis sit. Ita minus etiam redundaverit ἄλλα· quo sine, ἀναλίσκ. fuerit pro, ἀναλώματα ποιουμένους· quod ignorans fortasse aliquis adjecerit ἄλλα.

Περιπολίοις] Vid. Pollucem IX. 16. ubi, ἐν περιπολίοις τισὶν ἐλήφθη, quasi ex Nostro, citat. Ita seniores vertunt מִגְרשׁ. Wass. Vide ad VI. 45. Scholiastæ vulgati interpretatio ἐν περιδρόμοις, non est in Cod. Cass. nec intelligo, quæ illius vocis significatio huic loco convenire possit. Duck.

Ἄλλα ἀναλίσκοντας] Omittunt ἄλλα quidam Mss. Potest recte abesse. Wass.

Βόσκοντας] In Cod. Cass. adnotatum est: σημείωσαι βόσκοντας. Hoc eo pertinere, puto, quod Grammatici tradunt, βόσκειν proprie de pecoribus dici, quæ et βοσκήματα sunt Græcis. Ita Scholiastes Aristophanis ad Equit. v. 256. et ex eo Suidas in οὓς ἐγώ. Tamen etiam de hominibus usurpatur, sed sæpe cum contemtu quodam et contumelia, ut significent, eos pecoribus similes et abjectissimos esse. Eustathius ad Homeri Odyss. λ'. v. 363.

Ἠπεροπῆά τ᾽ ἔμεν καὶ ἐπίκλοπον, οἷά τε πολλοὺς
Βόσκει γαῖα μέλαινα·

Καλῶς, inquit, τὸ βόσκει, ὡς τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀλογίστως ζώντων κατά τινα βοσκήματα. Et Scholiastes Aristoph. l. d. ubi Cleon ad judices dicit: οὓς ἐγὼ βόσκω, adnotat: πικρῶς ὡς θρέμμασιν αὐτοῖς κέχρηται ἀλόγοις. Nec minus contumeliose in eadem fabula v. 1255. Agoracritum, de se dicentem: ἐν τῇ ἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην, perstringit Comicus. Add. Homer. Odyss. ρ'. v. 228. et Odyss. σ'. v. 363. Interdum tamen nihil in hac voce contumeliæ est: ut apud Homerum Odyss. ξ'. v. 325. Odyss. τ'. v. 294. et Hymn. in Apollin. v. 59. Duck. Sane fuerit, ut *invidiæ* significationem ac *molestiæ* habeat verbum hoc, plane ut nostrum *füttern* de hominibus. Sueton. Cæs. c. 24. *Decimatas* (cohortes) *hordeo pavit;* ne hoc quidem sine ignominiæ certe significatione; quam et *pastus, perpastus,* fere habere soleat, ut *pinguem* bene curata cute (porcum) notet.

Ἀνηλωκέναι] Tres Mss. ἀναλωκέναι. De hoc dictum est ad VI. 31.

Τ. νῦν παρ.] Potest pendere ab ὁτιοῦν· sed Græcum est magis, ut ab ἐκλίπωσι pendeat, intell. ἀπὸ, vel ἐκ.

Ἐπικ. μ. ἢ δι᾽ ἀν.] Cum hic manifesto non distinguantur tantum ἐπίκουροι, (quos μισθοφόρους interpretetur Schol.) et δι᾽ ἀνάγκης, vel ἠναγκασμένοι, verum etiam opponantur: confirmari hinc videatur posse conjectura mea, 6. 22. init. ad vv. πρὸς μέρος ἠναγκασμένους ἐμμίσθους, omissum intelligentis et repetentis πρὸς μέρος ad ἐμμίσθους· et eodem modo, quo ibi distinxerim, ἔμμισθοι esse ξένοι, *socii,* ἠναγκασμένοι autem cives, aut servi. Præfert enim hoc nomine Nicias res Atheniensium Syracusanis, quod illorum milites sint et certiores et minus sumtuosi.

Δι᾽ ἀνάγκης] H. Stephanus ad ea, quæ ex illius adnotatione descripsit Hudsonus, hæc addit: *hoc enim, sicut alibi, necessitatem appellare videtur, nimirum, quod quisque patriæ suæ aut sociis debet in ea re officium.* Duck.

Ὡς πολὺ κρ.] Præferendum haud dubie ὡς, vel propter infitiationem, μὴ νικηθέντας χρήμασιν· haud convenire, ipsos abscedere opibus ac pecunia superatos, i. e. perculsos et absterritos magnis opibus Syracusanorum, *tanquam* Syracusani ipsos (Athenienses) ea copia vincant, eo facilius ipsis bellum toleraturi, qs. ea opinione captos et perculsos, ut, opibus affluere, putent, Siculos. —ᾧ sic legeris: debebat sane, οἷς, ad χρήμασι· sed referatur ad totum: ᾧ, scil. τῷ ἔχειν χρήματα· ut apud Terent. Eun. A. 3. Sc. 1. init. *Qui habet salem, quod in te est;* debebat, *qui,* ad *salem:* sed retulit ad τὸ *habere salem: quod,* (τὸ) salem habere, in te est. Sane Edit. Elzevir. ibi habet *qui;* sed correctio illa haud dubie est ignorantis illum sensum τοῦ *quod.* Metrum tamen poscit *qui:* (*quī'n tĕ'st;* hăbēs;) at ipsa loquendi ratio illa tamen, per *quod,* teneri uti-

μθ΄. 49. Ὁ μὲν Νικίας, ταῦτα λέγων, ἰσχυρίζετο, αἰσθόμενος τὰ ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀκριβῶς, καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι που τὸ βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα, καὶ ἐπικηρυκευόμενον πρὸς αὐτὸν, ὥστε μὴ ἀπανίστασθαι, καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς. ὁ δὲ Δημοσθένης, περὶ μὲν τοῦ προσκαθῆσθαι, οὐδ᾽ ὁπωσοῦν ἐνεδέχετο· εἰ δὲ δεῖ μὴ ἀπάγειν τὴν στρατιὰν ἄνευ Ἀθηναίων ψηφίσματος, ἀλλὰ, τρίβειν αὐτοὺς, ἔφη, χρῆναι, ἢ ἐς τὴν Θάψον ἀναστάντας τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἐς τὴν Κατάνην, ὅθεν τῷ τε πεζῷ ἐπὶ πολλὰ τῆς χώρας ἐπιόντες τρέψονται, πορθοῦντες τὰ τῶν πολεμίων, καὶ ἐκείνους βλάψουσι· ταῖς τε ναυσὶν ἐν πελάγει, καὶ οὐκ ἐν στε-

que potest. Ad Nostri quidem locum huncce, nil interfuerit mea, ὡς probantis, tanquam dixerit Thuc. νικηθέντας, (i. e. perculsos, dejectos,) ὡς πr. κρείσσ. εἰσὶ (Syracusani) χρήμασι. Quem sensum et comma positum post μὴ et χρήμασιν reddiderit.

Ταῦτα] Τοσαῦτα legendum, suadet etiam Cl. Et sic Noster passim. Wass. Aut ταῦτα, aut τοιαῦτα, aptum huc, non τοσαῦτα· quod, ubi subjiciatur orationi relatæ, *finem* factum dicendi, nihil additum porro, significat. Et, cum Demosth. dicit, de Cor. τοσοῦτον ὑπειπὼν, sign. ubi hoc *unum*, pauxillulum tantum, prius dixero.

Αἰσθόμ.] Sign. quod alibi πυθόμενος, μαθών.

Τὸ βουλόμ.] i. e. τὶ, pars *quædam*, certa, ipsi *nota*; et Neutr. ut supra, pro Plur. Masc. τινὲς οἱ βουλόμενοι. Solet ita adhiberi Articulus Græcis, ut vel redundare videatur, vel τὶ significet. Xen. M. S. 4. 5. 3. τὸ ἔχειν τοὺς κωλύσοντας, i. e. κωλύσοντας, simpliciter, vel τινάς. Et 4. 4. 6. πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. Sed που quid hic est? Credo, esse *utique*, *profecto*, ut in δή που, ἦ που, aut *etiamnunc*; aut, ex solito sensu, *uspiam*; *es stecfen irgendwe einige*.

Καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς.] Hæc mihi ænigmata sunt. Interpretes suo quisque modo verterunt, sed ita, ut ex interpretationibus eorum non adpareat, unde ea pendere, aut qua ratione cum superioribus connecti posse, putaverint. Quæ Portus in Var. Lection. Hudsoni de ordine verborum scribit, difficultatem non tollunt. Duck. Sensu carere hæc, cuivis apparuerit. Dativum vel Ablat. nominis Subst. θάρσησις esse θαρσήσει, non Futurum Verbi θαρσέω, recte vidit Abr. Nec multum recusarim, quod θαρσήσει ταῖς ναυσὶν expl. pro τῶν νεῶν, vel ἐν ταῖς ναυσί· quia Substantiva solent habere interdum Casum verbi, ut *domum itio*, alia; κρατηθεὶς porro illi est, *confirmatus*; (qs. κρατυνθείς· quod fortasse leg.) Sed enim κρατηθεὶς, passive, est *victus*. Omnium maxime officit et incommodat ἢ πρότερον, cui Abr. præmittit omissum μᾶλλον, vel ἐπιπλέον. Quæ violenta esse omnia, ut nemo non senserit: ita, dum molliora afferantur, calumniatus ne fuerit. Equidem melius, quod afferam, non habeo, præterquam, ut primo aut legamus κρατυνθεὶς, *confirmatus*, aut, idem valere κρατηθεὶς, Abreschio concedamus; deinde, quod maxime arridet, pro ἢ legamus ᾗ, tali sensu: κρατηθεὶς (κρατυνθεὶς) ταῖς ναυσὶ, (τῇ) θαρσήσει, (τῇ αὐτῇ, *eadem*,) ᾗ πρότερον, scil. ἐκρατύνθη. Unum obstiterit, neque id leve, quod non inveniatur πρότερον, *antea*, nimis navibus Nicias fuisse fisus.

Ὁπωσοῦν] Thomas Magister hoc Ἑλληνικὸν, non Ἀττικὸν, esse pronunciat. Est tamen rursus apud Thucydidem VIII. 90. Item in Isocrate ad Nicoclem non longe a principio, et Luciano Quom. conscrib. sit Histor. pag. 605. Duck.

Εἰ δὲ δεῖ—ἀλλὰ τρίβ. rel.) Reiskii emendatio, εἰ δ᾽ ἔδει, neque ad sensum plus attulerit, et aliena est ab usu Nostri, in *præsenti* temp. semper referentis ab aliis dicta. χρῆναι autem delendi ratio nulla est. Port. verbose satis, et multis insertis, quæ si intelligi Thuc. vellet, ipse, credo, adderet. Mihi sensus esse videtur: Quod si tamen abeundum non sit sine decreto (vel voluntate; ψηφίσματος possit esse Glossema;) Atheniensium: *at certe*, saltem, (ita interpreter ἀλλὰ, plane usu linguæ:) *at* tempus terere ipsos oportere, et in Naxo, rel. Ita plana fuerint omnia. Unde et comma posui post ἀλλά.

νοχωρίᾳ, (ἣ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλόν ἐστι,) τοὺς ἀγῶνας ποιήσονται, ἀλλ᾽ ἐν εὐρυχωρίᾳ, ἐν ᾗ τά τε τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται, καὶ ἀναχωρήσεις καὶ ἐπίπλους, οὐκ ἐκ βραχέος καὶ περιγραπτοῦ ὁρμώμενοί τε καὶ καταίροντες, ἕξουσι. τό, τε ξύμπαν εἰπεῖν, οὐδενὶ τρόπῳ, ἔφη, ἀρέσκειν, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, ἀλλ᾽ ὁτιτάχιστα ἤδη, καὶ μὴ μέλλειν ἐξανίστασθαι. καὶ ὁ Εὐρυμέδων αὐτῷ ταῦτα ξυνηγόρευεν. ἀντιλέγοντος δὲ τοῦ Νικίου, ὄκνος τὶς καὶ μέλλησις ἐνεγένετο, καὶ ἅμα ὑπόνοια, μή τι καὶ πλέον εἰδὼς ὁ Νικίας ἰσχυρίζηται. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τούτῳ τῷ τρόπῳ διεμέλλησάν τε καὶ κατὰ χώραν ἔμενον.

ν΄. 50. Ὁ δὲ Γύλιππος καὶ ὁ Σικανὸς ἐν τούτῳ παρῆσαν ἐς τὰς Συρακούσας· ὁ μὲν Σικανὸς, ἁμαρτὼν τοῦ Ἀκράγαντος· (ἐν Γέλᾳ γὰρ ὄντος αὐτοῦ ἔτι, ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις

Τά τε τ. ἐμπ. χρήσ.] i. e. τὴν ἐμπειρίαν χρησίμην· peritiam habituros utilem; eam utilem ipsis fore. Si, pro Subst. valere χρήσιμα, Thuc. vellet, τὰ χρήσιμα, diceret, aut, τῆς τε ἐμπειρίας τὰ χρήσ. τὰ τῆς ἐμπειρίας, p. τὴν ἐμπειρίαν· ut 2 Cor. 11. 30. τὰ τῆς ἀσθενείας, p. τὴν ἀσθένειαν· Rom. 14. 19. τὰ τῆς εἰρήνης, i. e. τὴν εἰρήνην.

Οὐδενὶ τρόπῳ ἔφη ἀρέσκειν] Etiam Cl. et Gr. οἱ ἔφη ἀρέσκειν. Sed οἱ omitti potest eleganter. Wass.

Μέλλησις ἐνεγένετο] Aristophanes Avibus v. 639. Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί᾽, οὐχὶ νυστάζειν ἔτι Ὥρα ᾽στὶν ἡμῖν, οὐδὲ ΜΕΛΛΟΝΙΚΙΑ͂Ν. Plutarchus, cunctatorem dictum, ait, ob lentas moras in obsidione Pyli: vid. Suidam. W.

Μή τι καὶ πλ.] Καὶ aut redundat, ex Græcismo, aut sign. *adeo fortasse, wohl gar etwan.*

Ἰσχυρίζηται] Adnotat Stephanus, Vallam hic ἰσχυρίζεσθαι vertere *perstare;* quod Cap. 48. verterat *asserere;* intelligendum autem hoc loco esse *perstare in sua sententia:* q. d. *firmum in sententia esse,* vel, *firmiter suam sententiam tueri.* Interpretes varie vertunt, modo *adfirmare,* modo *in sententia perseverare.* Certum est, in plerisque locis Thucydidis idem esse, quod Latinis, *firmiter adseverare, omni adseveratione adfirmare, pro certo adfirmare.* III. 44. Καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι. IV. 23. Ἰσχυριζόμενοι, ὅτι δὴ εἴρητο, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν παραβαθῇ, λελύσθαι τὰς σπονδάς. ubi Scholiastes, ἐπερειδόμενοι, ὡς ἰσχυρὸν πάνυ προτείνοντες. IV. 68. Ἐδήλουν δὲ οὐδὲν ὡς ἴσασι τὰ πρασσόμενα, ἀλλ᾽ ὡς τὰ βέλτιστα βουλεύοντες ἰσχυρίζοντο. quod Valla ibi, *se roborare,* Stephanus *pertinaciter obsistere;* Portus et *Acacius,* itidem, ut hic, *in sententia perseverare,* interpretantur: quamquam Stephanus monet, etiam paullo aliter verti posse; nempe illa significatione, quam non modo locis illis, quæ posui, sed etiam V. 26. et. VI. 55. habet: quam retinet compositum διϊσχυρίζομαι. Duck.

Τούτῳ τῷ τρ.] i. e. ea de *caussa, hinc, ob* illa. Neque enim *modum* cunctandi exposuerit Thuc. sed *argumenta* et caussas. Liv. 6. 20. post med. *Ita prodicta die,* p. *itaque, ergo,* quippe et ibi *caussæ* præcessere, *cur* id facerent, non modus: *quo.* Nobis quidem utrumque sign. *also.*

Σικανὸς] Vide Diodorum Sicul. XIII. pag. 336. b. Wass.

Ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις] Portus in Var. Lect. Hudsoni sententiam bene expressit. Ἐκπίπτειν sæpe est, *patria ejici, expelli.* Thucyd. III. 68. Μεγαρέων ἀνδράσι κατὰ στάσιν ἐκπεπτωκόσι. Et VI. 4. ἀπὸ Σαμίων ἐκπίπτουσι. Hanc significationem sequutus Acacius, vertit: *factio,* quæ ad Syracusanos rem trahebat, *ejecta fuit.* Sed eam non admittunt verba ἐς φιλίαν. Tamen mire dictum est, ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις, pro, seditio *propter Syracusanos:* cujus quæ sit ratio, mihi non facile dictu est. Nisi forte substantivo στάσις dativum verbi στασιάζειν addidit Thucydides, quemadmodum alibi substantivis quibusdam dativos verborum cognatorum, de quo dictum est ad V. 46. ut hæc sic sententia: οἱ τοῖς τὰ τῶν Συρακουσίων φρονοῦσι στασιάσαντες διηλλάγησαν αὐτοῖς. Duck. Ad ἡ. τ. Συρ. Reisk. addit πράττουσα· qua sensum, probaverim; legi etiam additum, haud sane opus. Cur enim exciderit tale vocabulum?

ἐς φιλίαν ἐξεπεπτώκει·) ὁ δὲ Γύλιππος ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων ἦλθεν ἀπὸ τῆς Σικελίας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου τοῦ ἦρος ἐν ταῖς ὁλκάσιν ὁπλίτας ἀποσταλέντας, ἀφικομένους ἀπὸ τῆς Λιβύης ἐς Σελινοῦντα. ἀπενεχθέντες γὰρ ἐς Λιβύην, καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο, καὶ τοῦ πλοῦ ἡγεμόνας, καὶ ἐν τῷ παράπλῳ Εὐεσπερίταις, πολιορκουμένοις ὑπὸ Λιβύων, ξυμμαχήσαντες, καὶ νικήσαντες τοὺς Λίβυς, καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες ἐς Νέαν πόλιν, Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον, ὅθεν πρὸς Σικελίαν ἐλάχιστον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦς ἀπέχει, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ περαιωθέντες, ἀφίκοντο ἐς Σελινοῦντα. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι εὐθὺς αὐτῶν ἐλθόντων παρεσκευάζοντο, ὡς ἐπιθησόμενοι κατ᾽ ἀμφότερα αὖθις τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στατηγοὶ, ὁρῶντες στρατιάν τε ἄλλην προσγεγενημένην αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἅμα οὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροῦντα, ἀλλὰ καθ᾽ ἡμέραν τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον ἴσχοντα, μάλιστα δὲ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν

Et Dativus per se illud significarit; cum præsertim *partem* quoque et *factionem* notet στάσις· ut recte pro Genitivo Dativum, ex more Nostri, interpretere, vel per Synchysin: ἡ στάσις τοῖς Συρακ. ἐξεπ. *illis*, i. e. *qua* illos, *illorum* denique; ut supra: ὅπου αἱ νῆες αὐτοῖς ὥρμουν. Etenim στάσις etiam cum Genit. occurrit ejus, vel eorum, quibus faveat factio; non minus, quam στασιῶται, c. Genit. sunt *fautores* alicujus, *ses partisans*. Quin et οὖσα simplicissime intellexeris.

Ἐς φιλ. ἐξεπ.] Reisk. ad φιλίαν addit γῆν. Sensus sane hic est, sed per Ellipsin. ἐκπίπτειν qua auctoritate *mutari* verterit Port. nescio; nuspiam ita dicitur; nec vero potest, cum significet *ejici*, aut *deficere*; (ut 1 Cor. 13. 8. init.) Hic sign. ut sæpius in στάσεως mentione Nostro, *ejecta* (fuerat, et) in regionem amicam confugerat. ἐς φιλίαν tamen cur addat Thuc. non video. Quid enim officiebat Sicano, quod ad *pacatos* concessissent, qui rem ad Syracusanos traherent? Quæ fortasse caussa etiam Porto fuerit, tam audacter vertenti: *in amicitiam est conversa*. Quid, si pro ἐς φιλίαν legeris φιλία· ἡ τοῖς Συρακ. φιλία στάσις; aut ad ἐς φιλίαν intellexeris πράττουσα; Sed nihil moverim; quia historiæ ipsius caussa addidisse potest Thuc. *quorsum* concesserit factio Syracusanis faventium. V. et mox ad vv. τοὺς — ὁπλ. ἀποστ.

Τ. ἐκ τ. Πελ.——ὁπλ. ἀποστ.] Debebat, τοὺς ἐκ τ. Πελ. — — ἀποσταλέντας ὁπλίτας· aut τοὺς ὁπλίτ. τοὺς ἐκ τ. Πελ. ἀποστ. Qua Synchysi et antea poterat, ἡ τοῖς Συρακ. στάσις φιλία pro, ἡ τ. Συρ. φιλία στάσις. Liv. 6. 19. (de) *imminente mole libertati*, (vel, quod malim, et (domum) *imminentem molem libertati*,) pro, *libertati imminentem molem*; Horat. Epod. 2. 20. *certantem et uvam purpuræ*, pro, *uvam cert. purp.* 1 Thess. 1. 4. εἰδότες—ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ἡμῶν, i. e. τὴν ἐκλ. ὑμ. (τὴν γεγενημένην) ὑπὸ Θεοῦ. Vid. plura, et satis memoranda, in Phil. Thuc. P. p. 280. med. lit. b.)

Τοῦ πλοῦ ἡγεμόνας] Recte judicabat Cl. Wasse, γενομένου importune intrusum in Gr. Vid. Var. Lect. Duck. Nostri, *Lootsen*. Abr. Possit ita accipi angustius, propter *Syrtes* et brevia regionis vel oræ illius. Laxius tamen intelligi *duces viæ*, monstratores, quid vetet?

Εὐεσπερίταις] Gr. Ἑσπερίταις. Vide Stephanum de Urbib. Wass. E Stephano in Ἑσπερὶς et Εὐεσπερίδες patet, nihil interesse inter Εὐεσπερίτας et Ἑσπερίτας. Εὐεσπερίτας memorat Pausanias IV. 26. ubi de his agunt Sylburgius et Kuhnius. Add. Interpretes Stephani. Duck.

Καρχηδονιακὸν] In aliis Καρχηδονικόν· illud tamen rectius, ut ἀκαδημαϊκόν. Wass.

Ὅθεν — ἀπέχει] Usitatius scripsisset: ὁ τῆς Σικελίας — πλοῦν ἀπέχει. V. 6. 49. 97. Abr.) Sane ὁ πλοῦς, *cursus*, non ἀπέχει, *distat*, sed *loca*, inter quæ sit ὁ πλοῦς. Per Hypallagen ergo dictum; aut ἀπέχει sign. *porrigitur*, habet intervallum.

ἀνθρώπων πιεζόμενα, μετεμέλοντό τε πρότερον οὐκ ἀναστάντες· καὶ, ὡς αὐτοῖς οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο, ἀλλ' ἤ, μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, προεῖπον, ὡς ἠδύναντο ἀδηλότατα, ἔκπλουν ἐκ τοῦ στρατοπέδου πᾶσι, καὶ παρασκευάσασθαι, ὅταν τὶς σημήνῃ. καὶ, μελλόντων αὐτῶν, ἐπειδὴ ἕτοιμα ἦν, ἀποπλεῖν, ἡ σελήνη ἐκλείπει· ἐτύγχανε γὰρ πανσέληνος οὖσα. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οἵ τε πλείους ἐπισχεῖν ἐκέλευον τοὺς στρατηγοὺς, ἐνθύμιον ποιούμενοι, καὶ ὁ Νικίας (ἦν γάρ τι καὶ ἄγαν θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος,) οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρὶν, ἃς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις μελλήσασι, διὰ τοῦτο ἡ μονὴ ἐγεγένητο.

Ἀλλ' ἢ — ἀξ. ψηφ.] Particip. ἀξιῶν pendet ab ἠναντιοῦτο, et sign. *modum*, vel materiam (*Gegenstand*) adversandi: non adversabatur ὁμοίως, ut *ante*, nempe, ut, manendum plane, censeret, sed ἀξιῶν, *ita, ut* postularet, ne directo saltem aut palam abscederent; qs. οὕτω ἠναντ. ὡς ἀξιῶν. Sunt duo membra τοῦ ἐναντιοῦσθαι· alterum tollitur, οὐκέθ' ὁμοίως, alterum ponitur, ἀλλ' ἢ (i. e. ἀλλὰ) ἀξιῶν, μὴ φαν. γε, rel. γε hic est *saltem, certe*. ἄλλο præferri cum Abr. (aut ἀλλ' accipi pro ἄλλο, nec voc. ὁμοίως, nec particip. ἀξιῶν, patiatur. Redde enim: non similiter adversabatur *alii* rei, (*cui* ergo?) nisi, *quod petebat*, ne palam, rel. Videbis, nil sani, nec cohærens dici. Portus quoque, ut sensum reddidit, ita a compage verborum longissime aberravit: *sed tantum peteret*; debebat, *sed ita*, ut peteret,

Ὅτ. τ. σημ] V. Wesseling. ad Diod. S. p. 551. *Gottl.* ὅταν τις σημήνῃ, est pro ὅταν σημαίνοιειν, vel σημήνειεν· nempe, quibus *jus* esset hoc faciendi. Sæpe ita Noster, Xenoph. quoque in Cyrop. ἐάν τις κελεύῃ, ἐάν τις πολεμήσῃ, nempe qui possit, cui jus sit. Neque enim *quilibet* hoc faceret. τὶς h. l. sign. aut *duces*, aut *tubicines*, aut *nuntios* a prætoribus (clam) summissos. Pro παρασκευάσασθαι Abr. malit παρεσκευάσθαι, *esse* paratos, non *parari* demum. Nec sane, ut *pararentur* ad signum datum, opus erat, prædici, quod disciplina et lex militaris posceret. Ceterum Aor. significarit, *paratos* interim intentosque manere, ut *essent* parati, simulatque daretur signum.

Καὶ μελλ.] Καὶ hic est, *sed enim, at ecce*.

Ἡ σελήνη ἐκλείπει] Ἐκλείπειν verbum tam de Lunæ, quam Solis defectu dicunt omnes Græci. Sed nomen, ἔκλειψις, veteres raro de Luna, immo de Sole tantum, dixisse, scribit Scaliger ad Tibullum I. 8. 19. Aristoteles tamen II. Meteorolog. 8. τὰς ἐκλείψεις τῆς σελήνης dicit, et post eum Polybius V. 78. Plutarchus in libro de facie in orbe Lunæ, plus semel, et Diogenes Laërtius Prooem. §. 2. De tempore hujus defectus Lunæ agit Petavius IX. de Doctr. Tempor. 44. et X. 28. Duck.

Πανσέλ. οὖσα] Redundat notio σελήνης in πανσέληνος, quia præc. ἡ σελήνη. Aut int. ὥρα, vel φάσις, φαῦσις, τροπή.

Οἱ Ἀθ. οἱ πλ.] Pro, τῶν Ἀθηναίων οἱ πλ. qs. per Apposit. vel interpretationem, *nempe: quod attinet* Athenienses.

Ἐνθύμιον ποιούμενοι] Vid. supra ad Cap. 18. Duck.

Καὶ ὁ Νικίας] Mathematicas disciplinas duci belli necessarias esse, hoc quoque inter alia exemplo probat Polybius IX. 18. Acac.

Θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος] Dissimile Periclis ingenium in simili ostento refert Plutarchus Pericl. pag. 171. Wass. Plutarchus in Nicia pag. 525. Ed. Francof. Σφόδρα γὰρ ἦν τῶν ἐκπεπληγμένων τὰ δαιμόνια, καὶ θειασμῷ προσκείμενος, ὥς φησι Θουκυδίδης. Ubi Cruserius θειασμὸν *superstitionem* vertit, Xylander leviter horum omnium interpretatione ita defungitur: *Fuit enim homo superstitiosissimus, ut Thucydides de eo affirmat*: atque etiam errat, quum, hæc apud Thucydidem libro septimo, ubi de eclipsi Solis refert, legi, scribit. Descripsit etiam, Thucydide non nominato, Pollux I. 20. De significatione vocis θειασμὸς in hoc loco agit Stephanus in Thesauro. Adde Suidam in θειασμός. Pro τὰς ἐκκλησίας, quod hic in Scholiaste vulgato legitur, Cod. Cass. recte habet ἐκλείψεις. Error e compendio scripturæ oriri potuit. Duck.

Διαβουλεύσ. — κινηθ.] Aor. est pro Fut. διαβουλεύσεσθαι, propter ἔφη· negabat, se de-

να΄. 51. Οἱ δὲ Συρακούσιοι, καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ, μήτε τῷ πεζῷ· (οὐ γὰρ ἂν τὸν ἔκπλουν ἐπιβουλεῦσαι·) καὶ ἅμα, οὐ βουλόμενοι, αὐτοὺς, ἄλλοσέ ποι τῆς Σικελίας καθεζομένους, χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν, ἀλλ᾿, αὐτοῦ ὡς τάχιστα, καὶ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει, ἀναγκάσαι αὐτοὺς ναυμαχεῖν. τὰς οὖν ναῦς ἐπλήρουν, καὶ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας, ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον,

liberaturum (aut deliberari, passurum,) ὅπως κινηθείη (scil. ὁ στρατὸς, ὁ πλοῦς,) πρὶν μεῖναι (vel, *quin, dak sie nicht, ohne dak sie*) donec exspectassent τὰς τρὶς ἐννέα ἡμέρ. 27. illos dies, i. e. aut *per* illos dies, aut dum (donec) expleti transissent, ἃς οἱ μάντ. ἐξηγ. quos (dies) vates canerent, monstrarent, transmitti a quietis monerent. Hic et ordo est verborum et sensus.

Οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο] Ἐξηγεῖσθαι, ἐξήγησις, et ἐξηγητὴς propria esse vocabula de cerimoniarum, portentorum, et prodigiorum interpretibus, ostendit Celeberr. Hemsterhusius ad Pollucem VIII. 124. Scholiastes Sophocl. Ajac. 319. ἡ ἐξήγησις ἐπὶ θείων· ἑρμηνεία ἐπὶ τῶν τυχόντων. Add. Casaubon. ad Theophrasti Charact. XVII. Quod de ter novenis diebus dicit Thucydides, exponit Plutarchus in Nicia. Duck.

Μὴ ἀν. τ. Ἀθ.] Si Schol. interpretatio vera est, quam et Port. sequatur; τὰ τῶν Ἀθ. fuerit hic pro, τοὺς Ἀθηναίους, vel pro, τὴν τῶν Ἀθην. φυγήν. Mihi quidem durius videtur, τὰ τῶν Ἀθην. (πράγματα,) *res* Atheniensium, intelligi *fugam*, abitum illorum; utut de *hoc* præcipue sit et nominatim hic sermo, simpliciterque intellexerim *res*, consilia, motus, conatus Atheniensium, quos nollent Syracusani ἀνιέναι, *negligere*, transmittere, secure ac socorditer habere, *pati* volentibus et quietis procedere; qs. *insuper habere*, ῥαθύμως ἰδεῖν.

Προσπολ.] Ad χαλεπωτ. redundat πρὸς, et Activ. est p. Pass.

Τ. οὖν ναῦς] Redundat οὖν, per Epanalepsin, qs. pro *inquam*, (pro quo et Latini sæpius *igitur*,) post Participia et Parentheses; pendet enim ἐπλήρουν a superiori, καὶ ἅμα οὐ βουλόμενοι. Similiter Livio redundat *igitur*; (vel *itaque*;) mollius primo, 2. 12. init. *Tum C. Mucius,——cui indignum videbatur*, rel. (quæ jam omnia, per Accus. c. Infin. pendent ab *indignum videbatur*, usque ad *fuderat*:) *itaque,—ratus*, rel. Durius deinde, 1. 40. init. *Tum Anci filii duo, etsi semper pro indignissimo habuerant*, rel. *tum enimvero his impensius indignitas crescere, si*, cet. usque ad vv. *regnum pateret; ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.* Quo loco manifestum est, Livium voluisse subjicere subjecto, vel Nominativo, *Anci filii duo*, prædicatum, vel Verbum, idque esse in—*statuunt*. Interjecit tamen novam compagem, velut abrupta priori: *tum enimvero his indignitas crescere*; quæ fortassis, usque ad—— *regnum pateret*, per parenthesin accipere liceat; tunc *igitur* redundet. Mollius tamen consuli posse loco, video, commate sublato post *filii duo* ante *etsi*, ut sit ordo: *Tum, etsi Anci filii — pro indignissimo habuerant*; cui subjiciatur, ut consequens: *tum enimvero*, rel. i. e. *tamen*. Ita non redundarit *igitur*. Comma quidem si cogitaveris, aut posueris post *filii duo*, neque Anacoluthon effugeris, nec Pleonasmum τοῦ *igitur*. Simili errore commatis Sanctius, L. 4. c. 11. extr. Antiptosin, vel Anacoluthon, deprehendit in verbis Ciceronis p. Mur. (c. 12.) *Prætor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, — ei quoque carmen compositum est*; tanquam *Prætor* ibi sit pro *Prætori*; (ubi tamen *ei quoque* fuerit alienum. V. ibi n. f.)

Ἀνεπειρῶντο] Sic omnino reponendum est pro ἀνεπαύοντο, hoc est, ἐμελέτων, vel ταῖς ἀναπείραις ἐγύμναζον. Virg. Dum *tentat* sese, et Sallust. tela *tentare*, intendere. Nam, si τὰς ναῦς ἐπλήρουν, quare aliquot dies nihil agendo consumerent? Noster VII. 7. οἵ τε Συρακούσιοι ναυτικὸν ἐπλήρουν, καὶ ἀνεπειρῶντο. Firmant Schol. et Gr. antea subfrigide, ἀνεπαύοντο. Wass. Qui Cod. Cass. scholia adscripsit, varietatem scripturæ non adnotavit. Duck. Diodor. S. 13. 1. *Gottl.*

Τῇ μὲν προτεραίᾳ] Plerique Mss. προτέρᾳ. Permutantur hæc etiam V. 75. ubi quædam dixi. Hic tamen non temere a recepta scriptura recedendum, putem. Lucianus I. Ver. Histor. pag. 652. γενομένης δὶς ἐκκλησίας,

καὶ, ἐπεξελθόντος μέρους τινὸς οὐ πολλοῦ καὶ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων κατά τινας πύλας, ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν τινὰς, καὶ τρεψάμενοι καταδιώκουσιν. οὔσης δὲ στενῆς τῆς ἐφόδου, οἱ Ἀθηναῖοι ἵππους τε ἑβδομήκοντα ἀπολλύουσι, καὶ τῶν ὁπλιτῶν οὐ πολλούς.

νβ'. 52. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ στρατιὰ τῶν Συρακουσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ταῖς τε ναυσὶν ἐκπλέουσιν, οὔσαις ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα πρὸς τὰ τείχη ἐχώρουν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀντανῆγον ναυσὶν ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ προσμίξαντες ἐναυμάχουν. καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα, ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων, καὶ βουλόμενον περικλείσασθαι τὰς ναῦς τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπεξαγαγόντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον, νικήσαντες οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὸ μέσον πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος, καὶ αὐτόν τε διαφθείρουσι, καὶ τὰς μετ' αὐτοῦ ναῦς ἐπισπομένας· ἔπειτα δὲ καὶ τὰς πάσας ναῦς ἤδη τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν.

νγ'. 53. Ὁ δὲ Γύλιππος, ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν πολεμίων νικωμένας, καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καὶ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας, βουλόμενος διαφθείρειν τοὺς ἐκβαίνοντας, καὶ τὰς ναῦς ῥᾷον τοὺς Συρακουσίους ἀφέλκειν τῆς γῆς, φιλίας οὔσης, παρεβοήθει ἐπὶ τὴν χηλὴν, μέρος τι ἔχων τῆς στρατιᾶς. καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοὶ (οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς

τῇ προτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς· τῇ ὑστεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν. Quod videtur e Thucydidis III. 36. sumtum. Add. huc quæ adnotantur ad Cap. 11. hujus Libri. D.

Ἀπολλύουσι] Gr. ἀπολλύασι, ab ἀπόλλυμι, quæ terminatio in verbis, quæ in μι dicunt Grammatici, Atticis non inusitata est. Thomas Magist. in ζευγνύασι. Add. VIII. 10. Duck.

Καὶ μυχῷ τοῦ λιμένος] Suidas: Μύχος, ἡ μυχὸς, ὁ ἐνδότατος τόπος. Thucydides VII. 4. ἐκ μυχοῦ τοῦ λιμένος. Pollux I. 102. Ἔστι δέ τις καὶ χηλὴ λιμένος, καὶ στόμα, καὶ μυχός. Et rursus IX. 28. λιμένος μυχός. Hæc omnia sunt Thucydidea. Duck.

Διαφθείρουσι] In Dascone sinu confossus Eurymedon. Diodorus Sic. XIII. pag. 337. d. et XXX. naves incenduntur. Justinus IV. 5. Wass.

Τ. μετ' αὐτ. ν. ἐπισπ.] Trajectum, pro, τὰς μετ' αὐτ. ἐπισπ. ναῦς, vel pro, τὰς ναῦς τὰς μ. αὐτ. ἐπισπ. Etiam μετ' αὐτοῦ, per Pleonasmum, quia notio *cum* est jam in notione *sequendi*, pro αὐτῷ, aut ἐπισπομένας p. ἐρχομένας. Etiam in N. Test. sæpius συνηκολούθησαν αὐτῷ, pro simplici, ubi *alius* nemo secutus dicatur.

Ἤδη] *Jam etiam; nunmehr auch.*

Καταφερομ.] Haud bene Port. *proferri*. Nam neque in *altum* evehebantur naves, neque hoc sign. καταφέρεσθαι, nec *proferri* navis ullo sensu aut usu Latinis dicitur, *deferri* verteret, ad *terram* scil. vel propter ἐκβαίνοντας, quod sequitur.

Τοὺς ἐκβ.] Τοὺς addit, quia *non omnes* erant exscensuri.

Ἐφύλ. τ. Ἀθ.] i e. φύλακες, ἐν φυλακῇ, ἦσαν τοῖς Ἀθην. i.e. τεταγμένοι ὑπὸ τῶν Ἀθη-

Ἀθηναίοις) [ταύτῃ] ὁρῶντες ἀτάκτως προσφερομένους, ἐπεκβοηθήσαντες, καὶ προσπεσόντες τοῖς πρώτοις, τρέπουσι, καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν λίμνην τὴν Λυσιμέλειαν καλουμένην. ὕστερον δὲ, πλείονος ἤδη τοῦ στρατεύματος παρόντος τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιβοηθήσαντες, καὶ δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἐς μάχην τε κατέστησαν πρὸς αὐτοὺς, καὶ νικήσαντες ἐπεδίωξαν, καὶ ὁπλίτας τε πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον, δυοῖν δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔλαβον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν· καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς, ἐμπρῆσαι βουλόμενοι, ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες, (ἦν γὰρ ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ ἄνεμος οὔριος,) ἀφεῖσαν τὴν ναῦν,

ναίων, ab Atheniensibus in præsidio, in statione positi, relicti.

Ταύτῃ] Ejiciendum haud censeam, sed pro necessario retinendum, non, ut ad ὁρῶντες referatur tamen, ubi non possit non redundare, sed ad ἐφύλασσον, ubi plane sit necessarium: qui *ibi* (ubi terram repeterent Athen.) in statione essent oppositi.

Καὶ δείσ.] Καὶ pro ἅτε, *quippe*; quia metuebant navibus, eo scil. (propterea) ἐπεβοήθησαν. Aut inverse dictum, pro, δείσαντες (πε. τ. ν.) καὶ ἐπιβοηθ.

Κ. νικήσ.] Scil. αὐτούς· quod repetiveris ex πρὸς αὐτούς· mollius etiam hic, quam, ubi ex *alio* casu.

Ὁπλίτας τε πολλοὺς ἀπέκτειναν] Lectionem Codd. Mss. οὐ πολλοὺς confirmat illud Diodori XIII. pag. 338. b. ἀπώλοντο δὲ τῶν μὲν Συρακουσίων ὀλίγοι. Wass.

Τ. ναῦς τ. μ. πολλ.] Pro, τῶν νεῶν τὰς π. more Nostri, qs. per Apposit. vel, *quod attinet naves.*

Τὰς μὲν π.] Non sequ. δὲ, quod respondeat τῷ μέν· Unde juvari videatur lectio, quam Vallæ probatam censeat Huds. δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Συρακ. rel. Nec Porti interpretatio abludit. Quod si vera est Lect. quam Ducker. dedit: μὲν sign. μὲν οὖν, (cui et ipsi sæpius nihil respondeat,) *sane, frenlich*: aut oppositum δὲ latet in verbis, δυοῖν δεούσας εἴκ. nempe, qua sententiam, non qua formam; idem est enim ac si sit, ἀλλὰ, vel, εἰ μὴ, ὅτι, vel ipsum δὲ denique. V. et continuo ad vv.

Δυοῖν δεούσ. εἴκ.] Quid, si sensus sit horum verborum: Athenienses servarunt et in stationem redegerunt naves viginti, δυοῖν δεούσας, *præter duas*, ἃς, rel. Usus linguæ, Thucydidis utique, obstiterit, semper isto verbo, vel Particip. δεούσας, duobus numeris interjecto, veluti numerando, *unum* signantis numerum et continuum, non duos, inter se distinguendos. Et vero minima jactura fuerit, utut ne hæc quidem contemnenda, duarum tantum navium; unde præsertim c. 55. tantus παράλογος et μετάμελος oriretur. Et 86. navium, quas eduxisse c. 52. dicantur Athenienses, 18. amissis, τὰς πολλὰς tamen, *majorem partem*, salvas haberent. Nihilo tamen secius, (adeo nihil extricaverit argutatio rerum, si verba non faciant;) cum Accusat. δυοῖν δεούσας εἴκοσιν pendere debeat a verbis διέσωσαν et συνήγαγον, referaturque ad τὰς ναῦς τὰς πολλὰς, si totum illud, δυοῖν δεούσ. εἴκ. i. e. duodeviginti, eo retuleris, falsum de illis absonumque fuerit aut διέσωσαν et ξυνήγ. aut, quod sequitur, ἃς οἱ Συρακ. διέφθειραν· nec locus plane fuerit Lectioni Ducker. At, mecum si diviseris; servarunt naves εἴκοσι, *viginti*, δεούσας δυοῖν, *duabus exceptis*, vel, quibus duæ *abessent*, quas Syracusani cepissent; recte processerit. Quod si cui parum videatur, et, jungi, placuerit, totum, δυ. δεούσ. εἴκ. is necessario amplecti debet Vallæ Lectionem: δυοῖν δὲ δεούσ. εἴκ· οἱ Συρακ. rel. Nam è Lect. Ducker. sensum non produxeris, nisi quem proposui. Obs. etiam, διέσωσαν et ξυνήγαγον esse pro Media Forma, *suas* nempe naves.

Ἔλ. αὐτῶν] Non ad ξύμμαχοι retulerim αὐτῶν, sed aut ad *naves*; ut Port. *earum*; sed tunc ἃς non legendum; aut ad Athenienses; quas naves *eorum* (οὔσας,) vel *ab iis* ceperant, iis ademerant.

Κληματίδων] Hesychius: Κληματίδες αἱ ἐκ τῶν κλημάτων δέσμαι. Pollux VII. 109. Καὶ τῶν μὲν καυσίμων κληματίδες, καὶ κορμοί. ubi vid. Jungermannum. Duck.

πῦρ ἐμβαλόντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα, καὶ παύσαντες τὴν φλόγα, καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.

νδ΄. 54. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Συρακούσιοι μὲν τῆς τε ναυμαχίας τροπαῖον ἔστησαν, καὶ τῆς ἄνω τῆς πρὸς τῷ τείχει ἀπολήψεως τῶν ὁπλιτῶν, ὅθεν καὶ τοὺς ἵππους ἔλαβον· Ἀθηναῖοι δὲ, ἧς τε οἱ Τυρσηνοὶ τροπῆς ἐποιήσαντο τῶν πεζῶν ἐς τὴν λίμνην, καὶ ἧς αὐτοὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ.

νέ. 55. Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης τοῖς Συρακουσίοις λαμπρᾶς ἤδη τοῦ ναυτικοῦ, (πρότερον μὲν γὰρ ἐφοβοῦντο τὰς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἐπελθούσας·) οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν, καὶ ὁ παράλογος αὐτοῖς μέγας ἦν, πολὺ δὲ μείζων ἔτι τῆς στρατιᾶς ὁ μετάμελος. πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες, δημοκρατουμέ-

Σβεστήρια κωλύματα] Pollux I. 168. σβεστηρίοις κωλύμασιν ἐχρῶντο. Videtur sumsisse ex hoc loco Thucydidis. Duck. Contuleris Eph. 6. 16. τὰ βέλη τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Etsi his, ubi qs. de terrestri sit pugna sermo, et acie aperta, *falaricas* contulerim, Livio descriptas 21. 8. extr.

Ἧς τε οἱ Τυρσ. τρ. ἐπ.] Trajecta sunt verba, et brevius contracta, pro: τῆς τροπῆς (ἕνεκα), ἧς (p. ἣν) οἱ Τυρσ. ἐπ. plane, ut apud Horat. Serm. 2. 2. 59. 62. *Cujus odorem olei nequeas perferre,—Instillat*, pro: instillat oleum, *Cujus* (olei) *odor. nequ. perferre.* V. et ad Sanct. Min. 4. 11. ad Periz. n. 5.

Τροπῆς] Athenienses militum haud minus duo millia amiserunt. Diodor. 338. b. W.

Ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν] Imitatus est Dionysius Halicarn. VI. 76. Ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας ἐγένεσθε, ubi, ἐν παντὶ ἀθυμίας, sublata præpositione, legunt Stephanus et Casaubonus; qui et similia ex aliis adnotat. Εὐθὺς ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν dicit Thucydides VI. 46. Duck. Ἐν παντὶ sc. τρόπῳ, vel pro, ἐν πάσῃ ἀθυμίᾳ. πάσῃ hic est *summa, maxima*; ut Jac. I. 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, *pro summo, maximo, gaudio habetote.*

Ἤδη] Tria adsunt, quo referas ἤδη· nuspiam tamen sat commode; 1) ad μόναις, quæ *solæ jam* essent ὁμοιότροποι Atheniensibus: tanquam *et aliæ antea* (Siciliæ civitates) illis fuerint ὁμοιότροποι, quæ *jam non* essent tales, aut bellum antea gesserint cum aliis non ὁμοιοτρόποις· 2) ad ὁμοιοτρόπως, (vel ὁμοιοτρόποις· quod etiamsi non legeris: eundem tamen sensum habuerit ὁμοιοτρόπως·) ut quædam civitates *jam* abiisse dicantur in formulam reip. Atheniensium: 3) ad ἐπελθόντες· *jam* eos solos aggrediebantur, qui essent ipsis ὁμοιότροποι, in quibus (ut ipse deinde expl. Thuc.) caussari non possent dissimilitudinem et formam diversam reip. habendæ. Hoc commodius pæne reliquis videatur: Non *jam* res erat Atheniensibus cum iis civitatibus, in quibus Aristocratiæ abolendæ, et democratiæ, ex ipsorum (Athen.) commodo, inducendæ consilium haberent specimen belli; sed eæ *jam solæ* ab iis *petebantur*, ubi jam esset Democratia, libertas certe ab imperio aliorum. Quem colorem ab illis bello inductum, v. orationem Euphemi, 6. 85. extr. et 87. init.

Ὁμοιοτρόπως] Ita si legeris: cum haud possit referri, nisi ad ἐπελθόντες, sensus fuerit, ὄντες ὁμοιότροποι (αὐταῖς, ταῖς πόλεσιν). Ita enim poni Adverb. Qualit. ostendi in Philol. Th. P. p. 114. α.) et, propius huc, p. 116. β.) Ad ea, quæ ibi attuli p. 115. de Adverb. pro Adject. addideris Virgil. Ge. 3. 319. *Quo minus est illis curæ mortalis egestas*, pro, *quo minor*; ubi tamen junxeris etiam, *minus est illis*, i. e. minus habent, egestatem: minus est illis egestas, i. e. minus egent. Et hic ergo, ὁμοιοτρόπως ἐπῆλθον, fuerit ὄντες (Ἀθηναῖοι) ὁμοιότροποι, ταῖς πόλεσιν nempe. Non tamen hic spectari, manifestum est, an Athenienses illis fuerint ὁμοιότροποι· quid enim hoc ad Athenienses, futuros, qui essent, et mansuros, etiam si illæ civitates non essent, ipsis ὁμοιότροποι; sed, an civitates essent ὁμοιότρ. Atheniensibus,

ναις τε, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ, καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις, οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν οὔτε ἐκ πολιτείας τι μεταβολῆς τὸ διάφορον αὐτοῖς, ᾧ προσήγοντο ἂν, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς, πολλῷ κρείσσους, σφαλλόμενοι δὲ τὰ πλείω, τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν, καὶ, ἐπειδή γε ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἠθύμουν.

νστ'. 56. Οἱ δὲ Συρακούσιοι τόν τε λιμένα εὐθὺς παρέπλεον ἀδεῶς, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ διενοοῦντο κλείσειν, ὅπως μηκέτι, μηδ' εἰ βούλοιντο, λάθοιεν αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἐκπλεύσαντες. οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν

nt, si non essent, mutarent ergo earum formulam reip. habendæ, et hanc speciem inducendæ mutationis caussam bello prætexerent. Quare hic magis sit, ut legamus ὁμοιοτρόποις, quod præsertim tot Codd. habeant. Explicari tamen et Adverb. posse, apparet. Neque enim Siculi poterant esse ὁμοιότρ. Atheniensibus, (quod hic sane magis spectetur,) quin et hi illis essent. Ita Paullus, pari inversione, 2 Cor. 11, 12. ἵνα, ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς, h. e. ἵνα — εὑρεθῶ ἐγὼ καθὼς καὶ αὐτοί· ut par *ego illis* inveniar, haud deterior; non, ut illi, sicut ego; neque enim de hoc sermo, sed, ut ego, sicut illi, illis per omnia par. cf. Vss. 21. extr. 22. cf. et Phil. Th. P. p. 271. 4.

Καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις] Quidam Mss. ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ μεγέθει. Hæc scriptura non videtur posse stare, nisi simul pro ἐχούσαις legatur ἰσχυούσαις. Sane Thucydides crebro hoc vocabulo utitur cum dativo. I. 2. Οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. III. 46. Ἰσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. Et III. 104. Πολυκράτης, ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ. Et magis etiam extollitur potentia civitatum, si dicantur ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ μεγέθει ἰσχύειν, quam si aliquanto frigidius dicas, eas ναῦς, καὶ ἵππους, καὶ μεγέθη ἔχειν. Sed nihil muto, ac tantum conjecturam in medium profero. Duck.

Ἐπεν. — — αὐτοῖς] Ordo est: οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν αὐτοῖς τὸ διάφορόν τι (i. e. διαφόρου τι· ut οἱ δέ τινες, pro, τῶν δὲ τινές,) ἐκ μεταβολῆς (τῆς) πολιτείας· Vel, διάφορόν τι τὸ (γιγνόμενον) ἐκ μεταβ. πολιτ. Redundare sane videtur τὸ, aut et ipsum *aliquod* significare.

Πολλῷ κρείσσ.] Nescio, cur ad Athenienses hoc, primo casu, retulerit Portus: *licet illis longe superiores essent.* καίπερ, credo, tum præcederet. Nec militum numerus faceret solus, ut κρείσσους essent Athenienses, ubi, per omnia ἥσσους fuisse, omnis rei gestæ hic ordo clamet. Quarto ergo casu acceperim, ad Siculos relatum, intellecto ὡς, aut οἷά τε, ἅτε. Sane et Cod. in marg. κρείσσους ὄντες· neque habet Accusat. (id quod maxime Portum moverit,) quo referatur, sed nimirum latet in verbis, οὔτ' ἐκ παρασκευῆς, scil. πολεμοῦν αὐτούς. Nam neque ad superiora, qua structuram, refertur ἐκ παρασκευῆς, ubi aliud verbum non sit, nisi, οὐ δυνάμενοι — ἐπενεγκεῖν.

Ἐπειδή γε] Γε hic est *utique, maxime, præsertim* (*da fie nun gar*), rel. Non debebat vertere Port. *superati sunt*, sed, *erant*, fuerant.

Πολλ. δὴ μ.] Δὴ hic est *tum vero* (*nun erst recht*).

Ἠθύμουν] Hoc abest a Codd. Ar. et C. quod sibi non displicere, scripserat Cl. Wasse. Magis hoc dixisset, si ei cognita fuisset scriptura Reg. et Cass. et in marg. Cass. ita adnotatum esse: ἀπὸ κοινοῦ τὸ (ita lego pro τοῦ) ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν. Omnino magis congruit stilo Thucydidis, ut omittatur illud ἠθύμουν. Sed non minus commode hic repeti potest propius verbum ἠπόρουν, quam remotiora illa, quæ Scholiastes repetit. Duck.

Διεν. κλείσ.] Si διενοοῦντο est *cogitabant, volebant*: futurum est pro Præsenti, vel Aor. 1. κλεῖσαι. Quod si verteris: *credebant, se clausuros* (claudere posse) *exitum*: recte habebit Futurum. Illud tamen probo; quippe et μέλλειν futuro jungitur fere; et *cogitare, velle,* semper est rei futuræ. Sed tamen et Cic. sæpe in Epistolis: *arbitror, me cras—profecturum*; i. e. volo, decrevi abire.

Περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι] Σωθῆναι veram lectionem esse, liquet e membro sequente, ἀλλ' ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, in quo relinquitur supplendum σωθῆναι, quod præcesserat. Nec facile quemquam, qui linguæ Græcæ aliquam notitiam habeat, dubitaturum, arbitror, quin αὐτοὶ legendum sit, non αὐτούς. Duck.

Σωθῆναι] Cum inter hoc et μὴ ἡσσηθῆναι

ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ, ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι· νομίζοντες, ὅπερ ἦν, ἀπό τε τῶν παρόντων πολὺ σφῶν καθυπέρτερα τὰ πράγματα εἶναι, καὶ, εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι· τούς τε γὰρ ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς, τοὺς μὲν ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ φόβου ἀπολύεσθαι· οὐ γὰρ ἔτι δυνατὴν ἔσεσθαι τὴν ὑπόλοιπον Ἀθηναίων δύναμιν τὸν ὕστερον ἐπενεχθησόμενον πόλεμον ἐνεγκεῖν· καὶ αὐτοὶ, δόξαντες αὐτῶν αἴτιοι εἶναι, ὑπό τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ τῶν ἔπειτα πολὺ θαυμασθήσεσθαι· καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν, κατά τε ταῦτα, καὶ, ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνον περιεγίγνοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ξυμμάχων· καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ αὖ μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν ξυμβοηθησάντων σφίσιν, ἡγεμόνες τε γιγνόμενοι μετὰ Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἐμπαρασχόντες προκινδυνεῦσαί τε, καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες,

varient libri, in Lectione neutra per se obscura: apparet, alterum alterius Glossema fuisse; utrum utrius, parum liquet. Vix fuerit tamen, ut μὴ ἡσσηθῆναι explicaverit quisquam σωθῆναι· at, contra fieri, aptius; quare σωθῆναι prætulerim.

Νομίζ. ὅπ. ἦν] Ita Cæsar subinde: *Cæsar, id, quod erat, suspicatus*; et Liv. *id, quod (quod res) erat, rati*; ut de re gesta tamen et præterita, quam caussam subesse, interpretarentur, rei, quam geri viderent, hic de eventu dicatur futuro et efficientia certo consecutura. Unde ἦν sign. hic, ὅπερ (καὶ) ἔσεσθαι ἔμελλε· *quod ita plane erat (esset) futurum*; vel simpliciter int. ἀληθὲς ἦν, vel τἀληθές. Primum enim, quod ratos, dicat Thuc., sane erat res *præsens*.

Ἀπό τε τ. παρόντ.] i. e. *per ea, propter* ea, quæ jam *tenerent*. Port. vertit, ac si foret: τὰ παρόντα σφίσι καθυπέρτερα εἶναι, nec satisfecit præpositioni ἀπό.

Ἐς τοὺς Ἕλληνας] Gr. ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. Sed statim sequitur ἄλλους. Wass. Cur hic præcipue Græci memorentur, exponit Casaubonus ad Polyb. I. 16. pag. 164. Duck.

Καὶ αὐτοὶ] Redit ad νομίζοντες, primo casu, ex constanti Græcismo, quæ de *semet* ipso aliquis putet aut dicat, Nominativo efferendi; reliqua, de *aliis*, quarto casu et hic efferuntur.

Περιεγίγν.] Ἂν videtur aut excidisse (ab ἀλλὰ fortassis absorptum,) aut intelligendum; est enim de re futura etiamnunc sermo, et de ἀγῶνι, qui semper sit rei *nondum* effectæ. Etsi vix aliter consecutum deinde est.

Καὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ αὖ μόνον] *Nec vero ipsi tantum* victores futuri essent, *sed una etiam cum iis, qui auxilio ipsis venissent: quippe qui, Corinthiis et Lacedæmoniis juncti, duces se* inter illos *præstitissent, suam urbem periculo pro aliis*, vel, ante alios, *objecissent, et multum circa prœlium navale promovissent*. Steph. Hoc præfero aliorum interpretationibus, nisi, quod, postrema verba cum quibusdam Interpretibus apud Scholiasten potius de incremento potentiæ navalis accipienda, puto. Duck.

Γιγνόμενοι] Marg. Gr. et pleræque Edd. γιγνόμενοι. Ita reposui. antea γενόμενοι. W.

Ἐμπαρασχ.] *In* illud bellum, *ad* usum ejus.

Προκινδ.] Si, quod sequ. καὶ, huic τε respondeat: debebat Thuc. προκόψαι scribere. Sed trajectum est τε ad ἐμπαρασχόντες, cui respondeat προκόψαντες. Debebat enim: ἐμπαρασχόντ. τε, καὶ—προκόψ. προκινδυνεῦσαι est pro ὑπερκινδ. *pro reliquis* periculo sese objicerent.

Προκόψαντες.] Si ναυτικὸν hic sign. *naves* ipsas, quod solet, et aptius est verbis μέγα μέρος· vix video, quid significet hic προκόψαι, nisi, *accommodare præbere*, qs. ut Gall. *avancer, fournir, procurare, (gewähren, vorstrecfen)*. Sed enim ubi hoc significat? Et tamen *classem* ipsam et *naves* semper fere

ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, πλήν γε δὴ τοῦ ξύμπαντος λόγου τοῦ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων.

νζʹ. 57. Τοσοίδε γὰρ ἑκάτεροι ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ περὶ Σικελίας, τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν, τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες, ἐπὶ Συρακούσας ἐπολέμησαν, οὐ κατὰ δίκην τι μᾶλλον, οὐδὲ κατὰ ξυγγένειαν, μετ' ἀλλήλων στάντες, ἀλλ', ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον, ἢ ἀνάγκης ἔσχον. Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ, Ἴωνες ἐπὶ Δωριέας Συρακουσίους ἑκόντες ἦλθον· καὶ αὐτοῖς τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ νομίμοις ἔτι χρώμενοι Λήμνιοι, καὶ Ἴμβριοι, καὶ Αἰγινῆται, οἳ τότε Αἴγιναν

sign. ναυτικόν. Quod si sign. *rem navalem*, rationem nauticam, *Geewesen* : προκόψαντες fuerit pro, προκοπὴν δόντες, ἐμποιήσαντες· quod *effecissent* Siculos *peritiores* rei navalis. Tunc Genit. τοῦ ναυτ. fuerit pro περί; plane ut 4. 60. extr. τῆς ἀρχῆς προκοπτόντων ἐκείνοις, *cum adjuvent illos in augendo imperio*, cum prosint illis (conferant plurima) ad progressum, incrementum imperii. Neutr. vel Intransit. pro Activo vel Transitivo; (Effective;) V. Philol. Thuc. Paull. p. 82. Sed nimirum obstat μέγα μέρος, (in quo tamen intellexeris κατὰ, εἰς,) *navibus* ipsis aptius, quam *formulæ* ac disciplinæ navali, quam primitus notet; tamen intell. πρᾶγμα, σύστημα, ut ἱππικὸν *rem equestrem*, usu tamen ipsos potius *equites* sign.

Ἔθνη γὰρ πλεῖστα δὴ] Cum ait Thucydides, plures ad hanc urbem, quam aliam ullam, belli gerendi causa utrinque convenisse, eas, ut majores copias, excipit, quæ totius belli tempore vel Atticam, vel Spartanam convenerant ad urbem. Acac. In eamdem sententiam exponit Scholiastes Cod. Cass. Duck.

Ἑκατ.] i. e. ἑκατέρωθεν (ωθι) ὄντες, τεταγμένοι, πολεμήσοντες ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, *utrimque* (*respective*).

Ἐπι Σικ. τε κ. περὶ Σικ.] Contulisse subit, Rom. 8. 3. πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, (qs. ἐπ' ἀνθρώπους ἁμαρτωλοὺς,) καὶ περὶ ἁμαρτίας· Quippe utrobique περὶ est pro ἕνεκα.

Τὴν χώραν] Τὴν χώραν ἐλθόντες Mss. non male. Wass.

Ἐπὶ Συρ.] *Apud* Syrac. *circa* Syr. cum ἐπὶ alias c. Accus. sit *contra*; quod hic non conveniat sociis Syracusanorum. Miror, nemini in mentem venisse, ἐπὶ Συρακούσαις legere.

Οὐ κατὰ δίκ. τι μᾶλλον] Τὶ redundat; int. κατά τι, *ullo modo* (*etwan*), πως. μᾶλλον deinde, quia sequ. ἀλλὰ, aut redundat et ipsum, aut ἀλλὰ, quod sequitur, est pro ἤ, more sane Nostri; cum præsertim ἀλλ' (ἀλλὰ) ἢ Græci pro simplici ἀλλὰ jungant.

Μετ' ἀλλήλων στάντες] Marg. et Camer. καταστάντες. Sed altero etiam Thucydides III. 39. utitur: Ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι. Ubi Scholiastes itidem, ut hic, συνεμάχησαν τοῖς πολεμίοις ἡμῶν. Infra Cap. 61. Καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι. Et cum præpositione πρὸς IV. 56. Πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην ἀεὶ ἔστασαν. Duck. i. e. μεθ' ἑκατέρων. Non ita poni ἀλλήλων solet; sed, μετ' ἀλλ. στάντες, vere notat, *inter se juncti*.

Ἀλλ' ὡς ἑκάστοις] Sententiam horum verborum recte expressit Scholiastes: sed non intelligo, quomodo dici possit, ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας ἔσχον, pro, ὡς ἑκάστοις συνέτυχε. Omnino mihi persuadeo, hic aliquid vitii esse, eoque magis, quod Reg. et Cass. a vulgata scriptura abeunt. Duck.

Ὡς ἑκ.——ἔσχον] Ἔσχον si legeris: ἕκαστοι legendum: *ut singuli sese habebant*, ut singulorum conditio esset, (περὶ, vel ἕνεκα) ξυντυχίας, *ex casu*, ἢ, rel. Nam, ἑκάστοις—ἔσχον, ne tum quidem congruerit, si ante τῆς ξυντυχ. addideris τά. tamen leg. ἔσχεν, ad Neutrum. Ac ne τὰ quidem addito opus est, ubi commode satis dicatur: ὡς ἑκάστοις ἔσχε, sc. πρᾶγμα, *res*, conditio, ξυντυχίας, rel. scil. πέρι. Sed nimirum vera lectio est aut, ὡς ἑκάστοις ἔσχεν, aut, ὡς ἕκαστοι ἔσχον. Nam lectio, ὡς ἑκάστους—ἀνάγκη ἔσχεν, cum reliquis non congruit. ἔχειν autem hic est, *sese habere*, comparatum esse, *sich befinden*; *verhalten*; ad Genitivum intell. περὶ, vel πέρι, si subjiciatur κατὰ τὸ ξυμφέρον, pro, τοῦ ξυμφέροντος, varietatis amori dedit Thuc.

Ἴωνες, rel.] i. e. ὡς, vel οἷά τε, ὄντες Ἴωνες, ἐπὶ Συρακ. ὡς (ὄντας) Δωριέας. Sic infra, ὅμως Ἴωνες ἐπὶ Δωρ.

Οἳ τότε Αἴγ. εἶχ.] Int. οἵ γε, *nempe*, qui

εἶχον· καὶ ἔτι Ἑστιαιεῖς, οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἄποικοι ὄντες, ξυνεστράτευσαν. τῶν δὲ ἄλλων, οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ μισθοφόροι, ξυνεστράτευον. καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν, Ἐρετριεῖς, καὶ Χαλκιδεῖς, καὶ Στυρεῖς, καὶ Καρύστιοι, ἀπ' Εὐβοίας ἦσαν· ἀπὸ δὲ νήσων, Κεῖοι, καὶ Ἄνδριοι, καὶ Τήϊοι· ἐκ δ' Ἰωνίας, Μιλήσιοι, καὶ Σάμιοι, καὶ Χῖοι. τούτων Χῖοι οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες, αὐτόνομοι ξυνέσποντο, καὶ τοπλεῖστον Ἴωνες ὄντες οὗτοι πάντες, καὶ ἀπ' Ἀθηναίων, πλὴν Καρυστίων· οὗτοι δ' εἰσὶ Δρύοπες. ὑπήκοοι δ' ὄντες, καὶ ἀνάγκῃ, ὅμως Ἴωνές τε ἐπὶ Δοριέας, ἠκολούθουν. πρὸς δ' αὐτοῖς Αἰολεῖς, Μηθυμναῖοι μὲν ναυσὶ, καὶ οὐ φόρῳ ὑπήκοοι, Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι, ὑποτελεῖς. οὗτοι δὲ Αἰολεῖς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς μετὰ Συρακουσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο· Πλαταιεῖς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς μόνοι εἰκότως κατ' ἔχθος· Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι, Δωριεῖς ἀμφότεροι. οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι, ἐπὶ Λακεδαιμο-

tum tenebant Æginam, non veteres illi Atheniensium æmuli rei navalis. V. Nostr. 2. 27. Periz. ad Æl. V. H. 12. 10. n. 1.

Ἑστίαιαν] Sic reposui e Mss. pro Ἑστίαν, quod ante edebatur. Vide Stephanum, et Nostrum I. 114. Wass. Add. Interpretes Stephani ad Ἐστίαια et Ἱστίαια. Duck.

Ἀπὸ ξυμμαχ.] i. e. *μετὰ ξυμμαχίας*, vel *διὰ τὴν ξυμμαχίαν, ὡς ξύμμαχοι·* vel simpliciter, *ξύμμαχοι καὶ αὐτονόμοι·* neque enim omnes Athen. *ξύμμαχοι αὐτονόμοι*. V. 6. 85. init. ubi est similis oratio; *νεῶν παροχῇ αὐτονόμους*, i. e. *ναῦς παρέχοντας καὶ* (vel, *τἄλλα δὲ*) *αὐτονόμους*.

Μισθοφ.] Mira vero lect. Cod. Msqu. *μισθομόροι*, qs. *participes* mercedis.

Στυρεῖς] Herodoto Στυρέες. Στύρα vero ad Eubœæ partem Orientalem prope Carystum. Salmasius apud Steph. reponit Στύρακα. At Styrax juxta Eustathium mons Cretæ. Urbs erat veterrima. Homer. *οἳ Στύρα ναιετάασκον*, sed parva et infrequens. Nam in navali pugna cum Xerxe, Eretrienses septem naves, binas tantum Styrenses suppeditarunt. Homerum sequitur Nonnus Dionys. p. 360. *Καὶ Στύρα, καὶ Κήρινθον ἀειδομένης τε Καρύστου Ἕδρανα.* Αἰγιλίαν, aut Αἰγιλίαν insulam Στυρέων memorat etiam Herodotus. Hodie opinor *Spitilus*. Eversam urbem bello Maliaco (Λαμιακῷ Casaub.) a Phædro, Atheniensium duce, narrat Strabo. vid. et Pausan. Est et *Stira* oppidum ad ostia Cephissi situm, Thrasybuli patria: neque enim Styrensem, secundum Usserium, neque Tyriensem, cum Lambino ad Nepotem, dixeris. Wass. Confer, quæ de Styra Eubœæ habet Holstenius ad Stephanum. Duck.

Ἐκ δ' Ἰων. rel.] Valkenar. ad Herodot. L. 7. (p.) 548. *Gottl.*

Δρύοπες] Scylax v. 576. *Δρύοπας δὲ τὴν Κάρυστον ὠνομασμένην* condidisse, unus, opinor, narrat. In Long. 54. 30. Lat. 37. 30. Ptolemæus. Wass.

Ὅμως Ἴων.] Nempe, ut non tamen *ἀνάγκῃ*, prorsus sola, sed *ἑκόντες* quoque, (ut supra de Athen.) cum gentili odio, sequerentur: Abreschii inversione, *quamvis* essent *Iones, coacti tamen*, nil egemus.

Φόρῳ] i. e. *πρὸς φόρον, εἰς φόρον.*

Κατ' ἀντικρὺ] *Plane*, summopere, planissime: ut Aristoph. Pluto: (vs. 4. p. 20. Ed. Frob.) *βλέπειν ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη·* putabis, me plane Martem vultu referre; (Martium plane tueri,) vel: videberis tibi me videre prorsus alterum Martem. Caussa vero odii satis constat ex ipso Thuc. L. 3. c. 35. rel. Ad Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς intell. *καίπερ, utut*; et ad *εἰκότως*, int. *ὅμως*.

Εἰκότως] Verterim, *ut par erat*, ut facile erat ad conjectandum; *natürlicher Meise*, Lat. *scilicet*.

νίους τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων ὅπλα ἔφερον· Ῥόδιοι δὲ, Ἀργεῖοι γένος, Συρακουσίοις μὲν, Δωριεῦσι, Γελώοις δὲ καὶ ἀποίκοις ἑαυτῶν οὖσι, μετὰ Συρακουσίων στρατευομένοις ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν, Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι, αὐτόνομοι μὲν, κατὰ δὲ τὸ νησιωτικὸν μᾶλλον κατειργόμενοι, ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν Ἀθηναῖοι, ξυνείποντο. Κερκυραῖοι δὲ, οὐ μόνον Δωριεῖς, ἀλλὰ καὶ Κορίνθιοι σαφῶς, ἐπὶ Κορινθίους τε καὶ Συρακουσίους, τῶν μὲν ἄποικοι ὄντες, τῶν δὲ ξυγγενεῖς, ἀνάγκῃ μὲν, ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς, βουλήσει δὲ, κατὰ ἔχθος τὸ Κορινθίων, οὐχ ἧσσον, εἵποντο. καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ, καὶ ἐκ Πύλου, τότε ὑπ᾿ Ἀθηναίων ἐχομένης, ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν. καὶ ἔτι Μεγαρέων φυγάδες οὐ πολλοὶ, Μεγαρεῦσι Σελινουντίοις οὖσι κατὰ ξυμφορὰν ἐμάχοντο. τῶν δὲ ἄλλων ἑκούσιος μᾶλλον ἡ στρατεία ἐγίγνετο ἤδη. Ἀργεῖοι μὲν οὐ τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας, καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας, Δωριεῖς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν. Μαντινεῖς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, ἐπὶ

Μᾶλλον] Rursus hic redundat *μᾶλλον*, aut est pro *ὅμως*.

Σαφῶς] Non ad *εἵποντο* referendum *σαφῶς*· nam et ceteri omnes *σαφῶς εἵποντο*. Sign. hic *liquido, planissime* (*unstreitig*), et refertur ad Δωριεῖς et Κορίνθιοι· manifesto, planissime, (*ἀτεχνῶς, ἀμφιλαφῶς, εἰλικρινῶς, ὁμολογουμένως*,) erant non Doricæ modo (universe) originis, sed et (proprie, propius,) Corinthiacæ: Quæ tam certa mihi interpretatio fuit, ut et Græcæ linguæ aptissima, et contexto, ut comma post *σαφῶς* posuerim.

Ἀν μὲν——εἵπ.] Ad *ἀνάγκῃ* int. *καὶ αὐτῇ*· sane etiam necessitate, coacti Athenienses sequi, licet nollent: certe *ὡς ἀνάγκῃ*, ut caussari possent, se non posse non adesse Atheniensibus: (*καὶ*) *ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς*, quia turpe foret atque impium, destituisse, a quibus adjuti essent, qui ipsorum caussa bellum in semet derivassent: *οὐχ ἧσσον, sed non minus* tamen, æque, pariter, *τῇ βουλήσει* vero, animo, exosi Corinthios, aderant; tanquam si sit: *οὐ μόνον ἀνάγκῃ καὶ ἐκ τοῦ εὐπρεπ. ἀλλὰ καὶ οὐχ ἧσσον τῇ βουλήσει*· Aut, ut alibi loquitur Noster: *πρόφασιν μὲν* (*προφάσει*) *ὡς ἀνάγκῃ καὶ ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς· τῷ δ᾿ ἔργῳ, τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ βουλήσει οὐχ ἧσσον*.

Τὸ Κορινθίων] Ita eleganter Mss. quod restituimus. Antea *τῶν* Κορινθίων. WASS.

Μεγαρ. Σελ. οὖσι] i. e. Σελινουντίοις, (*ἐμάχοντο, καίπερ*) *οὖσι* Μεγαρ.

Κατὰ ξυμφ.] i. e. *διὰ τὴν ξυμφ.* ut profugi ex patria, ab Atheniensibus recepti, quorum jam detrectare arma non possent.

Οὐ τ. ξυμμ. ἕν. μᾶλλ.] i. e. *οὐ τοσοῦτον, τόσον*, non tam societatis caussa, quam, rel. Aut: non societatis *magis* caussa, quam Lacedæmoniorum odio, i. e. non minus, æque Lacedæm. odio ac societatis officio. Ita Liv. sæpe, et omnino Latini: *non officio magis, quam utilitate*, i. e. sane *etiam* officio, ceterum *non minus* ob utilitatem; Vel: *non* utilitate *minus*, quam officio.

Τῆς παραυτ.] Opponitur *universæ* inimicitiæ et *perpetuæ* cum Lacedæmoniis, quam præter et *ad tempus* sumeretur ex variis caussis subinde natis.

Ἕκαστοι ἰδίας] Cl. in Marg. *ἕκαστοι ἰδίας ὠφελείας*. At his supplementis facile carere possumus. WASS.

Μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν] Aristophanes Plut. v. 824. *ἕπου μετ᾿ ἐμοῦ, παιδάριον*· ubi Scholiastes observat, etiam Platonem in Menexeno dicere, *ἀκολούθει μετ᾿ ἐμοῦ*. Isocrates in Plataïco pag. 299. Ed. Steph. *Τοῖς μὲν σώμασι μετ᾿ ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ᾿ ἡμῶν ἦσαν*. Cebes pag. 55. Ed. Gron. *Αἱ δὲ γυναῖκες αἱ μετ᾿ αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι*. DUCK. Ita *συνακολουθεῖν* sæpius in N. Test. et supra, *ξυνείποντο*· quod

τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους ἰέναι εἰωθότες, καὶ τότε, τοὺς μετὰ τῶν Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας, οὐδὲν ἧσσον, διὰ κέρδος, ἡγούμενοι πολεμίους· Κρῆτες δὲ καὶ Αἰτωλοὶ, μισθῷ καὶ οὗτοι πεισθέντες. ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ, τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοὺς ἀποίκους, ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. καὶ Ἀκαρνάνων τινὲς, ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ, ξύμμαχοι ὄντες, ἐπεκούρησαν. καὶ οἵδε μὲν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὁριζόμενοι. Ἰταλιωτῶν δὲ, Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις

sit idem, atque εἵποντο σὺν αὐτοῖς. Ad Ἰώνων int. καίπερ ὄντων, *quamvis* essent.

Τ. ἀεὶ — ἀποδ.] Aut transpositum, pro, ἀεὶ εἰωθότ. ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἀποδεικν. πολεμίους· aut, (quod minus tamen aptum *hic* fuerit, quam alibi,) ἀεὶ notat *subinde*, alio atque alio tempore, ab his vel illis. Illud *hic* quidem prætulerim. ἀποδεικνυμένους autem dictum, ut Tacito, Hist. 3. 28. init. *duces, qui fesso militi, et velut alias exhortationes abnuenti, Cremonam monstrassent*, nempe ad prædam, unde sese locupletarent; qui locus opportune sane hunc Nostri locum illustret, ubi idem sit verbum, eadem conditio.

Ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας] Scholiastes scribit, συγκτίσαντας pro συγκτίσαι poni. Sed ita ἀσύνδετος erit, et non cohærebit oratio. In Cass. est ἀντὶ τοῦ συγκτίσασι. Putavit scilicet, casum participii debere convenire præcedenti Ῥοδίοις. Sed ne hoc quidem recte: nam supplendus est accusativus αὐτούς. Satis usitatum est, ut dativum excipiat accusativus participii sequente infinitivo. Thucydides VI. 55. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν. Et VII. 40. Ἔπειτα οὐκ ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοῦ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμέλλοντας κόπῳ ἁλίσκεσθαι. Eadem ratio est in illo, quod e Pausania adnotat Sylburgius: Τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεκελεύοντο ἄνδρας εἶναι ἀγαθούς. In quibus omnibus, apertum est, supplendum esse accusativum pronominis. D.

Ἀκ. μετὰ μισθοῦ] Μετὰ est pro ἀντὶ, et totum pro μισθωτοὺς, μισθοφόρους· qs. ut *acciperent* mercedem. Quid, si hinc interpretari detur Marc. 10. 30. *Si non receperit* (i. e. profecto recipiat, ex Ebr. אִם—לֹא,) *centupla — domicilia*, rel. μετὰ διωγμῶν, i. e. ἀντὶ (τῶν) διωγμ. *pro* calamitatibus, quas me professus pertulerit? *Inversa* hic quidem ratio; sed nimirum et *pro incommodo* merces, et *pro mercede incommodum*, impenditur. — Rursus apparet, *coactos* militasse mercenarios, et, qui cogerentur, stipendium accepisse (6. 22. init.) Unde et hic de μισθοφορικαῖς ἀνάγκαις loquitur Schol. ad vv. ἐν τοιαύτ.)

Κέρδει] i. e. διὰ τὸ κέρδος, κέρδους ἕνεκα· ut mox, Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ. Cf. Philol. Th. Paull. p. 55, 56. aut κέρδος sign. *studium, spem lucri*; ut apud Cic. Epist. Fam. 7. 12. *quæ tua gloria est*; i. e. qua tu es gloriæ aviditate. Plura etiam exempla Ciceronis Ernest. affert in Cl. Cicer. h. v. Addideris fortasse Virg. Ge. 3. 102. *Et, quis* (l. *qui*) *cuique dolor victo, quæ gloria palmæ*, i. e. quæ cupiditas (φιλοτιμία) palmæ decoræ. Sed hic *gloria palmæ* fuerit, quantum gaudeat, sibi placeat (equus) palmam (victoriam) adeptus.

Ἐν τοιαύτ. — κατειλημμ.] Nihili est haud dubie lectio, στρατιωτικῶν. Nam quid sint *militaria tempora?* Nec vero satis intelligo pron. τοιαύταις. Quorsum referam enim, ubi nullæ *tales*, τοιαῦται ἀνάγκαι, sint antea memoratæ? Quod si cum Schol. retuleris ad necessitatem τοῦ μισθοφορεῖν, mercede militandi; non video primo, *quinam* imposuerint illis hancce necessitatem, qui nullo jure Atheniensium, nullo officio tenerentur: deinde quænam conjunctio intercedit huic necessitati cum καιροῖς στασιαστικοῖς; Quid est denique κατειλημμένων; Portus vertit, ac si legeret κατειλημμένοι, *intercepti*; debebat, *deprehensi, oppressi*. Sed enim varietatis nihil notatum video. Unde κατειλημμένων interpreter καταλαβόντων, *consecutis temporibus* turbulentis. Ita enim καταλαμβάνειν adhibet Noster, 2. 54. init. ἢν πόλεμος καταλάβῃ, sc. αὐτούς. Sed nimirum, ut dixi, τοιαύταις maxime incommodat; nam cetera citius expedierim. Forsan tamen eo retuleris, ut propter seditiones cogerentur fugere, excedere patria (at non omnes tamen), et sic quærere apud Athenienses, ubi tuti agerent, unde vitam tolerarent; ut ad τοιαύταις intelligas, ὥστε ἀναγκάζεσθαι στρατεύειν. Ita, cum Homerus dicit: Il. 5. 828. (adde vs. 808.) τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθός εἰμι, *talis ego tibi sum adjutrix*, int. ὥστε σε πάντα θαῤῥεῖν· cum idem,

ἀνάγκαις τότε, στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων, ξυνεστράτευον, καὶ Σικελιωτῶν, Νάξιοι καὶ Καταναῖοι· βαρβάρων δὲ Ἐγεσταῖοι, οἵπερ ἐπηγάγοντο καὶ Σικελιωτῶν τὸ πλέον, καὶ τῶν ἔξω Σικελίας. Τυρσηνῶν τέ τινες, κατὰ διαφορὰν Συρακουσίων, καὶ Ἰάπυγες μισθοφόροι. τοσάδε μὲν μετὰ Ἀθηναίων ἔθνη ἐστράτευον.

νή. 58. Συρακουσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν καὶ Καμαριναῖοι μὲν, ὅμοροι ὄντες, καὶ Γελῷοι, οἰκοῦντες μετ' αὐτούς. ἔπειτα, Ἀκραγαντίνων ἡσυχαζόντων, ἐν τῷ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σελινούντιοι. καὶ οἵδε μὲν τῆς Σικελίας τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον νεμόμενοι. Ἱμεραῖοι δὲ ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν πόντον μορίου, ἐν ᾧ καὶ μόνοι Ἕλληνες οἰκοῦσιν· οὗτοι δὲ καὶ μόνοι ἐξ αὐτοῦ ἐβοήθησαν. καὶ Ἑλληνικὰ μὲν ἔθνη τῶν ἐν Σικελίᾳ τοσάδε, Δωριεῖς τε καὶ οἱ αὐτόνομοι πάντες, ξυνεμάχουν· βαρβάρων δὲ, Σικελοὶ μόνοι, ὅσοι μὴ ἀφέστασαν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων, Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι, Νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους, καὶ Εἵλωτας· (δύναται δὲ τὸ Νεοδαμῶδες, ἐλεύθερον ἤδη εἶναι·) Κορίνθιοι δὲ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγε-

vel Jupiter Junoni, Il. 14. 343. τοῖόν τοι ἐγὼ (πυκινὸν) νέφος ἀμφικαλύψω, *tam densam nubem tibi circumdabo*, int. ut occulta, nulli visa, et secura mecum possis cubare. Virg. Æn. 5. 404. *Tantorum ingentia septem—terga rigebant*; scil. ut stuperet Æneas, et voluerit humi pondera, et Æn. 6. 240. *Talis sese halitus — supera ad convexa ferebat*, int. (ex prioribus,) ut nullæ volucres possent impune transvolare.

Στασιωτικῶν] Quidam libri στασιαστικῶν. Vide ad IV. 130. Duck.

Βαρβ. — Ἐγεστ.] A Sigeste Trojano, non Græco ergo.

Σικελιωτῶν] Cl. Σικελῶν. male. Sicilienses, non Siculos, intellige. Wass.

Ἀντεβοήθ.] Ἀντὶ hic est ex altera parte, *de l' autre côté* (*dahingegen*).

Γελῷοι οἰκοῦντες] Gr. οἱ οἰκοῦντες, de hiatu male sollicitus. Wass.

Ἀκραγ. ἡσυχ.] Dupliciter accipi potest: vel ad Syracusanos cum quiescerent Agrigentini, i. e. medios se gererent, neutri parti sese adjungerent: tanquam dixerit Thuc. οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι ἡσύχαζον· οἱ δὲ Σελινούντιοι, rel. vel ad Selinuntios: Selinuntii juvabant Syracusanos, quiescentibus Agrigentinis, i. e. non impedientibus, aut, quo minus juvarent Syracusanos, aut, quod nullæ tum turbæ essent inter Agrigentinos et Selinuntios, quæ hos impedirent adjungi Syracusanis. Illud præferrem, si moris foret Nostro, talia per Genitivos afferre, qui semper fere *caussam* illi notent, non, quid *præterea*, alibi, simul, gestum sit.

Μόνοι ἐξ αὐτοῦ] Alii, ἐξ αὐτοῦ μόνοι, ordine meliore. Wass.

Ἀφέστασ.] Hoc aut, *antea* fuisse cum Syracusanis, innuerit, aut, non *debuisse*, ut Siculos, relictis Syracusanis, adjungi exteris, aut simpliciter dictum pro μετέστησαν, *sese adjunxerant*. Nec temere fortasse Cod. Reg. ἐφέστασαν· etsi hoc sensu dicitur ἐπί.

Δύν. δὲ — — εἶναι·] Porti interpretatio, vertentis: *Isti Neodamodes* (immo *Neodamodæ* ex Latino usu,) *possunt jam liberi esse*; tanquam ignorarit Thuc. exspectarit aut conjecerit, quid interim factum fuerit illis! Nugæ! Nec, τὸ Νεοδαμῶδες, magis significet τοὺς Νεοδαμώδεις, quam, τὸ Ἀθηναῖον, τοὺς Ἀθηναίους. Sensus est: Hoc *vocabulum Neodamodes* potest fere *significare* eum, qui jam sit liber. Fortasse ex Glossa irrepserint hæc verba; ut ille Vs. apud Virg. Æn. 1. 109. *Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras.* Quem ego ver-

νόμενοι, καὶ Λευκάδιοι, καὶ Ἀμπρακιῶται, κατὰ τὸ ξυγγενές. ἐκ δὲ Ἀρκαδίας, μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποσταλέντες, καὶ Σικυώνιοι, ἀναγκαστοὶ στρατεύοντες· καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου, Βοιωτοί. πρὸς δὲ τοὺς ἐπελθόντας τούτους οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέσχοντο, ἅτε μεγάλας πόλεις οἰκοῦντες. καὶ γὰρ ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, καὶ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος ξυνελέγη. καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις, ὡς εἰπεῖν, τοὺς ἄλλους, Συρακουσίους αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο, διὰ μέγεθος πόλεως, καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

νθ'. 59. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι, τοσαίδε ξυνελέγησαν· καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν, καὶ οὐκέτι οὐδὲν οὐδετέροις ἐπῆλθεν. οἵ τε οὖν Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι, ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας, ἑλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων, τοσοῦτον ὄν, καὶ μηδὲ καθ' ἑκάτερα

sum, ut tenuiorem, quam pro dignitate carminis Epici, et descriptæ ibi tempestatis, vel propter vocab. *Itali,* pro Grammatici additamento e contexto circumscribendum, semper putavi. Hesych. Νεοδαμώδεις, οἱ κατὰ δόσιν (nempe τῶν Λακεδαιμονίων,) ἐλεύθεροι ἀπὸ Εἱλωτίας, cum antea essent Elotes. Est a νέος et δᾶμος, Dor. pro δῆμος, et sign. *recens* populo (Lacedæm.) adscriptum.

Πρὸς δὲ τ. ἐπελθ. et infra paullo : καὶ πρὸς ἅπαντ.] Utrobique πρὸς non sign. *ad,* ut Siculi ad reliquos, et Syracusani ad omnes, auxilia copiasque adduxerint; quod absurde dicatur, ubi non ad exteros (hi enim sunt h. l. ἐπελθόντες, ut ἐπηλύτην ὄντα, 1. 9. init. *cum advena, exterus esset* ;) nec Syracusani ad reliquos, sed hi ad illos, venerint; sed sign. *qua,* si comparaveris, pro ratione reliquorum, omnium, *in Bergleichung, in Berhültnik*; (id quod ipsum notet Latinis *ad,* sed hic obscurius et ambigue adhibeatur ;) Siculi ergo plures milites præbuere soli, ipsi, quam exteri omnes, Syracusani autem (ut adhuc Amstelodamenses qua Hollandos, Hollandi qua omnes Batavos,) plura præstiterunt omnibus simul.

Ὡς εἰπεῖν]} i. e. σχεδὸν *fere,* (*beynahe, ziemlich*); *ut ita loquar* sensu hic caret, et absonum plane hic est! Nam quis in his, quorum numerus ratioque iniri possit, et summa computari, dixerit : *ut ita loquar?* Sign. et *omnino, in universum,* Demostheni maxime : id quod et hic convenerit. Ceterum Συρακούσιοι utique legendum. Nam Accusat. errori haud dubie datus est referentium ad ἅπαντας. Jungi autem cum ὡς εἰπεῖν, quod vult Abr. et contra Græcismum est, ex quo simpliciter ponatur ὡς εἰπεῖν, et alienissimum, ubi non de *solis* Syracusanis loquatur. Simpliciter autem positum intelligi, est, tanquam dixeris : *Ciceronem potior est aliis,* pro, *quod attinet* Ciceronem, ille est potior aliis. Apage vero tales ineptias!

Συρακουσίους] Ita quidem omnes scripti et editi. Nec tamen video, quomodo hoc ferri possit, reclamante sententia totius loci. Credo, recte emendatum esse in Reg. Συρακούσιοι. Πρὸς autem est συγκριτικόν ; et Valla recte *præ omnibus aliis.* Duck.

Καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν] Hæc abesse sine sensus dispendio non possunt. Omittit tamen etiam Gr. Wass.

Καλὸν ἀγώνισμα] Ἀγῶνα quidem habet maxima pars Msstorum. Sed alterum etiam supra Cap. 56. dixit Thucydides : καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι. Et sic etiam Scholiastes. Duck.

Ἐπὶ τῇ γεγ.] Potest referri etiam ad καλ. ἀγών. si hic quasi *cumulus* accederet ad navalem victoriam.

Καθ' ἑκάτερα] Ita ex conjectura et auctoris indole reposui, libris etiam Cl. Gr. fretus, quod tam *uterque* valet, quam *alteruter.* Antea καθ' ἕτερα. Wass. Cum Gr. et Cl. consentiunt etiam alii. Eadem varietas est Cap. 42. ubi quidam libri : Οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα οἱ

αὐτοὺς, μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν. ἔκλειον οὖν τόν τε λιμένα εὐθὺς τὸν μέγαν (ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων μάλιστα,) τριήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις, καὶ ἀκάτοις, ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες, καὶ τἄλλα, ἢν ἔτι ναυμαχεῖν οἱ Ἀθηναῖοι τολμήσωσι, παρεσκευάζοντο· καὶ ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν.

ξ'. 60. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, τήν τε ἀπόκλεισιν ὁρῶσι, καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν αἰσθομένοις, βουλευτέα ἐδόκει. καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι, πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων, καὶ, ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι εἶχον, (προπέμψαντες γὰρ ἐς Κατάνην, ὡς ἐκπλευ-

Συρακούσιοι ἀντεπεξῄεσαν. Sed non dubito utroque loco præferre καθ' ἑκάτερα, *ab utraque parte*. Duck.

Διὰ θαλ. τῷ πεζῷ] Variavit, more suo, Thuc. ναυσὶ—πεζῷ. int. σὺν, *cum terrestri* exercitu; id enim est τῷ πεζῷ, non *terrâ*; id enim sit πεζῇ, (ὁδῷ,) et sine articulo. Nam quomodo *terra* effugerent ex Sicilia, insula? Id enim est hic tamen διαφυγεῖν.

Πλαγίαις] i. e. ἐκ πλαγίου, *ex obliquo*, ex transverso objectis; vel ad os portus, quod ex transverso clauderent recta oppositis triremibus, non ad latera utrimque imminentibus; vel, quod magis hic tenendum, immo jungendum illi alteri, ut triremes collocarent 1) recta linea per latitudinem oris, 2) lateribus triremium obversis ad hostes, non frontibus (proris) aut puppibus, sed in latum objectas, quo facilius et os occuparet totum, et in exituros pugnarent. Monendum erat, et ad rem ipsam intelligendam, et, ne quis inde fabricaretur novum genus triremium, quæ πλάγιαι dicerentur.

Ὁρμίζ.] Vel ἑαυτοὺς, *semet* ibi *opponentes*, vel αὐτὰ, τὰ πλοῖα· pro ὁρμισθέντα, vel, ad τριήρεις, ὁρμισθείσας. Dictum, ut διειληφότες ἔχουσι, p. διειλημμένα· τούς σου δουλώσας ἔχεις, apud Herodot. 1. 27. pro, δεδουλωμένους· et Nostro 2. 41. init. ξυνελών τε λέγω, i. e. ξυνῃρημένον, συνειλημμένον. Id. 2. 38. init. ἀναπαύλας—ἐπορισάμεθα, ἀγῶσί τε καὶ θυσίαις, νομίζοντες, scil. αὐτὰς, vel αὐτοὺς, ad ἀγῶσι, aut αὐτὰ, ad omnia simul, pro, νομιζομέναις, οις· quo nil sane simplicius; et monere jam ibi debebam, frustra argutantibus Viris doctis, ac desudantibus. Amant omnino Græci Participia Præs. vel Præter. aut Aor. quæ ad Subjectum referant vel Agentem, ubi Latinis magis placeat Partic. Præter. Pass. ad (*Objectum*, vel) Materiam agenti subjectam; præterquam in Deponentibus, quippe carentibus Passivo. Nec vero aliter possunt in Activis, vicissim destitutis Participio Præter. *Urbem captam diripuere*, Latini dicant, at, ἑλόντες, Græci; *direptam incenderunt*, Latini, διαρπάσαντες, Græci. Luc. 23. 16. 22. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Lat. *castigatum dimisero*. Noster rursus 1. 128. extr. τοὺς δὲ (leg. f. τούς τε, quia sequitur καὶ, et ὁ, οἱ, vel sine δὲ, pro οὗτος, οι, ponitur.) ἀποπέμπω σοι ἁλὼν, scil. αὐτοὺς, pro ἁλόντας, *captos*.

Ὀλίγον οὐδὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν] Acacius non ineleganter: *nihil adeo parvum aut segne ab ulla parte animo volvebant*. Sed malim, *in ullam partem*. Aristophanes Equit. v. 386. Μηδὲν ὀλίγον ποίει. ubi Scholiastes: πάντα μεγάλα κατ' αὐτοῦ ποίει, καὶ μηδὲν εὐτελές. Thucydides VIII. 15. Καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδὲν ἐς τὴν βοήθειαν τὴν ἐπὶ τὴν Χίον. Duck.

Ἐς οὐδὲν] *Nulla*, immo hic *neutra in re*; neque ad vincendos pugna Athenienses, neque adeo exterminandos ex Sicilia. Contuleris Livianum illud, 2. 49. post init. de Fabiis contra Veientes exeuntibus. *Sequebatur turba—nihil medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia, volventium animo.*

Βουλευτέα] pro βουλευτέον· more Nostri, Herodotum et in hoc imitati.

Καὶ ξυνελθ.] Καὶ hic est pro οὖν.

Οἱ ταξίαρχοι] De his e Sigonio adnotavit Clar. Hudsonus ad IV. 4. quibus adde, quæ Viri eruditissimi ad Pollucem VIII. 115. scripserunt, et Perizonium ad Ælian. II. Var. Hist. 44. Scholiastes putat, eos extra ordinem, ut in re crepera, ad consilium fuisse advocatos. Hoc satis probabile est: nam ex iis, quæ VI. 47. et VII. 43. scribit Thucydides, non alios fere, quam στρατηγοὺς, consultasse, intelligi potest. Duces Romanos idem interdum, pro tempore, fecisse, ut omnium ordinum Centuriones in consilium adhiberent, ostendit Lipsius II. de Milit. Rom. 8. Duck.

σόμενοι, ἀπεῖπον, μὴ ἐπάγειν·) οὔτε τολοιπὸν ἔμελλον ἕξειν, εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν, ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατείχισμά τι, ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς ἀσθενέσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς πάσας, ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες, πληρῶσαι, καὶ, διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μὴ, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς, πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν, ᾗ ἂν τάχιστα μέλλωσι τινὸς χωρίου ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ φιλίου, ἀντιλήψεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἐποίησαν. ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν, ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει, ἡλικίας μετέχων, ἐπιτήδειος εἶναι. καὶ ξυνεπληρώθησαν νῆες αἱ πᾶσαι δέκα μάλιστα καὶ ἑκατόν· τοξότας τε ἐπ' αὐτὰς πολλοὺς καὶ ἀκοντιστὰς, τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ἐσεβίβαζον· καὶ τἄλλα, ὡς οἷόν τ' ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας, ἐπορίσαντο. ὁ δὲ Νικίας, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ἕτοιμα ἦν, ὁρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας τῷ τε, παρὰ τὸ εἰωθὸς, πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας, καὶ, διὰ

Ἀπεῖπ. μὴ ἐπάγ.] Rursus redundat μὴ, ut solet, vagantibus verbis junctum: 1. 10. init. ἀπιστοίη, μὴ γενέσθαι τὸν στόλον. Ubi int. νομίζων, ut hic λέγων.

Ἀπολαβ. διατ.] Optime verteris, *intercipere* munimentum, nempe qs. e medio hostium agro, vel ex eo, quod præterea ipsi tenerent. διατείχ. est, quod nos dixerimus, *einen Abschnitt*. Hypallage quoque est in verbo ἀπολαμβάνειν· neque enim διατείχισμα *intercipitur*, sed *locus*, spatium, τῷ διατειχίσματι· ut in Geometria *angulus interceptus* dicitur, non, qui (ipse) *intercipiatur*, sed, qui *intercipiat* spatium et sinum inter duo latera trianguli convergentia. Aut διατείχ. per Synecdochen est *locus ipse*, area munimento clausa et intercepta.

Ἐλάχ.—ἱκαν.] i. e. ἐλάχ. ἅμα, καὶ, v. ὅμως, ἱκανόν· vel, ἐλάχιστον μὲν, ὅμως δὲ ἱκανόν.

Ἀπλοώτ.] Nescio, cur *obliquis* literis in Porti Interpr. exprimantur verba, *idoneæ ad navigandum*; quæ non sit paraphrasis aut additamentum, sed ipse textus Græcus. Trajecit autem verba Thuc. ὅσαι ἦσαν καὶ δυν. καὶ ἀπλ. Debebat, καὶ ὅσαι ἦσ. δυν. καὶ ὅσαι ἀπλοώτ. aut etiam, πάσας, ὅσαι ἦσαν, (αὐτοῖς quas haberent,) καὶ δυνατὰς καὶ ἀπλοωτέρας. (nempe ad πάσας.) Ut enim posuit verba, credideris, *easdem* naves fuisse et δυνατὰς, *firmas*, et ἀπλοωτέρας, *tardiores*, pondere inhabiles. Unde et ipse legere initio volebam εὐπλοώτεραι.

Ἑλλην. φιλ.] Non opus ἢ inserto: quippe et Græci, et vero barbari, in Sicilia erant οὐ φίλιοι Atheniensibus. Quare ad βαρβαρικοῦ quoque referendum φιλίου, non ad Ἑλληνικοῦ tantum.

Ὑποκατέβ.] Fortassis ὑπὸ hic sign. *clam* (*unvermerft*), ne sentirent Syracusani, nec turbarent degredientes.

Ἡλικ. μετέχ.] Qui *etiamnunc* per ætatem valeret. Intell. ἔτι. Vix est enim, ut *teneriori* ætate nondum valentes secum habuerint.

Ἐξ ἀναγκ. rel.] *Pro consilio* et necessario; et *tali*, i. e. tam præcipiti, improviso, illi instruendo nec tempus, nec copia suppeditaret; *pro* autem intelligo, 1) *propter*, quia necessario et subito ista parabant· 2) *ut* (fieri) *poterat in* ista trepidatione. Supra dixit, (c. 47. init.) πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, itidem duplici sensu.

τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν, ὡςτάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας, παρεκελεύσατο τότε πρῶτον, καὶ ἔλεξε τοιάδε.

ξα΄. 61. " ἌΝΔΡΕΣ στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων· ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται, περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκάστοις οὐχ ἧσσον, ἢ τοῖς πολεμίοις. ἢν γὰρ κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσὶν, ἐστί τῳ τὴν ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν, ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ, τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα διαπαντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν. ἀλλ᾽, ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων, ξυστρατευόμενοι ἀεὶ, μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέ-

Διακινδ.] *Defungi*, experiri uno periculo.

Παρεκελεύσατο τότε] Valde friget illud τότε, et melior sine dubio est scriptura Reg. et Cass. παρεκελεύσατό τε. To temere repetitum videtur a fine vocis præcedentis. Thucyd. IV. 94. Παρεκελεύετό τε καὶ ἔλεγε τοιάδε. D.

Τότε πρῶτ.] Quippe *nondum antea* concionatus ad universos, et *posthac* sæpius.

Τοιάδε] In quibusdam τάδε. Vide Nos V. 46. WASS.

Ἄνδρες] Orationem habuit Nicias nave conscensa, non in terra. Vid. Diodorum Sic. XIII. 338. d. Aliter Noster V. 69. DUCK.

Ἑκάστ.] V. mox ad πάσχ.

Ἐστί τῳ] Ἐστὶ pro ἔσται, *licebit*: τὶς deinde, Homerico fere usu, sed et Nostri, pro *pluribus* (*mancher*). Et nos: *so wird eins, einer,*—(*können*). Totum hic sign. *nos poterimus*. Sæpius ita Homerus: ἱδρώσει τέ τις, ὧδε δέ τις εἴπεσκεν, i. e. *plures, non unus* (*mancher*); vel nos, *einer*, ipso illo sensu, *eines*.

Πόλιν ἐπιδεῖν] Sic VI. 69. Καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα νικήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν· quem locum laudans Thomas Magister in ἐπεῖδεν, nescio quid ineptiarum videtur propinare, quod, hoc verbum semel apud Thucydidem significationem desiderii habere, dicit. DUCK.

Πάσχειν] Non *pati*, sed *facere*, admittere, *committere* certe; ita *affici* animo. Obiter addiderim, quod reddendum erat ad init. Cap. voc. ἑκάστοις referendum ad σωτηρίας et πατρίδος, censere Abr. Fuerit ergo, sane ex Nostri more, (v. Phil. Th. P. p. 49.) pro Genit. ἑκάστου· Sed non video, quî minus commode ad ὁ ἀγὼν ἔσται referatur. Unde pæne omisi.

Τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου] Confer Thucydidem Orat. Phormionis II. 89. WASS. Hoc genus loquendi Thucydidis imitatur Lucianus in Tyrannicida pag. 700. Ἡ τις ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἤ τι ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; DUCK. Etiamsi Genit. habere possit ὅμοιος, sensus hic tamen non patiatur; quia, spem timori parem habere, non imperitorum fuerit, sed vel maxime prudentium. ἐλπὶς hic est *opinio, exspectatio*, mali quoque. V. Periz. ad Sanct. Min. 4. 14. n. 21. extr. ubi et hunc Nostri locum apposui. φόβος autem, per Metonym. est p. κακοῦ, δεινοῦ, et totum sign. *exspectationem mali*. Sed quid est, ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς; Utrum simpliciter et ad verbum, *similem incommodis*, parem, congruam, ex iis ortam? Ac si sit: sicut passi sunt incommoda, ita semper timent porro, eadem semper secutura, putant? An est pro ἐν ταῖς ξυμφ. πρὸς (πάσας) τὰς ξυμφοράς; ad omnes casus eundem timorem afferant? Non placet; quia συμφοραὶ sunt tantum *adversi* casus, ad quos, si semper iidem sequantur, non possit non idem timor afferri. Possis idem interpretari, διὰ τὰς ξυμφορὰς, (v. Philol. Thuc. P. p. 56.) *ob* incommoda semel iterumve oblata eandem semper retinent mali exspectationem, semper in omni expeditione, consecuturum illud atque similiter eventurum, quia semel iterumque evenerit, rati. Quem tamen Æschyli Vs. Agam. 1443. comparat Abr. (loco tantum indicato; verba adscr. *Gottl.*) οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν, nil sane huc fecerit; vel, quia non jungitur hic, ut Nostro, ἐλπὶς φόβου, vel, quia ordo est: ἐλπίς μοι, (ἐστὶν,) οὐκ ἐμπατ. μέλ. φόβου. Spes me tenet, me non ingressurum domum timoris; ut suum hic sensum retineat voc. ἐλπίδος.

μοις παραλόγων, καὶ, τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν, ἐλπίσαντες, στῆναι, καὶ, ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.

ξβ'. 62. "Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ τοῦ λιμένος στενότητι, πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευὴν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν, ἐκ τῶν παρόντων, μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασται. καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται, καὶ ὄχλος, ᾧ, ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει, οὐκ ἂν ἐχρώμεθα, διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν· ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. εὕρηται δ' ἡμῖν, ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, αἳ σχήσουσι τὴν πά-

Τὸ τ. τύχ.] Pro τὴν τύχην· ut c. 62. med. τὸ τῆς ἐπιστήμης, i. e. τὴν ἐπιστήμην. Neque, ἔργον intelligi, (quod vult *Gottl.*) attinet; sed est simpliciter Periphr. Subst. ut τὰ τῆς εἰρήνης, Rom. 14. 19. pro τὴν εἰρήνην. 2. 14. τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, i. e. τὸν νόμον· ut ποιηταὶ νόμου, vs. 13. et Jac. 2. 11. extr. Noster 2. 60. init. τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν, i. e. ἡ ὀργὴ ὑμ. ubi ἔργα quis intellexerit? Est ex Ebr. דָּבָר, quod inserui a periphrasi Subst. per Genitivum illi additi, ut Gen. 21. 25. ubi est עַל־אוֹרוֹת. Pro κἂν, Reisk. vult πάλιν. Intelligi, malim, πάλιν. Nam, ut omittatur κἂν, *wohl auch einmal*, vix fuerit.

Ἀναμαχ.] Abr. expl. *reparaturi* clades et dedecora ante accepta. Si *rei casus* adsit, quod non possit in verbo μάχεσθαι, audiam. Nunc, onerari, crediderim, usum verbi et contextum.

Ἀρωγὰ] Poëtarum magis vocab. ut thema ἀρήγω. In prosa usitata magis, τὰ συντελοῦντα, συμμαχοῦντα, βοηθήσοντα, rel.

Ἐνείδομεν] *In re* ipsa inesse, vidimus, opportuna. v. et n. prox.

Ἐπὶ τῇ—στενότ.] Ἐπὶ p. ἐν. Quippe ipsa στενότης opportuna Atheniensium peritiæ navali, ut ad Salaminem. Possit idem significare *præter* (ipsas) portûs angustias. Ipsa portus στενότης erat ἀρωγός· reliqua deinde ἀρωγὰ cum ex ipsa angustiarum opportunitate petiverant reique accommodarant, tum ἐκ τῶν παρόντων, pro re, ex re comparaverant. Itaque retinuerit suum sensum ἐνείδομεν, in re ipsa deprehendimus. Nam Græci, τί ἐνιδὼν ἐμοὶ, dicunt, quid in me notasti, ut ita ageres? Ut παριδών μοι, τοι, (σοὶ) δειλίην, Herodoto, 1. 37. med. 38. init. Et ἐνορᾶν ita adhibetur.

Πρ. τ. μέλλ.——ἔσ.] Trajectum rursus, pro, πρὸς τ. ὄχλον τ. νεῶν (τὸν) μέλλ. ἔσ. vel, πρ. τ. μέλλ. ἔσ. ὄχλ. τῶν νεῶν· Quod si quis junxerit τ. νεῶν ἔσ. Latine quoque satis expresseris: Adversus perturbationem, *quæ navium sit futura*, i. e. *in* navibus, *per* naves, *a* navibus. Ut Latine dixeris: Comitia, *quæ tribunorum plebis, consulum,* erant *futura*: i. e. tribunis pl. coss. creandis. Vel sic tamen loco motum, per Synchysin, manet vel μέλλοντα, vel ὄχλον, quia debebat utique, τ. ὄχλον (τὸν) μέλλ. ἔσ. τ. νεῶν. ut Cic. de Off. 1. 14. extr. *et ad nostras utilitates officia ante collata*; ubi itidem diceret: *et offic. ad nostr. util. ante collata*; vel, *et ad n. util. ante collata officia.*

Ἐκ τ. παρόντ.] i. e. ut 1) *opus* est, convenit, prodest, 2) (fieri) *potest in* tali rerum habitu. πρὸς eodem modo Noster c. Accus. ut Lat. *ad*, *ex*, *pro*, duplici fere sensu.

Τῇ βαρύτ. τ. ν.] Hæc quomodo cohærent, ut *turba* epibatarum nimia impediat artem *pondere* navium? Quid enim turba et multitudo ad pondus navium? Primo, quod multitudo major poscit naves quoque capaciores, majores, eoque *tardiores*, deinde, quod multitudo non possit non et onerare tamen navem, minorem utique, prægravare, et inhabiliorem reddere.

Ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι] Alii cum Scho-

λιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεὼς, ἣν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ ἐπιβάται ὑπουργῶσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα, ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ τὸ μήτε αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι, μήτ' ἐκείνους ἐᾷν, ὠφέλιμον φαίνεται, ἄλλως τε, καὶ τῆς γῆς, πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν ἐπέχῃ, πολεμίας οὔσης.

ξγ'. 63. "Ὧν χρὴ μεμνημένους, διαμάχεσθαι, ὅσον ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν· ἀλλὰ, ξυμπεσούσης νηῒ νεὼς, μὴ πρότερον ἄξιον ἀπολύεσθαι, ἢν μὴ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο. ὑπάρχει δ' ὑμῖν ἔτι νῦν γε ταπλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε καὶ δέομαι, μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχοντας, καὶ τὰς ναῦς πλείους· ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι, ὡς ἀξία ἐστὶ διασώσασθαι, οἳ τέως, Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν, τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ

liaste ὅσα χρὴ, idque, opinor, recte. Et sic reposuimus. Antea μή. Wass.

Τὰ ἐπὶ τούτ.] i. e. ut *pugnent* atque insiliant in naves manibus ferreis illigatas, ut manu rem gerant. Aristoph. Plut. 1. 1. 57. p. 5. Edit. Frob. init. ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ, i. e. post verborum increpationem manus tibi inferam. Hæc nimirum erat illa, vel futura erat, quam diceret Nicias, ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχία.—ἐπιβάται hic non sunt *vectores*, qui nulli ibi essent, verum *milites*. V. et c. 63. init.

Ἄξιον] Gr. ἀξιοῦν, et ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ. Sed tum delendum ἤν. Wass. Id est, pro ἢν legendum est ἢ, abjecto μή. Et ita hoc recte habebit: nam nihil hic opus est particula negante. Lucianus Dialog. Mortuor. pag. 272. Μηδέ γε πρότερον σὺ ἀποθάνῃς, ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. quod fortassis alii usitatius dicerent προπέμψῃς. Plutarchus Camill. p. 256. Ὁ δὲ, οὐκ, ἔφη, πρότερον, ἢ τοὺς ἐν Καπιτωλίῳ πολίτας ἐπιψηφίσασθαι κατὰ τὸν νόμον. Etiam planior erit et melius cohærebit oratio, si pro ἄξιον cum Gr. legatur ἀξιοῦν. Et sic quoque legisse videtur Valla: nam vertit *putare*. Duck. Commoda sane lect. ἀξιοῦν, *velle*, quod a χρὴ pendeat. Sed ἄξιον, præferendum, cum ob Libb. consensum, tum ob varietatem Nostro gratam.

Τοὺς ἀπὸ τ.—ἀπαρ.] Rursus et brevitatis, et Synchyseos, exemplum, Nostro frequentatæ p. τοὺς ἐν καταστρώματι πολεμίῳ (nempe τῆς ξυμπεσούσης νεὼς, de *una* et singulis;) ὁπλίτας ἀπαράξ. ἀπ' αὐτοῦ.

Οὐχ ἧσσ. τ. ναυτ.] V. Philol. Thuc. P. 27. post med. Sane et Latini Ablativo efferunt casum *Objecti* c. Comparat. ut, *cane pejus et angue Oderit*, Horat. p. *quam canem*. Id. Hor. Carm. 1. 8. 9. *Cur clivum sanguine viperino cautius vitat?* Durius sane, pro, *quam sanguinem viperinum*.—Non cum tironibus res hic nobis est in Thuc. sed tamen firmiores quoque fortasse adverterint, quibus notatum hoc dedi in Lib. Germ. *Anleit. z. richt. Lat. Ausdr.* p. 46—49.

Κ. τ. ἡδ. ἐνθ.——διασώσ.] Distractum primo pro, ἐνθυμεῖσθαι, ὡς ἀξία ἡ ἡδονὴ διασώσασθαι· V. Philol. Thuc. P. p. 294. extr. n. 5. et porro; ἀξία διασώσασθαι deinde, ut Activum, hic pro Passivo, διασωθῆναι, *digna servari*; quam permutationem amat inprimis Noster. V. ibid. p. 72.

Οἳ—ὑμῶν] Pertinet ad οἳ, οἵτινες (ἐξ) ὑμῶν, si qui vestrum.

Νομιζόμενοι] Ab hoc loco argumentatur et

ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλεῖον μετείχετε. ὥστε, κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἂν αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοιτε. καταφρονήσαντες δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ᾽ ἀντιστῆναι οὐδεὶς, ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν, ἡμῖν ἠξίωσεν, ἀμύνασθε αὐτοὺς, καὶ δείξατε, ὅτι καὶ μετὰ ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης.

ξδ΄. 64. "Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι οὔτε ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε, οὔτε ὁπλιτῶν ἡλικίαν, ὑπελίπετε. εἴτε ξυμβήσεταί τι ἄλλο, ἢ τὸ κρατεῖν, ὑμῖν, τούς τε ἐνθάδε πολεμίους εὐθὺς ἐπ᾽ ἐκεῖνα πλευσουμένους, καὶ τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν ἀδυνάτους ἐσομένους τούς τε αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἀμύνασθαι. καὶ οἱ μὲν ἂν ὑπὸ Συρακουσίοις εὐθὺς γίγνοισθε, οἷς, αὐτοὶ ἴστε, οἵᾳ γνώμῃ ἐπήλθετε· οἱ δ᾽ ἐκεῖ, ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. ὥστε, ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες, καρτερήσατε, εἴπερ ποτὲ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ᾽ ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες,

ad eundem modum Jason apud Euripidem Med. v. 536. WASS.

Τὸ φοβ. τ. ὑπ.] i. e. τὸ φοβεροὶ εἶναι τοῖς ὑπ. ut (nobiscum una, pariter,) metuendi essetis sociis.

Κοιν.—ἐλευθέρ.] i. e. ἐλεύθεροι ὄντες, καὶ (ἅμα) κοιν. τ. ἀρχ. vel pro, μετ᾽ ἐλευθερίας, ἐν ἐλευθερίᾳ, ὡς ἐλεύθεροι. V. Philol. Th. P. p. 114. (VIII. 1. a. α.) 115. ubi attuli h. l. et aliis similibus illustratum vindicatumque dedi. ἡμῖν pendere potest vel ab ὄντες, *quos haberemus* consortes, vel a κοινωνοὶ (σὺν) ἡμῖν, vel ab ἀρχῆς, pro ἡμῶν.

Καταπροδίδοιτε.] Æmil. Portus putat, si ita scripserit Thucydides, hoc esse ab inusitato καταπροδίδω. Sed non credibile est, Thucydidem tam inusitato et obsoleto verbo, si modò quisquam ita loquutus est, voluisse uti. Melius est, quod Idem conjicit, προδιδοίητε, vel προδοίητε legendum esse. DUCK.

Ἕως ἤκμ.] Ἕως, ut Lat. *donec, dum, quoad,* et χρόνον, tempus, *in quo, per* quod fuerit res, sign. Basil. Edit. vitiose haud dubie, ἠκμάζετο· non solet media forma poni, quia ipsum est Neutr. Sed et, commate posito post ναυτικὸν, ut servatum hic est ex Edit. Duck. ab ἀντιστῆναι pendeat ἡμῖν, utroque fortassis trahendum, et consulto sic interjectum ἡμῖν rursus pro ἡμῶν· nobis res navalis, p. nostra.

Ἠξίωσε] *Voluit,* Gall. *s' avisa;* barbare, *præsumserit (sich bepgehen liek).*

Μετὰ ἀσθεν.—ῥώμης] Μετὰ hic est *ben;* ut 1 Tim. 6. 6. εὐσέβεια μετ᾽ αὐταρκείας, *juncta* animo æquo et necessariis (vs. 7.) contento; vel quia nulla εὐσέβεια (*vera* quidem) est sine αὐταρκείᾳ, pro, εὐσέβεια (ἅμα) αὐτάρκης· quam opponat nimirum Paullus eorum religioni, qui πορισμὸν, quæstum, ex pietatis studio captent; plane, ut deinde et hic Thuc. εὐτυχούσης ῥώμης· quod antea dixisset, μετὰ ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν, i. e. ἀσθενὴς καὶ ξυμφοραῖς κεχρημένη. Concinnitatem ex parte secutus Thuc. assecutus tamen, varietatis amore, non est: Diceret enim, quod priori plane responderet: ἑτέρα (pro ἑτέρων, notabiliter satis, cum ἑτέρα ῥώμη sit aliud *genus,* alia pars virium; ut *magnitudo Romana* p. *Romanorum; nobiles domos,* Liv. 6. 36. extr. pro *nobilium;*) ἀνεπιστημοσύνη (quæ responderet τῇ ἐπιστήμῃ,) μετὰ ῥώμης, diversum τῷ ἀσθενείας,) καὶ εὐτυχίας· (opp. ξυμφορῶν·) sed, ut dixi, variare maluit, quam deliciari.

Ὁμοίας] Msqu. C. ὅμοιος· Voluitne ὁμοίως, ut Adverb. esset pro Adject. more Nostri, (V. Phil. Th. P. p. 115.) proxime referendum ad ἐσομένας; Non spreverim.

Ἐσομένους] Rel. participia hic pro Infinitivis, more Græcorum.

ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι, καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες, καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν· περὶ ὧν, εἴ τις τι ἕτερος ἑτέρου προφέρει ἢ ἐπιστήμῃ, ἢ εὐψυχίᾳ, οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος, αὐτός τε αὑτῷ ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος."

ξέ. 65. Ὁ μὲν Νικίας, τοσαῦτα παρακελευσάμενος, εὐθὺς ἐκέλευε πληροῦν τὰς ναῦς. τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακουσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι, ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευὴν, ὅτι ναυμαχήσουσιν οἱ Ἀθηναῖοι· προηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβουλὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν. καὶ πρός τε τἄλλα ἐξηρτύσαντο, ὡς ἕκαστα, καὶ πρὸς τοῦτο. τὰς γὰρ πρώρας καὶ τῆς νεὼς ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβὴν ἡ χεὶρ ἐπιβαλλομένη. καὶ, ἐπειδὴ πάντα ἕτοιμα ἦν, παρεκελεύσαντο ἐκείνοις οἵ τε στρατηγοὶ καὶ Γύλιππος, καὶ ἔλεξαν τοιάδε·

Τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηναίων] Lucret. VI. 2. Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris Dediderunt quondam *præclaro nomine* Athenæ. WASS.

Περὶ ὧν] Referri non potest ad ἐπιστήμη, neque ad εὐψυχία, neque ad προφέρει· neque enim in ea, quæ memoraverit Nicias, et *reliquias* Athenarum, cet. cadat scientia aut εὐψυχία; sed inter eos est hic locus, ubi Consequens *aliter* efferatur verbis, ut *sensu* tamen referatur ad Antecedens: Sequitur: οὐκ ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος· Debebat: περὶ ὧν (i. e. ὑπὲρ ὧν;) οὐκ ἄν τις ἐν ἄλλῳ καιρῷ μᾶλλον, (ἐπιτηδειοτέρως, εἰκότως μᾶλλον, opportunius, aptius,) ἀγωνίσαιτο, καὶ οὕτως ἐπιδείξαιτο (τὴν ἐπιστήμην καὶ τὴν εὐψυχίαν,) καὶ διὰ τούτου γένοιτο, rel. Hoc ergo consequens variavit Thuc. et aliter, quasi brevius, et contractius condensatis notionibus, extulit, aut, si mavis, latius porrexit, *modo* simul et *eventu* τοῦ ἀγωνίζεσθαι declarato et comprehenso.

Τ. παρ. καὶ αὐτ.] Καὶ hic est *jam*, (*schon an sich*).

Ἡ ἐπιβουλὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν] Locus Pollucis in Var. Lection. Hudsoni est I. 120. e quo satis constat, Pollucem hic legisse ἐπιβολή. Sic Thucydides paullo ante, Cap. 62. χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, et hic paullo post, ἡ χεὶρ ἐπιβαλλομένη. Stephanus quoque hic adnotat: *pro ἐπιβουλὴ malim ἐπιβολὴ, quod et Valla plane videtur legisse.* Sed et alibi perperam ἐπιβουλὴ pro ἐπιβολὴ, quamquam alia significatione, scribitur. Vid. III. 45. IV. 76. DUCK.

Ἐπιβ.] Miror, hic probari Viris doctis Lect. ἐπιβολὴ, ubi addatur, προηγγέλθη αὐτοῖς. At *injectio* (injectus) manuum ferr. non *indicaretur*; hanc vero sentirent in prœlio; ἐπιβουλὴ, *commentum*, consilium, (*insidiosum*,) ars, indicata fuit (*gestecft*), priusquam adhiberetur. Compilant subinde Viri docti, non judicant.

Κ. τῆς νεὼς] Quærit Duck. cur Singulari usus sit Thuc. de eo, quod in pluribus (immo plerisque omnibus,) factum fuerit. Ego magis quæsierim, quid sibi hic velit καὶ, cui nihil respondeat, cujus *alius* rei, præter navis, proras munierint. Nam ἄνω, ut adverb. pertinet ad verb. κατεβύρσωσαν. Ac, si vel maxime τὰ addideris, tamen diceret Thuc. τάς τε πρώρ. τ. ν. καὶ τὰ ἄνω. Nam Singularem quidem nil sane morer, utut conferre non ausurus, quippe paullo dissimile, c. 62. extr. προσπεσούσης νεώς· et tamen est pro νεῶν· intell. ἑκάστης. Ac fortasse pro καὶ τῆς leg. ἑκάστης, levi vero immutatione, et quæ omnia plana reddat.

Κατεβύρσωσαν] E Thucydide laudat Pollux VII. 84. WASS. Non contemnenda videtur scriptura Cod. C. τὰ ἄνω. Sed non intelligo, cur τῆς νεὼς numero singul. voluerit dicere Thucydides, quod sine dubio in pluribus factum est; unde et, quasi de pluribus, τὰς πρώρας dicit. DUCK.

Ἐκείνοις] Ἐπ' ἐκείνοις si legeris: aut vertendum, *apud eos*, cum Porto: quæ verba cur obliquis literis exprimantur in Edit.

ξστ΄. 66. "ΟΤΙ μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα, καὶ ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων ὁ ἀγὼν ἔσται, ὦ Συρακούσιοι καὶ ξύμμαχοι, οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν εἰδέναι· οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως αὐτῶν προθύμως ἀντελάβεσθε· καὶ, εἴ τις μὴ ἐπὶ ὅσον δεῖ, ᾔσθηται, σημανοῦμεν. Ἀθηναίους γὰρ, ἐς τὴν χώραν τήνδε ἐλθόντας, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Σικελίας καταδουλώσει, ἔπειτ', εἰ κατορθώσειαν, καὶ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ τῶν νῦν κεκτημένους, πρῶτοι ἀνθρώπων ὑποστάντες τῷ ναυτικῷ, ᾧπερ πάντα κατέσχον, τὰς μὲν νενικήκατε ναυμαχίας, τὴν δ' ἐκ τοῦ εἰκότος νῦν νικήσετε. ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν, ᾧ ἀξι-

Duck. (unde servavi tamen,) nescio, cum sint ipsa Græci textus verba. Non ἐκείνοις tamen diceret Thuc. sed αὐτοῖς. Quare ego interpreter ἐπ' ἐκείνοις, recipiendum haud dubie vel ob consensum Libb. vel ob usum τοῦ ἐκείνοις, tanquam sit, πρὸς ἐκείνοις, *præterea, insuper, ad* illum apparatum, ut referatur ad verba: πάντα ἕτοιμα ἦν· qs. *cum respectu* ad illum apparatum, *in Hinsicht;* aut simpliciter, *noch überdiek, zum Ueberflusse.*

Οἵ τε στρατ. κ. ὁ Γύλ.] Recte confert Abresch. Marc. 16. 7. *nuntiate discipulis et Petro:* i. e. *tum reliquis* discipulorum, *tum maxime* Petro et *nominatim.* Nec minus aptum commemorat Matth. 8. 33. ἀπήγγειλαν —πάντα, καὶ τὰ (περὶ) τῶν δαιμονιζομένων· (*cum*) omnia (reliqua,) nuntiarunt, *et* (i. e. *tum*, nominatim vel *præsertim,*) quæ de dæmoniacis accidissent. Ubi tamen abest libris quibusdam καὶ, et κατὰ legunt nonnulli; imperitiâ haud dubie non intelligentium usum huncce τοῦ καί· κατὰ quidem hic alienum, quia sequ. Genitivus. Vulg. Int. καὶ reddit. Quod, *parte* memorata, *totum* tamen subjici, obs. Abr. ejus exemplum statim vs. 1. exhibet Aristoph. Plut. ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. Adde Rom. 8. 35. ubi mediis vexationum partibus ac modis inseritur generis voc. διωγμός. 1 Tim. 5. 10. post singula benignitatis officia additur: εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε, int. ἄλλῳ λοιπῷ ἔργ. ἀγ. cf. allata a me Philog. Thuc. Paull. p. 397. n. 2. Ita et hic: *cum reliqui* duces, tum maxime vel nominatim (cujus sit orationem appositurus,) Gylippus. v. et ad c. 66. statim init.

Συρακ. κ. ξύμμ.] Codici Msqu. abest καί· quo omisso, ipsi Syracusani dicantur Lacedæmoniis ξύμμαχοι· qui sane essent. Sed enim per omnem historiam et orationes Nostri *princeps* belli gerendi populus distinguitur a συμμάχοις, *sociis;* unde retinendum plane sit καὶ, novo exemplo aucturum observata ad C. 65. extr. ut intelligas Συρακ. καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμ. ita quidem, si ξύμμαχοι dicantur Lacedæmoniorum, quorum et Syracusani essent ξύμμαχοι. Sed magis est, ut qua Syracusanos ita dicantur, simpliciter per καὶ ab hisce distincti.

Ἀθην. γὰρ] Explicat hic γὰρ, et sign. *nempe;* ostendit enim, *quæ*nam sint τὰ προειργασμένα καλὰ, immo, *quomodo* sint καλὰ προειργ. et in quo *positus, quinam* sit ὁ μέλλων καλὸς ἀγών. Ἀθηναίους autem pendet ab ὑποστάντες infra, aut simul etiam a νενικήκατε, si quidem ad τὰς ναυμαχίας et τήνδε intellexeris κατά. Sed et sic potest: ὑποστάντες, i. e. ὑπέστητε, καὶ νενικήκατε τὰς ναυμ. quia, *judicium* p. *vincere judicio,* Cic. in Verr. L. l. c. 52. med. *id judicium— C. Mustius vicit.*

Τ. πρὶν Ἑλλ.] *Inter* Græcos vel *ex* Græcis. Licet et Superlat. intellexisse pro Comparat. μείζω *majus,* scil. τῆς ἀρχῆς, *majus* imperium, quam ullus Græciæ populus aut olim tenuerit, aut nunc teneat. V. Phil. Th. P. p. 69. 3. additurus illic allatis Eurip. in Iphig. Aul. vs. 1594. ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται, i. e. μᾶλλον, *magis amat, præfert.*

Ἐκ τ. εἰκ.] i. e. κατὰ τὸ εἰκός· ut ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖ, Xen. M. S. 4. 5. 11. pro, κατὰ πάντα τρόπον. Et totum est pro Adverb. εἰκότως, ut ἐκ τοῦ προφανοῦς, p. προφανῶς. C. Msqu. ἐκ τοῦ εἰκότως· ne hoc quidem male, et quasi per Pleonasmum ἐκ τοῦ, aut per Ellipsin, ἐκ τοῦ εἰκότως, sc. μέλλοντος, γενησομένου, vel ἐλπιζομένου. Ita fere, etsi non usquequaque simile, αἱ ἐκ τοῦ παραχρῆμα (scil. χρόνου γενόμεναι) ἡδοναὶ, Xen. M. S. 1. 2. et apud Nostrum, propius huc, ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτως μᾶλλον, pro ἀπροσδοκήτου, et totum pro simplici ἀπροσδοκήτως. Infra quoque, c. extr. τῷ παρ' ἐλπίδα, sc. γενομένῳ.

Ἄνδρ. γὰρ] Ordo sane est: ἐπειδὰν γὰρ ἄνδρες κολουσθῶσι· unde et comma abesse de-

οὖσι προὔχειν, κολουσθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστὶν, ἢ εἰ μὴ δ' ᾠήθησαν τοπρῶτον, καὶ, τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι, καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν. ὃ νῦν Ἀθηναίους, εἰκὸς, πεπονθέναι.

ξζ'. 67. "Ἡμῶν δὲ, τό, τε ὑπάρχον πρότερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ, τῆς δοκήσεως προσγενομένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι, εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. τὰ δὲ πολλὰ, πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. τά τε τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν, τῷ μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι πρὸς τὴν ἑκάστην αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ', ἐπειδὰν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, παρὰ τὸ καθεστηκὸς, ὦσι, πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, ὡς

bet post γάρ. Vix est tamen, quin Anacoluthi species relinquatur, videaturque Thuc. voluisse prædicatum directo subjicere vocabulo ἄνδρες, at mutasse repente structuram, quam et ordiri sic potuisset: ἀνδράσι γὰρ—τὸ ὑπόλοιπον—ἀσθενέστ. ἐστίν. Certe ad ἀσθενέστερον insereret αὐτοῖς. Minus tamen apertum Anacol. quam Joh. 17. 2. ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον· pro, ἵνα δώσῃ ζ. αἰών. πᾶσιν, οὓς (v. οἷς) δέδ. αὐτῷ. Ἄνδρες hic sunt *homines*; ut recte vertit Port. et obs. Abr. Ita ut neget tamen, ἀνθρώποις huc convenire; nempe, quia de fortibus viris bellatoribusque est sermo.

K. τῷ παρ' ἐλπ. τ. αὐχ. σφ.] Jungendum sane videtur, σφαλλ. (ἀπὸ, vel περὶ) τοῦ αὐχήμ. τῷ (γενομένῳ) παρ' ἐλπ. ubi non tenuerint gloriam pristinam aliquo (τῷ est pro τινὶ, q. τῳ, sine accentu, Attice,) casu inopinato. Cum αὔχημα tamen sit gloriatio magis, arrogantia, οἴησις· haud video, quid, jungi, prohibeat, παρ' ἐλπ. τοῦ αὐχήμ. præter *spem*, opinionem, *arrogantiæ* suæ. Sic quoque τῷ fuerit pro τινί· aut int. *illum* casum, qui hic accidisse illis intelligatur, oblatus dicatur: *durch das Unerwartete*. Portum vertisse, nolim, *opinione frustrati*, quia Passive adhibuit Deponens; etsi nullo modo excusatius in Lat. peccatur; poterat tamen, *opinione frustrante*.

K. παρὰ ἰσχ. τ. δυν. ἐνδ.] Porti interpretatio: *infra vires virtute succumbunt*, et sensu caret, in verbis, *infra vires*, et ἀτοπίαν habet, *virtute succumbunt*; neque enim succumbimus virtute, sed resistimus. Nec vero *virtutem* sign. δύναμις· nec commode jungatur, τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν. Immo simpliciter fere ponitur ἐνδιδόναι, *cedere* (*nachgeben*). Ego junxerim ἰσχὺν τῆς δυνάμεως, qs. *veram* vim, *solidam*, id quod ἰσχύει (*vere*), valeat efficere, si annitantur, possit eorum robur.

Προσγενομένης] Cl. Gr. cum aliis προσγεγενημένης. nec displicet. WASS.

Τὸ κρατ. εἶναι] Pro, τοῦ, κρ. εἶν. int. κατά.

Διπλ. ἑκ. ἡ ἐλπ.] Schol. videtur ἑκάστου non ad *homines* referre, ut duplicem *quisque* spem habeat, neque ad materiam (*Objectum*) sperandi, sed ad caussam sperandi, tanquam sit, (ut ipse expl.) ἐξ ἑκάστου. Et vero *geminari* spes commodissime et verissime dicatur, quæ *duplici* caussa nitatur. Ad *rem* quidem, quæ speretur, et materiam sperandi, eo non retuleris ἑκάστου, quod *una* tantum sperabatur, victoria.

Τά τε τ. ἀντιμ.] Primo Artic. c. Genit. periphrasin habet Nominis, ἡ ἀντιμίμησις. V. Philol. Thuc. P. p. 213. init. durius hic quidem, ob alium Genit. sequentem; V. rursus ibid. p. 47. extr. B. a) quod alterum observetur; tertium deinde, non videri *hic plane* redundare ἀντὶ in voc. ἀντιμιμήσεως, sed significare, qua (imitatione) et ipsi *vicissim*, ut nos *contra* illos, sic adversus nos, uti velint jam ipsi, parentque, qua *noceant* nobis. ξυνήθη τε non sequitur, quid *præterea* qualisve *porro* illa sit imitatio, sed aliud subjectum sequitur, (ἡμεῖς) ἐσόμεθα. Aut omitteret ergo plane voc. τε, aut inciperet certe: συνήθη δέ τέ ἐστι τὰ τ. ἀντ. αὐτ. rel. ut Logicus ordo constaret.

εἰπεῖν, Ἀκαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ἐπὶ ναῦς ἀναβάντες, οἳ οὐδ', ὅπως καθεζομένους χρὴ τὸ βέλος ἀφεῖναι, εὑρήσουσι, πῶς οὐ σφαλοῦσί τε τὰς ναῦς, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς πάντες, οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινούμενοι, ταράξονται; ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται· (εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται·) ἐν ὀλίγῳ γὰρ πολλαὶ, ἀργότεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι, ὧν βούλονται, ἔσονται, ῥᾷσται δὲ ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. τὸ δ' ἀληθέστατον γνῶτε, ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι. ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν κακῶν, καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας, ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον, ἢ τύχης ἀποκινδυνεύσει οὕτως, ὅπως δύνανται· ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν, ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξοντες χεῖρον.

ξή. 68. "Πρὸς οὖν ἀταξίαν τε τοιαύτην, καὶ τύχην ἀνδρῶν

Οὐδ', ὅπως χρὴ καθεζ.] Intelligi possit; ὅπως καθεζομέν. χρὴ ἀφεῖν. τὸ βέλ. quomodo sedentes oporteat jaculari, i. e. quomodo sedere conveniat jaculaturos; Vel sic, quod magis probandum: ὅπ. χρὴ ἀφεῖν. βέλ. καθεζομ. quomodo a sedente, sedentibus, mittendum sit jaculum, si sedeant in jugis, transtris; nempe, quia in terra *stantes* soliti erant intorquere missilia, laborabunt scilicet, cum sedentes in navi id facere cogentur.

Εὑρήσ.] *Expedituri*, explicaturi, i. e. effecturi sint, *sich Rath missen, zurechte fommen.*

Ἐν τῷ—τρόπῳ] Pro Ablat. est ἐν, vel pro κατὰ τὸν ἑαυτ. τρόπον· ex Ebr. ב.

Ταράξ.] Pro Passivo, Atticorum more; aut etiam, *semet* mutuo perturbabunt. Sed et continuo sequ. ὠφελήσονται pro Pass. ὠφεληθήσονται.

Ἐς τὸ βλ.] Hic et plane et vere ex usu ἐς τὸ addidit et passivum posuit, cum Activo alibi utatur post vocab. *facilis, difficilis.*

Ἀφ' ὧν ἡμ. παρεσκ.] Primo ἀπὸ rursus hic est, ut supra, pro ὑπὸ, vel διά· deinde brevius dictum, βλάπτ. ἀφ' ὧν pro ἀπ' ἐκείνων, ἃ παρεσκ. Alibi Præpositio quoque bis intelligenda, cum casu suo, aut alius certe casus; ut Rom. 6. 17. ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· i. e. ὑπηκ. τῷ τύπῳ, εἰς ὃν παρεδ. (cui vos dedideritis.) Ibid. vs. 21, τίνα καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε, pro, τίνα κ. εἴχ. ἐκείνων, (τῶν ἔργων,) ἐφ' οἷς ν. ἐπ. Ubi tamen etiam interrogandi signum posueris post τότε· Quem fructum igitur tum percepistis? Resp. ἐφ' οἷς ν. ἐπ. ea nimirum inde abstulistis, quorum vos jam pudeat.

Ὑπερβ. γὰρ] Γὰρ hic est *nempe*, et expl. *quid sit* ἀληθέστατον illud, quod eos velit γνῶναι.

Ὑπερβ.——τ. κακ. rel.] Variavit orationem Thuc. per Genitt. et per Nominat. deinde, καὶ βιαζόμενοι. Poterat et omisisse καὶ ante βιαζ. quo referrentur deinde Genitivi. αὐτοῖς autem ante τ. κακ. est pro Genit. αὐτῶν· cum *illis* mala nimia essent, i. e. *illorum.* ὑπερβάλλειν, de *malis* quoque adhibetur; ut 2 Cor. 1. 8. καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν· et vs. 5. (quod idem sign.) περισσεύει τὰ παθήματα εἰς ἡμᾶς· et περισσοτέρᾳ λύπῃ, 2. 7.

Ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον, ἢ τύχης ἀποκινδυνεύσει, οὕτως ὅπως δύνανται] Ostendent acutiores, quomodo ordinari possint hæc verba, ut ex iis commodus sensus eliciatur. Ego non video: sed suspicor, Scholiasten legisse ἀποκινδυνεῦσαι. Hoc multo clariorem reddit sententiam; et oratio apte in hunc modum procedit: ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν ἀποκινδυνεῦσαι οὕτως, ὅπως δύνανται, οὐ μᾶλλον πίστει παρασκευῆς, ἢ τύχης· *eo dementiæ venerunt*, ut non male Acacius, *ut, non tam adparatu suo, quam incerta fortunæ alea, confisi, periculum, quocumque modo possunt, facere velint.* DUCK.

Πρὸς οὖν ἀταξ.] Pessime vertitur hic πρὸς,

ἑαυτὴν παραδεδωκυῖαν πολεμιωτάτων, ὀργῇ προσμίξωμεν· καὶ νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι, πρὸς τοὺς ἐναντίους, οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν, ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ, ἐχθροὺς ἀμύνασθαι, ἐγγενησόμενον ἡμῖν, καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. ὡς δὲ ἐχθροὶ, καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε, οἵ γε ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθον δουλωσόμενοι· ἐν ᾧ, εἰ κατώρθωσαν, ἀνδράσι μὲν ἂν τὰ ἄλγιστα προσέθεσαν, παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέστατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰσχίστην ἐπίκλησιν. ἀνθ' ὧν μὴ μαλακισθῆναί τινα πρέπει, μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς, κέρδος νομίσαι. τοῦτο μὲν γὰρ, καὶ ἐὰν κρατήσωσιν, ὁμοίως δράσουσι. τὸ δὲ, πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος, ἃ βουλόμεθα, τούσδε τε κολασθῆναι, καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ, καρπουμένῃ καὶ πρὶν, ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών. καὶ κινδύνων οὗτοι σπανιώτατοι, οἳ ἂν, ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες, πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελοῦσι."

adversus. Quippe *adversus* fortunam et occasionem semet præbentem, παραδεδωκυῖαν, *offerentem*, qui pugnarent? Tum adversus hanc ipsam, amicam verius et fautricem atque adjutricem, quam adversariam, et contra ἀταξίαν, *perturbationem* trepidantium et desperatione rerum ad extrema actorum, qui tandem ὀργῇ προσμίξαιεν, *irati* atque indignabundi pugnarent? πρὸς hic quoque est, ut bis jam paullo supra monui, et ponitur 1. 71. extr. πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ, i. e. *ob* eas res, *quia* talis est rerum status, vel *ad hæc*, *ut convenit* istis rebus, ut *par* est agi, ubi talis sit rerum conditio; pro κατὰ denique, *pro: cum habeatis* tantam hostium trepidationem et occasionem vincendi sese vobis præbentem, afflictis hostium rebus. Neque a προσμίξωμεν pendet πρός· diceret enim, τῇ ἀταξίᾳ καὶ—τύχῃ. In verbo προσμίξ. intell. αὐτοῖς, τοῖς πολεμίοις.

Ὀργῇ προσμίξ.] Liv. 21. 41. ante extr. *Itaque vos, ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare, velim* (int. *etiam*), *cum ira quadam et indignatione. Iram* enim a bello quoque et pugna alienam, veterum prudentia habuit; et dux apud Nostrum aliquo loco monet, μηδὲν κατ' ὀργὴν πράττειν. Liv. 1. 1. *Nihil per iram aut trepidationem actum est.* cf. Cic. de Offic. 1. 12. post init. inde a verbis: *Sed ea bella,* rel. *minus acerbe ger. s.*

Τ. ἐναντ.] Non distinguit utique Thuc. ἐναντίους et ἐχθροὺς, sed variat tantum; etsi ἐχθρὸς ad *animum* magis pertinet, odio infestum et nociturum, ἐναντίος sign. adversantem in re *civili* (*Staats-Interesse,*) πολέμιος belligerantem; qui nunquam ἐχθρὸς, tali conditione, dicatur, non magis, quam *inimicus* Latinis.

Οἳ ἂν—δικαιώσ.] Stephani interpretatio, Variæ Lect. subjecta, vereor, ut e verbis Nostri satis efficiatur. Neque ἂν et ὡς satis illi congruerint. Sensus est: οἳ ἂν δικαιώσωσι, i. e. δικαιώματι χρῶνται, qui id jus suæ oppugnationi prætendant, ea caussa utantur ceu justa, eo tueantur a se factum, ut dicant, se velle punire, coërcere, aggredientem alios et opprimere conatum; quod faciebant sane Athenienses, defensionem asseverantes Catanensium aliorumque, ut a Syracusanis oppugnatorum.

Ἐγγενησόμ.] Pro simplici γενησ. vel προσγεν. *zu Theile werden.* Ita ἔνεστι, ἔνι, *licet*, *datur*, pro ἔστι, ἐναγίζειν pro ἁγίζειν, ἐμπνεῦσαι pro πνεῦσαι, alia: ἐλλείπειν pro λείπειν, ἐναποδείξασθαι pro δεῖξαι. Aut certe sign. *in* illo, *cum* illo *simul* nobis obtigerit, illo *contineatur.*

Τινὰ] *Nos (man).*

Σπανιώτατοι] Confer Nostrum 1. 33. Wass. i. e. maxime capessenda, omnium minime defugienda; quod *rarum* sane periculorum genus et infrequens sit: rara enim mala et incommoda, ubi paullulum ostendatur incommodi, boni multum.

Διὰ τὸ εὐτυχ.] Pro διὰ τοῦ, *si bene cesserint;*

ξθ'. 69. Καὶ οἱ μὲν τῶν Συρακουσίων στρατηγοὶ, καὶ Γύλιππος, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρακελευσάμενοι, ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθὺς, ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾔσθάνοντο. ὁ δὲ Νικίας, ὑπὸ τῶν παρόντων ἐκπεπληγμένος, καὶ ὁρῶν, οἷος ὁ κίνδυνος, καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦν, (ἐπειδὴ καὶ ὅσονοὺκ ἔμελλον ἀνάγεσθαι,) καὶ νομίσας, (ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσι,) πάντα τε ἔργῳ ἔτι σφίσιν ἐνδεᾶ εἶναι, καὶ λόγῳ αὐτοῖς οὔπω ἱκανὰ εἰρῆσθαι, αὖθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ἐπονομάζων, καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ, καὶ φυλὴν, ἀξιῶν τό, τε καθ' ἑαυτὸν, ᾧ ὑπῆρχε λαμπρότητός τι, μὴ προδιδόναι τινὰ, καὶ τὰς πατρικὰς ἀρετὰς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι, μὴ ἀφανίζειν· πατρίδος τε τῆς ἐλευθερωτάτης ὑπομιμνήσκων, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀνεπιτάκτου πᾶσιν ἐς τὴν δίαιταν ἐξουσίας· ἄλλα τε λέγων, ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ

neque enim de periculis dixerit: *quia* bene cesserint; tum enim jam non sint pericula. V. Phil. Thuc. P. p. 131. lit. ב.) 132.

Τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ] Κ. *αὐτοὶ*, nempe, sicut Athenienses; sed non sane *τοιαῦτα*. *alia* enim Atheniensibus oratio et dissimilis adhibita; sed nimirum non ad *τοιαῦτα* refertur *καὶ αὐτοὶ*, verum ad *παρακελευσάμενοι*· hoc enim, τὸ *παρακελεύεσθαι*, cohortandi *opus* ipsum, non *argumentum*, (consilium tamen et caussam, animi addendi,) commune habebant cum Atheniensibus. Ita Gen. 4. 22. *Zilla autem et ipsa peperit Thubal-Cainum*; i. e. et ipsa peperit, sic, ut soror, Ada, *nempe* Thubal-Cain. vel, filius autem, quem edidit, fuit Thubalc. Vides et hic, *et ipsa*, גַּם הִוא, referri tantum ad verbum יָלְדָה, *peperit*, non ad *filium*, qui non posset ab Ada quoque edi.

Ἀντεπλ.] Ipse expl. Thuc. additum *ἀντὶ*, quia sequ. ἐπειδὴ κ. τ. Ἀθην. ᾔσθ. *et ipsi* ergo, *à leur tour*.

Ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾔσθάνοντο] Recte Scholiastes supplet, πληροῦντας τὰς ναῦς. Crebræ sunt hoc genus ellipses in Thucydide III. 55. Ἐν μέντοι τῷ πολέμῳ οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε ἐμελλήσατε, nimir. πάσχειν. V. 80. Οὐ μέντοι εὐθύς γε ἀπέστη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διενοήθη, (nempe ἀποστῆναι αὐτῶν,) ὅτι καὶ τοὺς Ἀργείους ἑώρα, scil. ἀποστάντας, ut Schol. VI. 76. Τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ ἐκεῖνά τε ἔσχον, καὶ τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται, nempe ἔχειν. Observavit supra et alia Henr. Stephanus. DUCK.

Ἠσθάν.] Scil. πληρουμένους (Medium enim esse debebat, *suas*,) τὰς ναῦς. V. præter ea, quæ Ducker. attulit, etiam Philol. Thuc. p. 184. (med. lit. א) et porro. Sanctio quoque plura addidi.

Ὅπερ πάσχουσιν] Et hic bene Scholiastes, οἱ ἄνθρωποι δηλονότι. Tertiis personis verborum et Græci et Latini sæpe ita utuntur, ut non exprimant nomen, quod addendum erat. Vide Scaligerum ad Catull. Carm. II. Langium ad Ciceron. I. de Offic. 7. et Læl. XXI. et Perizonium ad Sanct. Minerv. IV. 4. in ellipsi v. *homines*. Et sic sæpe Scriptores sacri N. T. Matth. V. 11. et. 15. VII. 16. IX. 17. et alibi: quæ, non video, cur quidam Viri Docti ad Hebraïsmum referre voluerint. DUCK.

Πάσχ.] Nempe, ὥστε νομίζειν, ut putent, rel. pro εἰώθασι νομίζειν.

Λόγῳ — εἰρ.] Non abundat λόγῳ, sed opp. ἔργῳ, concinnitati datum, et sign. *oratione*, cohortatione, demonstratione; verte, *in seiner Anrede, in der Ermahnung*; videbis, non redundare. Cf. 2. 46. init. Nihil similius.

Πατρόθεν τε ἐπονομάζων] Vide quæ de hoc genere loquendi scripserunt Eruditissimi Interpretes Æliani, Kuhnius et Perizonius ad VI. Var. Hist. 2. DUCK. Hom. Il. κ'. (10.) 68. v. Periz. ad Æl. 6. 2. (n. 2.) *Gottl.*

Ἐν τῷ τοιούτῳ) Recte habet ὄντες· vt c. 33. ἐπειδήπερ ἐν τούτῳ τύχης εἰσί. *Abr.* Et ego prætulerim ὄντες, ad ἄνθρωποι· et aptius videtur, nescio, quî, verbo ἐπιβοῶνται, ut ad *homines* referatur ὄντες· etsi per se haud damnandum: ὁ καιρὸς ἐν τούτῳ ἐστίν· usitatius illud tamen.

ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι, οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τινὶ ἀρχαιολογεῖν, φυλαξάμενοι, εἴποιεν ἂν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων παραπλήσια, ἔς τε γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ θεοὺς πατρῴους προφερόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται. καὶ ὁ μὲν, οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον, ἢ ἀναγκαῖα, νομίσας, παρῃνῆσθαι, ἀποχωρήσας, ἦγε τὸν πεζὸν πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ παρέταξεν, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδύνατο, ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφέλεια ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο. ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος (οὗτοι γὰρ ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐπέβησαν,) ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου, εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος, καὶ, τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι, εἰς τὸ ἔξω.

Οὐ πρὸς τὸ δοκ. rel.] Quærendum primo, in tanta difficultate loci, quo pertineat οὐ· quod retuleris vel ad πρὸς τὸ δοκεῖν, cui proximum sane sit, ac simplicissime jungatur, ut πρὸς *modum* notet dicendi, vel *consilium*, nisi obstet φυλαξάμενοι· nam, si *caveant*, si velint ita dicere, scilicet non dixerint; vel, ut ordinem sequamur verborum, ad φυλαξάμενοι· οὐ φυλ. πρὸς τὸ δοκ. τινι ἀρχ. ubi, φυλάσσεσθαι cum πρὸς junctum, agnoveris, ut πρὸς sit pro κατά· minus usitatum illud; sensum tamen commodissimum effecerit; Et vero, cum dicimus, φυλάττεσθαί τι, quid aliud, nisi κατὰ, vel πρὸς, intelligimus? Quid, quod et simpliciter positum accipere detur φυλαξάμενοι, pro, φυλακὴν ποιούμενοι, *caute agentes*, cautionem adhibentes, (quod et indicavi commate posito post ἀρχαιολογεῖν·) ut πρὸς τὸ sit pro εἰς τὸ, ἕνεκα τοῦ, ὥστε. καὶ autem, ante ὑπὲρ ἁπάντων, et ipsum hic molestum interpretanti, aut redundat, aut sign. *nempe*, et habet vim explicandi; qs. *quæ sint*; ut in πολλὰ καὶ ἄτοπα, πολλά (τε) καὶ ὄλβια, (Herodot. I.) καὶ πρόσφορα, aliis. His ergo probatis et admissis, non video sane, quid relinquatur obscuri aut difficultatis: alia quoque dicens, quæ in tali necessitate ac trepidatione homines dixerint, non caventes, ne antiqua videantur repetere, aut (nam καὶ possit valere pro ἢ) similia ad quamlibet caussam, sed, quod putent, illa prodesse ad usum caussæ et conditionis propositæ. Namque in ejusmodi re tam trepida non curant homines, ut nova tantum et propria caussæ propositæ afferant, sed omnia undique conquirunt atque arripiunt, vel prisca et decantata, quæcunque putent nunc prodesse, et quia putent. Neque enim *omisit* vetera Nicias, aut abstinuit illis, quod effici, aliquis putaverit, e verbis Nostri, sed *et ipsa*, nihil intentatum relicturus, adhibuit. V. et infr. h. C. n. extr. ad εἰς τὸ ἔξω.

Ἀποχωρήσ.] Ἀποχωρίσας Ed. Basil. non incommodo sensu, quo ad τὸν πεζὸν referatur. Sed illud et ipse teneam.

Ἐδύνατο] Cod. C. ἠδύνατο. non male. Wass.

Ὁ δὲ Δημοσθένης—τροπαῖον ἔστησαν] Dionysius Halicarn. Tom. II. pag. 149. Idem. Dionysius magnopere laudat narrationem hujus prœlii. Duck.

Εὐθύδημος] Recte ita Hudsonus. Ita etiam Dionysius l. d. Et sic legendum, quod restituimus. Antea Εὔδημος. Wass.

Πρὸς τὸ ζεῦγμα] Citat Etymol. M. in voc. ἡ ἐζευγμένη σχεδία, inquit, οὐ τὸ σχοινίον. Vide cap. 59. Ζεύγματα ποταμῶν alicubi vocat Dionys. Halicarn. Wass. Ζεῦγμα τοῦ λιμένος Budæus vertit *fauces portus obseptas*. Thucydides ita vocat opus Syracusanorum, quo fauces magni portus clauserant τριήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις, καὶ ἀκάτοις, Cap. 59. instar pontis navalis, quem ζεῦγμα vocant Græci, Arrianus, Eunapius, et alii apud Lipsium II. Poliorceticor. ult. Duck.

Τὸ ζεῦγμα] Hic rursus habemus ζεῦγμα, ut supra explicatum dedi, ad c. 30. init.

Καταλειφθέντα] Παραλειφθέντα etiam Dionysius Halic. et ἐς, non εἰς τὸ ἔξω. Wass. Post διέκπλουν quidam scripti et editi libri atque etiam Dionys. Halic. non habent distinctionem. Recte dici potest βιάζεσθαι τὸν διέκπλουν, ut IV. 9. 11. βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν; ibid. 36. τὴν ἄφοδον; supra hoc Lib. Cap. 22. τὸν ἔσπλουν; et infra Cap. 70. τὸν ἔκπλουν. Sed propter copulam καὶ nihil mutandum arbitror. Et illa, βουλόμενοι βιάσασθαι εἰς τὸ ἔξω possunt per se subsistere. Nec opus fuisset addi εἰς τὸ ἔξω, si βιάσασθαι cum

c. 70. Προεξαγαγόμενοι δὲ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν, καὶ πρότερον κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον, καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα, ὅπως πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς ἅμα παραβοηθῇ, ᾗπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν. ἦρχον δὲ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακουσίοις Σικανὸς μὲν καὶ Ἀγάθαρχος, κέρας ἑκάτερος τοῦ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μέσον. ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ, καὶ ἐπειρῶντο λύειν

διέκπλουν conjungendum esset: nam in hoc illud continetur, et qui τὸν διέκπλουν βιάζεται, idem etiam εἰς τὸ ἔξω βιάζεται. Et alioqui βιάζεσθαι cum præpositione εἰς obvium est. Lucianus in Judicio Vocal. in princ. ἀπὸ τῆς καθ' αὑτὰ τάξεως εἰς ἀλλοτρίαν βιάζεσθαι. Adde, quæ Clar. Raphelius adnotavit ad Luc. XVI. 16. Duck.

Βιάσασθαι] Cf. Luc. 16. 16. *Abr.* nempe, quia Schol. expl. μετὰ βίας ἐξελθεῖν· quod Lucæ verbis congruerit sane, πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, non Nostri, ubi absit εἰς· Vertendum, *forciren, vi aperire.*

Ἐς τὸ ἔξω] Quid, si hæc retuleris ad ἔπλεον, commate posito post καὶ, ante τὸν καταλ. tali sensu: ἔπλ. πρὸς τὸ ζεῦγμα τ. λιμ. καὶ ἐς τὰ ἔξω, βουλόμ. βιάσ. τ. καταλ. διέκπλουν; Nihil simplicius. Alioqui τὸν διέκπλουν, cum καὶ, pendeat a πρὸς, et in βιάσασθαι intell. αὐτόν; quin et ἐς τὰ ἔξω tunc pæne redundet ad διέκπλουν. Quare illud prætulerim. Reddidisse hic liceat omissa supra ad vv. οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν, rel. 1.) variasse Nostrum in εἴποιεν ἂν et ἐπιβοῶνται· hoc pro Optat. 2.) ἐπιβοᾶσθαι, plane, ut Lat. *increpare,* (Virg. Æn. 1. 738.) et Nostro alibi ἐπιτιμᾶσθαι, esse tantum, *cohortari,* παρακελεύεσθαι, nulla *clamandi* notione. Ita περιβόητος, *celebratus,* καταβοὴ, *criminatio.* Simplex quoque βοᾷν, Theodoreto nominatim, pro λέγειν valere, pluribus exemplis ostendi in Glossar. Theodor. v. βοάω. Adde κράζειν, (quod est ab Ebr. קָרָא,) Rom. 9. 27. init. Ἡσαΐας κράζει· ubi nihil est, quod *clamandi* notionem ferat, nec minus, crediderim, Joh. 7. 37. Ἰησοῦς—ἔκραζε λέγων, *clara voce dixit.* Apud Nostrum certe illo loco, *clamandi* notionem intrusisse, frigidum fuerit ac puerile. Horat. Epist. 1. 16. 36. *si clamet furem* (scil. me esse), i. e. *dixerit.* Nostri quoque, *verschteyen, in das Geschrey bringen, fommen, clamorem* haud cogitantes.

Προεξαγαγόμενοι] Dionys. Halic. προεξαναγόμενοι· quod non temere repudiandum, putem; nam ἀνάγεσθαι, et quæ ex eo componuntur, propria sunt in hac re verba. Ὑπεξανάγεσθαι habet Thucydides III. 74. Duck.

Πρότερον] *Ante pugnam* commissam, vel committendam; καὶ ante πρότερον hic est pro ἤδη. Ad προεξαγαγόμενοι retulisse videtur Port. illud καὶ πρότερον· non sine Pleonasmo; quem nihil moratus tamen, ut frequentatum Nostro utique, miror tam explentem: *priusquam classis hostium illuc conveniret;* quod, servantibus Syracusanis, et obtinentibus præsidio cuncta, fieri sine certamine (ἀμαχητὶ,) qui potuit? At de pugna antea nil Thuc. memorat. Immo προεξαγαγόμ. et πρότερον intell. priusquam Nicias a terra moveret, exitum rupturus. Plusquamperfecti tamen loco est Aorist. προεξαγ. et Imperf. ἐφύλασσον.

Ἐφύλασσ.] i. e. φυλακὴν ἐποιοῦντο, in præsidio steterant. Neque enim additur Accus. quid ἐφύλασσον.

Ὁ πεζὸς αὐτ.] Nempe ipsorum Syracusanorum, terra marique imminentium Atheniensibus. αὐτοῖς est pro αὐτῶν, ad πεζός· quia παραβοηθεῖν hic non sign. *adjuvare, succurrere,* cujus hic nulla conditio, sed, *simul aggredi* ex altera parte. Alioquin nil vetuerit, a verbo παραβ. pendere Dat. αὐτοῖς. At hic παραβοηθ. est idem, quod antea προσπίπτοιεν, et mox κατίσχοιεν. V. et mox, ad

Ἦρχον τοῖς Συρ.] Rursus pro Genit. τῶν Συρακουσίων, ad ναυτικοῦ· Certe sign. *apud* Syracusanos, qs. *ex parte (du côté)* Syracusana.

Τὸ μέσον.] Scil. εἶχον, ἔσχον, non ἔχων, (ad Πυθήν;) aut ἔχοντες, ad Κορίνθιοι· hoc enim pendeat ab ἦρχον· quod in Corinthios non cadat; in Pythenem tamen convenerit, si quidem τοῖς Συρακ. sit, *apud* Syracusanos, quorum mediam aciem tamen regeret Pythen, ipsorum auspiciis.

